










DIURNALE PARISIENSE,

Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi in Chriſto Patris D. D. CAROLI - GASPAR - GULLELMI DE VINTIMILLE, è Comitibus Maſſiliæ DU LUC, Pariſienſis Archiepiſcopi, Ducis ſancti Clodoaldi, Paris Franciæ, regii Ordinis ſancti Spiritûs Commendatoris, &c. auctoritate; ac venerabilis ejuſdem Eccleſiæ Capituli conſenſu editum.

PARS ÆSTIVA.



PARISIIS,
Sumptibus ſuis ediderunt BIBLIOPOLÆ Uſuum Pariſienſium.

M. D. CC. LXXXVII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.



EVANGELIUM SECUNDUM JOANNEM.

IN princípio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hóminum: & lux in ténebris lucet, & ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine; ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux; sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est; & mundus eum non cognóvit. In própria venit, & sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his qui credunt in nómine ejus; qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri; sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti à Patre, plenum grátiæ & veritátis.

℟. Deo grátias.

Ant. Te invocámus, te adorámus, te laudámus, te glorificámus, ô beáta Trínitas!

℣. Sit nomen Dómini benedictum,

℟. Ex hoc nunc, & usque in séculum.

ORATIO.

PRotector in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum, multíplica super nos misericórdiam tuam, ut, te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus æterna; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus, per ómnia sécula seculórum.

℟. Amen.

TABULA TEMPORARIA.

Anni Dom.	*Aur. Numer.*	*Epactæ.*	*Indictio.*	*Lit. Dom.*	*Dom. post Epip.*	*Septuagésima.*	*Dies Ciner.* Simplex.
1788	3	xxij	6	f e	1	20 Jan.	6 Febr.
1789	4	iij	7	d	4	8 Febr.	25 Febr.
1790	5	xiv	8	c	3	31 Jan.	17 Febr.
1791	6	xxv	9	b	6	20 Febr.	9 Mar.
1792	7	vj	10	A g	4	5 Febr.	22 Febr.
1793	8	xvij	11	f	2	27 Jan.	13 Febr.
1794	9	xxviij	12	e	5	16 Febr.	5 Mar.
1795	10	ix	13	d	3	1 Febr.	18 Febr.
1796	11	xx	14	c b	2	24 Jan.	10 Febr.
1797	12	j	15	A	5	12 Febr.	1 Mar.
1798	13	xij	1	g	4	4 Febr.	21 Febr.
1799	14	xxiij	2	f	1	20 Jan.	6 Febr.
1800	15	iv	3	e	4	9 Febr.	26 Febr.
1801	16	xv	4	d	3	1 Febr.	18 Febr.
1802	17	xxvj	5	c	5	14 Febr.	3 Mar.
1803	18	vij	6	b	4	6 Febr.	23 Febr.
1804	19	xviij	7	A g	3	29 Jan.	15 Febr.
1805	1	*	8	f	4	10 Febr.	27 Febr.
1806	2	xj	9	e	3	2 Febr.	19 Febr.
1807	3	xxij	10	d	2	25 Jan.	11 Febr.
1808	4	iij	11	c b	5	14 Febr.	2 Mar.
1809	5	xiv	12	A	3	29 Jan.	15 Febr.
1810	6	xxv	13	g	6	18 Febr.	7 Mar.
1811	7	vj	14	f	4	10 Febr.	27 Febr.
1812	8	xvij	15	e d	2	26 Jan.	12 Febr.
1813	9	xxviij	1	c	5	14 Febr.	3 Mar.
1814	10	ix	2	b	4	6 Febr.	23 Febr.
1815	1	xx	3	A	2	22 Jan.	8 Febr.
1816	12	j	4	g f	5	11 Febr.	28 Febr.
1817	13	xij	5	e	3	2 Febr.	19 Febr.
1818	14	xxiij	6	d	1	18 Jan.	4 Febr.
1819	15	iv	7	c	4	7 Febr.	24 Febr.
1820	16	xv	8	b A	3	30 Jan.	16 Febr.
1821	17	xxvj	9	g	6	18 Febr.	7 Mar.
1822	18	vij	10	f	3	3 Febr.	20 Febr.
1823	19	xviij	11	e	2	26 Jan.	12 Febr.
1824	1	*	12	d c	5	15 Febr.	3 Mar.
1825	2	xj	13	b	3	30 Jan.	16 Febr.
1826	3	xxij	14	A	2	22 Jan.	8 Febr.

FESTORUM MOBILIUM.

Anni Dom.	*Pascha.* Annuale	*Ascensio* Sol. Maj.	*Pentec.* Annual.	*Cor. Ch.* Solem. maj.	*Do. post P*	*Dom. I. Advent.* D. min.
1788	23 Mar.	1 Mai	11 Mai	22 Mai	28	30 Nov.
1789	12 April.	21 Mai	31 Mai	11 Jun.	25	29 Nov.
1790	4 April.	13 Mai	23 Mai	3 Jun.	26	28 Nov.
1791	24 April.	2 Jun.	12 Jun.	23 Jun.	23	27 Nov.
1792	8 April.	17 Mai	27 Mai	7 Jun.	26	2 Dec.
1793	31 Mar.	9 Mai	19 Mai	30 Mai	27	1 Dec.
1794	20 April.	29 Mai	8 Jun.	19 Jun.	24	30 Nov.
1795	5 April.	14 Mai	24 Mai	4 Jun.	26	29 Nov.
1796	27 Mar.	5 Mai	15 Mai	26 Mai	27	27 Nov.
1797	16 April.	25 Mai	4 Jun.	15 Jun.	25	3 Dec.
1798	8 April.	17 Mai	27 Mai	7 Jun.	26	2 Dec.
1799	24 Mar.	2 Mai	12 Mai	23 Mai	28	1 Dec.
1800	13 April.	22 Mai	1 Jun.	12 Jun.	25	30 Nov.
1801	5 April.	14 Mai	24 Mai	4 Jun.	26	29 Nov.
1802	18 April.	27 Mai	6 Jun.	17 Jun.	24	28 Nov.
1803	10 April.	19 Mai	29 Mai	9 Jun.	25	27 Nov.
1804	1 April.	10 Mai	20 Mai	31 Mai	27	2 Dec.
1805	14 April.	23 Mai	2 Jun.	13 Jun.	25	1 Dec.
1806	6 April.	15 Mai	25 Mai	5 Jun.	26	30 Nov.
1807	29 Mar.	7 Mai	17 Mai	28 Mai	27	29 Nov.
1808	17 April.	26 Mai	5 Jun.	16 Jun.	24	27 Nov.
1809	2 April.	11 Mai	21 Mai	1 Jun.	27	3 Dec.
1810	22 April.	31 Mai	10 Jun.	21 Jun.	24	2 Dec.
1811	14 April.	23 Mai	2 Jun.	13 Jun.	25	1 Dec.
1812	29 Mar.	7 Mai	17 Mai	28 Mai	27	29 Nov
1813	18 April.	27 Mai	6 Jun.	17 Jun.	24	28 Nov.
1814	10 April.	19 Mai	29 Mai	9 Jun.	25	27 Nov.
1815	26 Mar.	4 Mai	14 Mai	25 Mai	28	3 Dec.
1816	14 April	23 Mai	2 Jun.	13 Jun.	25	1 Dec.
1817	6 April.	15 Mai	25 Mai	5 Jun.	26	30 Nov.
1818	22 Mar.	30 Apr.	10 Mai	21 Mai	28	29 Nov.
1819	11 April.	20 Mai	30 Mai	10 Jun.	25	28 Nov.
1820	2 April.	11 Mai	21 Mai	1 Jun.	27	3 Dec.
1821	22 April.	31 Mai	10 Jun.	21 Jun.	24	2 Dec.
1822	7 April.	16 Mai	26 Mai	6 Jun.	26	1 Dec.
1823	30 Mar.	8 Mai	18 Mai	29 Mai	27	30 Nov.
1824	18 April.	27 Mai	6 Jun.	17 Jun.	24	28 Nov.
1825	3 April.	12 Mai	22 Mai	2 Jun.	26	27 Nov.
1826	26 Mar.	4 Mai	14 Mai	25 Mai	28	3 Dec.

Festa quæ majoribus notantur Caracteribus, feriantur apud populum.

Nota hæc † è regione Dominicarum post Epiph. designat Officium Dominicæ cujusdam anticipandum in Sabbatum antecedens, &c.

Litt. Do.	Dies Mens.	JANUARIUS.
A	1	CIRCUMCISIO DOMINI, Impositio nominis Jesu, & Octava Natalis ejus, *solemne minus.*
b	2	Basilii Magni, Cæsariensis in Cappadocia, Episc. & Eccl. Doct. *semiduplex.*
c	3	GENOVEFÆ VIRG. *duplex-majus.*
d	4	Rigoberti, Remensis Episcopi, *simplex.*
e	5	Vigilia Epiphaniæ *sine jejun. simpl.* cum *comm.* S. Simeonis Stylitæ, Anachor. prope Antiochiam.
f	6	*EPIPH. DOMINI*, Solemne-majus.
g	7	De Octava Epiphaniæ, *semid.*
A	8	De Octava Epiphaniæ, *semid.* cum *comm.* sancti Luciani, Presb. & Mart.
b	9	De Octava Epiphaniæ, *semid.*
c	10	De Octava Epiphaniæ, *semid.* cum *comm.* S. Pauli, primi Eremitæ Thebaïdis.
d	11	} De Octava Epiphaniæ, *semid.*
e	12	
f	13	Octava Epiphaniæ, & Baptismus Domini, *duplex majus.*
g	14	Hilarii Pictav. Episc. & Ecclesiæ Doct. (è 13.) *duplex-minus*, cum *comm.* S. Felicis, Presb. Nol.
A	15	Mauri, Glannofoliensis Abbatis, *semid.* cum *comm.* sancti Boniti, Claromontani Episc.
b	16	Guillelmi, Bitur. Episc. (è 10) *semiduplex*, [In Metrop. *duplex-minus.*] cum *commem.* S. Fursæi, Abbatis Latiniacensis.
c	17	Antonii, Abbatis Ægyptii, *semiduplex*, cum *commem.* SS. Speusippi, Eleosippi & Melasippi, Mart.
d	18	Pontificatus, seu Cathedra S. Petri Apostoli,

JANUARIUS.

Litt. Do.	Dies Mens.	
		quâ primùm Antiochiæ, tùm Romæ sedit, *semid.* cum *commem.* sanctæ Priscæ, Martyris.
		Prima Septuagesima.
e	19	Sulpitii, Bituricensis Episcopi, (è 17.) *semid.* cum *commem.* sancti Launomari in terrritorio Carnotensi, Abbatis.
f	20	Sebastiani, Martyris, *duplex-minus*, cum *commemoratione* sancti Fabiani, Papæ & Martyris.
g	21	Agnetis, Virginis & Martyris, *semiduplex.*
A	22	Vincentii, Diaconi & Martyris, *duplex-minus.*
b	23	
c	24	Babylæ, Antioch. Episcopi & sociorum Mart. *simplex.*
d	25	Conversio sancti Pauli Apostoli, *duplex-majus.* cum *commem.* sancti Præjecti, Claromontani Episcopi & Mart.
e	26	Paulæ, Viduæ, *simplex.*
f	27	Juliani, Cenoman. Episcopi, *simplex.*
g	28	
A	29	Francisci Salesii, Genev. Episc. (è 28. Dec.) *semiduplex.*
b	30	Bathildis, Reginæ Francorum, Viduæ, *semid.* cum *commem.* S. Radegundis, Virg.
c	31	

FEBRUARIUS.

d	1	Ignatii, Antiochiæ Episcopi, & Martyris, (è 20, Dec.) *semiduplex.*
e	2	*PRÆSENTATIO DOMINI, & PURIFICATIO B. MARIÆ VIRGINIS,* Solemne-majus.
f	3	Blasii, Sebast. Episcopi & Mart. *simplex.* [In Metrop. *semiduplex.*]

Litt. Do.	Dies Mens.	FEBRUARIUS.
		Prima dies Cinerum.
g	4	
A	5	Agathæ, Catanensis Virginis & Mart. *semid.*
b	6	Vedasti, I. Atrebatensis Episcopi, *simplex*, cum *commem.* sancti Amandi, Trajectensis Episc.
c	7	
d	8	Joannis de Matha, Presbyteri Paris. Ord. SS. Trinit. Fund. (è 21. Decemb.) *semiduplex.*
e	9	Apolloniæ, Alexand. Virginis & Mart. *simplex.*
f	10	Scholasticæ, Cassinensis Virginis, *simplex*, cum *comm.* sancti Guillelmi de Malavalle, Solit.
g	11	Severini, Nantonensis, Abbatis sancti Mauricii Agaun. *semid.*
A	12	
b	13	
c	14	
d	15	
e	16	
f	17	
g	18	Simeonis, Hierosolymit. Episc. & Mart. *simpl.*
A	19	
b	20	
c	21	
		Ultima Septuagesima.
d	22	
e	23	
*	24	*Dies intercalaris addendus in anno Bissextili.*
f	*	} Matthiæ, Apost. *duplex-majus. In anno*
g	25	} *Bissextili.*
A	26	
b	27	} Honorinæ, Virg. & Mart. *simplex. In anno*
c	28	} *Bissextili.*

¶ In anno Bissextili, Februarius est dierum 29. & Festum S. Matthiæ celebratur 25. Februarii, & bis dicitur

FEBRUARIUS.

ſexto Calendas, id eſt 24. & 25. Feſtum verò S. Honorinæ fit die 28, & Littera Dominicalis quæ aſſumpta fuit in menſe Januario, mutatur in præcedentem; ut, ſi in Januario Littera Dominicalis fuit A, mutatur in præcedentem, quæ eſt g; & ſic de aliis.

Feriâ vj. poſt Cineres, fit Officium de Quinque Plagis Chriſti, *Duplex-minus*.

MARTIUS.

Litt. Do.	Dies Menſ.	
d	1	Albini, Andegavenſis Epiſcopi, *ſimplex*.
e	2	
f	3	
g	4	
A	5	
b	6	
c	7	Perpetuæ & Felicitatis, Martyrum, *commem.*
d	8	
		Primum Novilunium Paſchale.
e	9	
f	10	Droctovei, primi Abb. ſancti Vincentii ad Pariſios, *commem.*
		Ultima dies Cinerum.
g	11	Quadraginta Martyres, *commem.*
A	12	
b	13	
c	14	
d	15	
e	16	
f	17	Gertrudis, Virginis, *commem.*
g	18	Alexandri, Epiſcopi Hieroſolym. & Mart. *commem.*

MARTIUS.

Litt. Do.	Dies Mens.	
A	19	
b	20	
c	21	*Primum Pascha.*
d	22	
e	23	
f	24	
g	25	*ANNUNTIATIO DOMINICA*, sol. maj.
A	26	
b	27	
c	28	
d	29	
e	30	Reguli, I. Sylvanect. Episcopi, *commem.*
f	31	[De Octava Annuntiationis, *semid.* quando Pascha occurrit 22. Martii.]

Feriâ sextâ post Dominicam Passionis fit Officium de Compassione Beatæ Mariæ, *duplex-minus.*

APRILIS.

g	1	Octava Annuntiationis, [modò Pascha occurrat, 22. *vel* 23. Martii.] *duplex-majus.*
A	2	Francisci de Paulâ, Institut. Ordinis Minim. *semiduplex.*
b	3	
c	4	Ambrosii, Mediolanensis Episcopi, & Ecclesiæ Doct. *duplex-minus.*
d	5	
		Ultimum Novilunium Paschale.
e	6	
f	7	
g	8	
A	9	

APRILIS.

Litt. Do.	Dies Mens.	
b	10	
c	11	
d	12	
e	13	
f	14	
g	15	
A	16	
b	17	
c	18	
d	19	
e	20	Joſeph, ſponſi B. M.V. (è 19. Mart.) *dupl. maj.*
f	21	
g	22	Inventio Corporum SS. Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii, Martyrum. *duplex-minus*, cum *commem.* ſanctæ Opportunæ, Virginis.
A	23	Georgii, Martyris, *commem.*
b	24	
c	25	Marci, Evangeliſtæ, *duplex-majus.*

Ultimum Paſcha.

d	26	Cleti, ſeu Anacleti, P. & M. *commem.*
e	27	Polycarpi, Smyrn. Epiſcopi & Martyris, (è 26 Mart.) *ſemid.*
f	28	
g	29	Mariæ Ægyptiæ, (è 1.) *ſemiduplex.*
A	30	Eutropii, Santonenſis Epiſcopi & Mart. *comm.*

MAIUS.

b	1	PHILIPPI & JACOBI (Alphæi) APOST. *duplex-majus.*
c	2	Athanaſii, Alex. Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris, *ſemiduplex.*
d	3	Inventionis ſanctæ Crucis, *duplex-majus.*
e	4	Monicæ, Viduæ, *commem.*
f	5	

MAIUS.

Litt. Do.	Dies Menſ.	
g	6	Joannis, Apoſtoli & Evangeliſtæ martyrium ante Portam Latinam, *ſemid.*
A	7	
b	8	
c	9	Gregorii Nazianzeni, Conſtantinopol. Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris, *ſemiduplex.*
		Prima Pentecoſte.
d	10	
e	11	Mamerti, Vienn. Epiſcopi, *commem.*
f	12	
g	13	
A	14	
b	15	
c	16	Honorati, Ambian. Epiſc. *commem.*
d	17	
e	18	
f	19	Petri Cœleſtini, V. Papæ, Inſtit. Congr. Cœleſti *comm.* cum *comm.* ſancti Yvonis, Presb.
g	20	
A	21	
b	22	
c	23	
d	24	Donatiani & Rogatiani, Martyrum, *commem.*
e	25	
f	26	
g	27	
A	28	Germani, Pariſienſis Epiſcopi, *duplex-minus*, cum *comm.* ſancti Caranni, Mart.
b	29	
	30	
	31	

¶ Dominicâ primâ poſt Pentecoſten fit Officium de SS. TRINITATE, *ſolemne-minus.*

Litt. Do.	Dies Mens.	JUNIUS.
e	1	
f	2	Pothini, Lugd. Episcopi, Blandinæ Virginis, & quadraginta sex Martyrum, *semiduplex*, cum *commem.* SS. Marcellini, Presbyteri, & Petri Exorcistæ, Martyrum.
g	3	Clotildis, Reginæ Francorum, *semiduplex*, cum *commem.* sancti Erasmi, Formiensis Episcopi & Martyris.
A	4	
b	5	
c	6	Norberti, Magdeburgensis Episcopi, Instit. Ord. Præmonstratensis, *semiduplex*.
d	7	
e	8	Medardi, Noviom. Episcopi, *simplex*, cum *commemoratione* sancti Gildardi Rothomag. Episcopi.
f	9	
g	10	Landerici, Parisiensis Episcopi, *semiduplex*.
A	11	Barnabæ, Gentium Apost. *duplex-minus*.
b	12	
c	13	

Ultima Pentecoste.

d	14	Rufini & Valerii, Mart. *simplex*.
e	15	Viti, Martyris, *simplex*.
f	16	Ferreoli, Presbyteri, & Ferrutionis, Diac. Martyrum, *simplex*, [In Metrop. *semid.*] cum *commemoratione* SS. Cyrici & Julittæ, Martyrum.
g	17	Aviti, Abbatis, *simplex*.
A	18	Marinæ, Virginis, *simplex*.
b	19	Gervasii & Protasii, Mart. *semid.* cum *commem.* sancti Romualdi, Abb. Instit. Ord. Camaldulensis.
c	20	
d	21	Leufredi, Abbatis, *simplex*.

JUNIUS.

Litt. Do.	Dies Mens.	
e	22	Paulini, Nolani Episcopi, *semiduplex.*
f	23	Vigilia *cum jejunio.*
g	24	NATIVITAS S. JOANNIS-BAPTISTÆ, *solemne-minus.*
A	25	Agoardi, Agliberti & soc. Mart. (è 24.) *semiduplex.*
b	26	Baboleni, Abbatis sancti Petri Fossatensis, nunc sancti Mauri *simplex*, cum *commemoratione* SS. Joannis & Pauli, Martyrum.
c	27	
d	28	Irenæi, Lugd. Episcopi & Ecclesiæ Doctoris, ac sociorum Martyrum, *duplex-minus*, cum *commem.* Vigiliæ SS. Petri & Pauli, Apost. *cum jejunio.*
e	29	PETRI & PAULI, APOST. *solemne-minus.*
f	30	Commemoratio sancti Pauli, Apost. *duplex-minus*, *cum commem.* sancti Theobaldi, Presbyteri, Solit.

JULIUS.

Litt. Do.	Dies Mens.	
g	1	Martialis, Lemovicensis Episcopi, (è 30 Junii.) *semiduplex.*
A	2	Visitatio B. Mariæ V., *duplex-majus.*
b	3	
c	4	Ordinatio & Translatio sancti Martini, Turon. Episcopi, *semiduplex.*
d	5	
e	6	
f	7	Thomæ, Cantuariensis Episcopi & Martyris, (è 29. Dec.) *semid. Transl. hac die.*
g	8	
A	9	
b	10	Septem fratrum, filiorum sanctæ Felicitatis, Martyrum, *simplex.*

JULIUS.

Litt. Do.	Dies Mens.	
c	11	Benedicti, Cassinensis Abbatis, (è 21. Mart.) *semid.* *Translatio hâc die.*
d	12	
e	13	Turiavi, Episcopi apud Dolum, *simplex.*
f	14	Bonaventuræ, Albanensis Episcopi, Doctoris, *semiduplex.*
g	15	
A	16	
b	17	Sperati & soc. Martyrum, *simplex.*
c	18	Thomæ Aquinatis, Doctoris (è 7 Mart.) *duplex-minus. Canonisatio hâc die*, cum *comm.* sancti Arnulfi, Martyris.
d	19	Vincentii à Paulo, Presb. *semid.*
e	20	
f	21	Victoris, Martyris, *semiduplex.*
g	22	Mariæ Magdalenes, *duplex-majus.*
A	23	Appollinaris, Ravennensis Episcopi & Mart. *simplex.*
b	24	
c	25	JACOBI (Zebedæi) APOST. *duplex-majus*, cum *commem.* sancti Christophori, Martyris in Lycia : sancti Cucufatis, Martyris, ac Translationis sancti Germani Parisiensis Episcopi.
d	26	Translatio sancti Marcelli, *semiduplex.* [In Metrop. *solemne-minus.*]
e	27	Georgii, Aurelii, Felicis, Nataliæ & Liliosæ, Martyrum, *simplex.*
f	28	Joachim & Annæ, parentum Beatæ Mariæ Virginis, *duplex-minus*, cum *commemoratione* sancti Sampsonis, Episcopi, apud Dolum.
g	29	Lupi, Trecensis Episcopi *semiduplex.*
A	30	
b	31	Germani, Autissiodorensis Episcopi, *duplex-majus.* [In Metrop. *solemne-minus.*] cum *commem.* sancti Ignatii Loyolæ, Presbyteri, Instit. Soc. Jesu.

AUGUSTUS.

Litt. Do.	Dies Menſ.	
c	1	Petri ad Vincula, (è 20. Aprilis) *duplex-minus*, *Dedic. Baſilicæ ejuſd. hâc die*, cum *commemoratione* SS. Septem Fratrum Machabæorum, & eorum Matris, Mart. *ante Chriſtum natum*, ac ſancti Exuperii, Bajoc. Epiſcopi. ¶ Dominicâ primâ Auguſti, celebratur Feſtum SUSCEPTIONIS SANCTÆ CRUCIS, (è 1.) niſi occurrat Transfiguratio, *duplex-minus* [In Metropolitana, *duplex-majus*.]
d	2	Stephani I, Papæ & Martyris, *ſimplex*.
e	3	Inventio Corporis ſancti Stephani, Protomart. *duplex-majus*.
f	4	Dominici, Presb. Inſtit. Ord. Fratrum Prædic. (è 6.) *ſemid.*
g	5	Ionii, Presbyteri & Martyris, *ſemiduplex*, cum *commem.* ſancti Memmii, I. Catalaun. Epiſcopi.
A	6	Transfiguratio Domini, *duplex majus*, cum *commem.* ſancti Xiſti, Papæ & Mart.
b	7	
c	8	Juſtini, Mart. (è 1.) *ſemiduplex*.
d	9	
e	10	Laurentii, Diaconi & Martyris, *duplex-majus*.
f	11	Suſceptio ſanctæ Coronæ Spineæ, (è 18.) *duplex-majus*, cum *commem.* ſanctæ Claræ, Virginis, Clariſſarum Abbatiſſæ.
g	12	
A	13	Hippolyti, Concordiæ & ſoc. Mart. *ſemiduplex*, cum *commem.* ſanctæ Radegundis, Reginæ Franciæ, Viduæ.
b	14	Vigilia *cum jejunio*.
c	15	*ASSUMPTIO B. MARIÆ VIRGINIS*, Annuale.
d	16	De Octava Aſſumptionis, *ſemiduplex*, cum *commemoratione* ſancti Rochi, Lai-

AUGUSTUS.

Litt. Do.	Dies Menſ.	
		ci, apud Montem-Peſſulanum.
e	17	De Octava, *ſemiduplex*, cum *commem.* ſancti Mamantis, Cæſareæ in Cappadocia, Mart.
f	18	De Octava, *ſemid.* [In Metrop. *commem.* Victoriæ Philippi Pulchri, Regis Franciæ, *duplex-minus.*]
g	19	De Octava, *ſemiduplex.*
A	20	Bernardi, Claravall. Abbatis & Eccleſiæ Doctoris, *duplex-minus*, cum *commemoratione* Octavæ.
b	21	De Octava, *ſemid.*
c	22	Octava Aſſumptionis B. Mariæ, *duplex-majus*, cum *commem.* ſancti Symphoriani, Mart.
d	23	Joannæ-Franciſcæ Fremiotæ à Chantal, Viduæ. *ſemid.*
e	24	Bartolomæi, Apoſtoli, *duplex-majus*, cum *commem.* ſancti Audoeni, Rothomag. Epiſcopi.
f	25	LUDOVICI IX REGIS FRANCIÆ, *duplex-majus.*
g	26	
A	27	Cæſarii, Arelatenſis Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris, *duplex-minus.*
b	28	Auguſtini, Hipponenſis Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris, *duplex-minus*, cum *comm.* ſancti Juliani Brivatenſis, Martyris.
c	29	Decollatio ſancti Joannis Baptiſtæ, *duplex-majus*, cum *commemor.* ſancti Mederici, Abb.
d	30	Fiacrii, Brigenſis Solitarii, *ſemid.*
e	31	

SEPTEMBER.

Litt. Do.	Dies Menſ.	
f	1	Lupi, Senonenſis Epiſcopi, *ſemiduplex*, cum *commem.* ſancti Ægidii, Abbatis in Occitania.

SEPTEMBER.

Litt. Do.	Dies Mens.	
g	2	Lazari à Christo suscitati, & SS. Mariæ & Marthæ sororum, Christi hospitum, *duplex-minus* cum *commem.* sancti Antonini, Martyris, Apamiarum Patroni.
A	3	Gregorii magni, Papæ, & Ecclesiæ Doctoris. (è 12. Mart.) *duplex-minus. Ordinatio hâc die.*
b	4	Marcelli Cabilonensis, Martyris, *simplex.*
c	5	
d	6	
e	7	Clodoaldi, Presbyteri, *semiduplex*, cum *commem.* sancti Evurtii, Aurelianensis Episcopi.
f	8	*NATIVITAS B. MARIÆ VIRGINIS*, solemne-majus.
g	9	De Octava, *semiduplex*, cum *commem.* sancti Audomari, Morinensis Episc.
A	10	De Octava, *semiduplex*, cum *commem.* sancti Nicolai Tolentinatis, Eremitæ sancti August.
b	11	De Octava, *semiduplex.*
c	12	De Octava, *semiduplex.*
d	13	De Octava, *semiduplex.*
e	14	Exaltatio sanctæ Crucis *duplex-majus*, cum *commem.* Octavæ ac sancti Cornelii, Papæ & Mart.
f	15	Octava Nativitatis B. Mariæ V., *duplex-minus.*
g	16	Cypriani, Carthag. Episcopi, Ecclesiæ Doctoris & Martyris, *semiduplex*, cum *commemoratione* sanctæ Euphemiæ, Virginis & Martyris.
A	17	Lamberti, Traject. Episcopi & Martyris, *simplex.*
b	18	Joannis Chrysostomi, Constantinop. Episcopi, & Ecclesiæ Doctoris, (è 14.) *semid.*
c	19	
d	20	
e	21	Matthæi, Apostoli & Evang. *duplex-majus.*

SEPTEMBER.

Litt. Do.	Dies Menf.	
f	22	Mauricii & soc. Mart. *femiduplex.*
g	23	Theclæ, Virginis & Martyris, *femiduplex.*, cum *commem.* fancti Paxentii, Mart.
A	24	Andochii, Presb. Thyrfi, Diac. & Felicis, Martyrum, *fimplex* (è 1. Maii.)
b	25	Firmini, I. Ambian. Epifcopi & Martyris, *fimplex.*
c	26	
d	27	Cofmæ & Damiani, fratrum, Martyrum. *femid.* [In Metrop. *duplex minus.*]
e	28	Cerauni, Parifienfis Epifcopi, *femiduplex.*
f	29	Michaelis & omnium SS. Angelorum, *duplex-majus.* Hoc feftum in Apulia fumpfit initium.
g	30	Hieronymi, Presbiteri & Ecclefiæ Doctoris, *duplex-minus.*

OCTOBER.

A	1	Remigii, Remenf. Epifcopi (è 13. Jan.) *femid.* *Tranflatio prima hâc die*, *cum comm.* fancti Piatonis, Mart.
b	2	Feftum SS. Angelorum Cuftodum, *duplex-minus:* cum *commem.* fancti Leodegarii, Auguftod. Epifcopi & Martyris.
c	3	Dionyfii Areopagitæ, primi Athenarum Epifcopi & Mart. *femid.*
d	4	Francifci Affifinatis in Umbria, Inftit. Ord. Fratrum Minorum, *femiduplex.*
e	5	Aureæ, Virginis, primæ Abbatiffæ fancti Martialis apud Parifios, (è 4.) *femid.*
f	6	Brunonis Monachi, Inftit. Ordinis Carthufian. *femiduplex*, cum *commem.* fanctæ Fidis, Virg. & Mart.
g	7	Sergii & Bacchi, Martyrum, *fimplex.*
A	8	Vigilia *fine jejunio*, cum *commem.* fancti Demetrii, Mart.

OCTOBER.

Litt. Do.	Dies Mens.	
b	9	DIONYSII, PRIMI PARISIORUM EPISCOPI, RUSTICI PRESBYTERI, & ELEUTHERII DIAC. MART. Solemne-majus.
c	10	De Octava SS. Mart. *semiduplex.*
d	11	De Octava, *semid.* cum *commem.* SS. Nigasii, Presb. & soc. Mart.
e	12	De Octava, *semiduplex.*
f	13	De Octava, *semiduplex* [cum *commem.* sancti Geraldi, Comitis Aureliac. *in Metrop. tantùm.*]
g	14	De Octava, *semiduplex.*
A	15	Theresiæ, Virginis, Instauratricis Ordinis Carmelit. *semiduplex*, cum *commemoratione* de Octava.
b	16	Octava SS. Dionysii & soc. Mart. *duplex-minus.*
c	17	Cerbonii, Populoniensis Episcopi, *simplex.*
d	18	Lucæ, Evang. *duplex-majus*, cum *commem.* sancti Hermelandi, Abbatis. (è 25 Mart.) *Translatio hâc die.*
e	19	Saviniani, Senonensis Episcopi, Potentiani & soc. Mart. (è 31. Dec.) *semid. Translatio hâc die.*
f	20	
g	21	Ursulæ & soc. Virg. & Mart. *semiduplex*, cum *commem.* sancti Hilarionis, Abbatis, ac sanctæ Celiniæ, Virginis.
A	22	Melloni, primi Rothomag. Episc. *simplex.*
b	23	
c	24	Maglorii, Episc. *semiduplex.*
d	25	Crispini & Crispiniani, fratrum, Martyrum, *simplex.*
e	26	
f	27	
g	28	Simonis & Judæ, Apostolor. *duplex-majus*, cum *commemoratione* sancti Faronis, Meldensis Episc. ac Translationis sanctæ Genovefæ, Virg.

OCTOBER.

Litt. Do.	Dies Menſ.	
A	29	
b	30	Lucani, Mart. *ſemiduplex.*
c	31	Vigilia *cum jejunio*: cum *commem.* ſancti Quintini, Mart.

NOVEMBER.

Litt. Do.	Dies Menſ.	
d	1	*OMNIUM SANCTORUM*, ſolemne-majus.
e	2	COMMEMORATIO OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM, *duplex-majus.* [*commem.* Octavæ omnium SS. ſi Dominica ſit.]
f	3	Marcelli, Paris. Epiſcopi. (è 1.) *duplex majus.* [In Metrop. *ſolemne-minus*] cum *comm.* Omnium SS. item SS. Euſtachii & ſoc. Mart. (è 1.) ac ſancti Guinaili, Abb.
g	4	Caroli Borromæi, Mediol. Epiſc. Cardin. (è 3.) *ſemid.* cum *comm.* Omnium SS. ac S. Clari, Presb. & Mart.
A	5	De Oct. Omnium SS. *ſemid.*
b	6	De Octava Omnium SS. *ſemiduplex*; cum *commem.* ſancti Leonardi, Solitarii.
c	7	De Oct. Omnium SS. *ſemid.*
d	8	Octava Omnium SS. & Veneratio SS. Reliquiarum, *duplex-minus.*
e	9	Maturini, Presbyteri, (è 1.) *ſemid.*
f	10	Leonis Magni, Papæ & Eccleſiæ Doct. *ſemid.* cum *commem.* ſancti Martini, Papæ & Mart. [è 16. Sept.]
g	11	Martini, Turon. Epiſcopi, *duplex majus.*
A	12	Verani, Epiſc. (è 11.) *ſimplex.*
b	13	Gendulfi, Epiſcopi, *ſemid.* [In Metrop. *duplex-minus.*] cum *commem.* ſancti Bricii, Tur. Epiſc.
c	14	
d	15	Eugenii Mart. *ſemid.* cum *commem.* ſancti Maclovii, Alethenſis Epiſc.

Litt. Dom.	Dies Mens.	NOVEMBER.
c	16	
f	17	Aniani, Aurelian. Episc. *semid.*
g	18	Aldæ, Virginis, *simplex.*
A	19	Elizabeth, Viduæ, *simplex.*
b	20	
c	21	Præsentatio B. Mariæ, *duplex-minus*; cum *commem.* sancti Columbani, abbatis.
d	22	Cæciliæ, Virginis & Mart. *semid.*
e	23	Clementis, Papæ & Mart. *semid.*
f	24	Severini, Monachi, (è 23.) *semid.* cum *commem.* sancti Chrisogoni, Mart.
g	25	Catharinæ, Virg. & Mart. *semid.*
A	26	Genovefæ, de miraculo Ardentium, *semid.* cum *commem.* sancti Marcelli, Parif. Episc. ac sancti Lini, Papæ & Mart.
b	27	Vitalis & Agricolæ, Mart. *simpl.*
		Prima sedes Adventûs.
c	28	
d	29	Saturnini, Tolosani Episcopi & Martyris; *commem.*
e	30	Andreæ, Apost. *duplex-majus.*
		DECEMBER.
f	1	Eligii, Noviom. Episc. (è 30. Nov.) *semidupl.*
g	2	Francisci Xaverii, Presbyteri, *commem.*
A	3	
		Ultima sedes Adventûs.
b	4	
c	5	
d	6	Nicolai, Myrensis Episc. *semid.*
e	7	Faræ, Virginis *commem.*

DECEMBER.

Litt. Do.	Dies Mens.	
f	8	CONCEPTIO B. MARIÆ VIRG. *solemne-minus.*
g	9	
A	10	Valeriæ, Virginis & Mart. *commem.*
b	11	Fusciani, Victorici & Gentiani, Martyrum; ac sancti Damasi, Papæ, *commem.*
c	12	
d	13	Luciæ, Virginis & Martyris, *semid.* cum *commem.* sancti Judoci, Presbyteri.
e	14	Nicasii, Remensis Episc. Eutropiæ, Virg. & soc. Mart. *commem.*
f	15	Maximini, Abbatis *commem.*
g	16	
A	17	
b	18	
c	19	
d	20	
e	21	Thomæ, Apostoli. *duplex-majus.*
f	22	
g	23	
A	24	Vigilia *cum jejunio.*
b	25	*NATALE DOMINI*, Annuale.
c	26	STEPHANI, PROTOMART. *solemne-minus*: cum *commem.* Octavæ Natalis Domini.
d	27	JOANNIS, APOST. & EVANGEL. *duplex-majus*, cum *commem.* Natalis Domini.
e	28	Innocentium, Martyrum, *duplex-minus*, cum *commem.* Natalis Domini.
f	29	De Octava Natalis Domini.
g	30	Officium Dominicæ intra Octavam Natalis Domini, *semiduplex.*
A	31	De Octava Natalis Domini, cum *commem.* sancti Sylvestri, Papæ; ac sanctæ Columbæ, Virg. & Mart.



CASUS RESERVATI.

SUMMO PONTIFICI,

Qui omnes habent annexam censuram propter quam reservantur.

1. EXUSTIO Templorum & domorum profanarum procurata & voluntaria, dùm incendiarius est publicè denuntiatus.

2. Effractio & spoliatio Templi, Monasterii aut alterius ædis sacræ, quandò sacrilegus est publicè denuntiatus.

3. Simonia realis in Ordinibus, aut Beneficiis, item Confidentia.

4. Occisio, *etiam non cruenta*, mutilatio membri vel atrox percussio cujuscumque in sacris Ordinibus constituti, *tonsuram, & vestem suam Clericalem, aut Religiosam gestantis.*

5. Percussio Episcopi, seu alterius Prælati, *etiam non atrox.*

6. Delatio armorum ad partes Infidelium.

7. Falsificatio Bullarum, seu Litterarum Summi Pontificis.

8. Invasio, deprædatio, occupatio aut devastatio terrarum Romanæ Ecclesiæ.

9. Violatio Interdicti ab eadem sanctâ Sede impositi.

Rarissimè accidunt in his regionibus, si qui sunt alii casus summo Pontifici reservati.



CASUS RESERVATI

DOMINO D. ARCHIEPISCOPO.

Summo Pontifici reservati casus redeunt omnes, cùm occulti sunt, ad DD. Archiepiscopum; cui & sequentes 18 reservantur, versibus sequentibus comprehensi.

Hæreticus; Res, Personas, Loca sacra profanans;
Et Magus, & Blasphemus; Percussorque Parentis;
Vitam auferre homini; vel procurare Duellum;
Conjugis, Infantisve, aut fœtûs quærere mortem;
Raptus; & Incestus; Sodomorum infamia; Leno;
Igne cremare domos; & bis duo crimina falsi.

I. *HÆRESIS*, hoc est, opinio aliqua contraria fidei, pertinaciter & ex animo coram pluribus, quasi dogmatisando, & agnitæ fidei Ecclesiæ resistendo, affetta ac defensa, aut in hæreticorum communione vel conventu, etiam ex timore aut simulando declarata, *cum censurâ excommunicationis ipso facto, eâque reservatâ.*

II. Sacrilegium in res sacras.

1. *Profanatio*, seu impius usus S S. *Eucharistiæ*; non tamen communio indigna.

Item Chrismatis aut alterutrius Olei sancti.

2. *Matrimonium, absque* benedictione sacerdotali, & aliis *solemnitatibus* ad celebrationem Sacramenti matrimonii præscriptis, *contrahere* per verba de præsenti coram Parocho, seu ejus vices gerente, ac testibus. Ad id testem adesse, aut Notarium qui actum conficiat, *cum censura excommunicationis ipso facto, eâque reservatâ.*

3. *Furtum rei sacræ* in quovis loco, aut rei profanæ depositæ in loco sacro.

III. Sacrilegium in personas sacras.

1. *Gravis*, non atrox, *percussio Clerici vel Religio* in sacris Ordinibus constituti, *cum censura excommunicationis ipso facto, eâque reservatâ.*

2. *Concubitus Confessarii cum Pœnitente; & Pœnitentis cum Confessario.* Item Parochi cum Parochiana & Parochianæ cum Parocho.

Sacerdoti conscio cujuscumque tactûs impudici admitur ipso facto omnimoda facultas audiendi unquam confessionem ejus, cum quo aut cum qua crimen admisit, ipsum & aut ipsam absolvendi sub quovis prætextu, etiam tempore Jubilæi.

3. *Concubitus cum Sanctimoniali.*

IV. Sacrilegium in loca sacra.

1. *Atrox*, violenta ac injuriosa *percussio in Ecclesia*, aut in alio loco sacro.

2. *Fornicatio*, alia sub quâ hic adulterium, & graviora cum puella aut quavis muliere crimina comprehenduntur, *in Ecclesia*, aut in alio loco sacro.

3. *Exustio, aut cum spoliatione effractio Templorum* aut ædium sacrarum, quandiu incendiarius, aut effractor ac spoliator non est publicè denuntiatus *cum censura excommunicationis ipso facto.*

4. *Violatio clausuræ regularis* per ingressum externorum cujuscumque sexûs personarum intra septa Monialium absque licentia, *cum censura excommunicationis ipso facto.*

Item, egressus Monialium extra septa clausuræ regularis: aut secularem utriusque sexûs absque licentiâ, aut legitimâ causâ intra septa clausuræ regularis admittere; *cum censura excommunicationis.*

V. *Magia.* Comprehenduntur maleficia, veneficia, divinationes, totiusque artis magicæ exercitium, *cum censura excommunicationis.*

Item, *Magos ac Divinos*, non per jocum, & levi curiositate, sed seriò, & adhibitâ iis fide *consulere.*

VI. *Blasphemia publica vel scandalosa.*

VII. *Percussio patris, matris*, avi, aviæ, aut alterius ex ascendentibus, item soceri ac socrûs.

VI

onjugi mortem machinari, id eſt, non ſolùm meditari, ſed reipsâ tentare, licèt fortè mors [ſeq]uatur.

Negligentia gravis in oppreſſione parvulorum; qua parvulo nondùm ratione utenti accideret , malumve aliud grave.

Procurare abortivum, ſive fœtus animatus ſit, [no]n ſit; & licèt abortus non ſequatur. Ad id dare , aut remedia ſcienter ſubminiſtrare. Item ſi gravida objiciat ſe ſciens periculo alicui veri- [a]bortûs.

Raptus Virginum, vel mulierum honeſtè vi- [ve]ntiu]m. Quo caſu raptor ipſe, ac omnes conſilium [...]n aut favorem illi præbentes, includuntur [cen]*ſura excommunicationis ipſo facto*.

Inceſtus intra ſecundum gradum conſangui- vel affinitatis, etiam ex illicita copula.

Sodomiticum peccatum, non modò conſum- , ſed & actu ad id per ſe ducente tentatum. peccatum, *quod illo gravius eſt*, ſeu beſtialitas.

Lenocinium, cujus rei ſunt, qui crimen im- [pudic]iæ ſcienter & voluntariè procurant aut adju- invitando, conſulendo, locum præbendo, [littera]s ſcribendo aut referendo, vel alio quovis

2. *Falsum testimonium*, seu sacramentum falsò præstitum in propria aut aliena causa *coram judice*, aut eo qui vices Judicis agit, cujusmodi est qui vocatur Commissarius.

3. *Falsum testimonium in causa matrimonii* à contrahentibus, aut aliis malâ fide ac dolo præstitum, scripto aut vivâ voce, ut à Ministris Ecclesiæ matrimonium nullum, vel quavis ratione illicitum benedicatur & celebretur, *cum censura excommunicationis, ipso facto, eâque reservatâ.*

4. *Falsificatio Bullarum Ecclesiasticarum.*

CENSURÆ QUAS RESERVAT

DD. ARCHIEPISCOPUS.

Suspensionem reservatam incurrit ipso facto, qui

I. ORDINATUR ab alieno Episcopo absque licentia Ordinarii sui, aut à proprio Episcopo, suppositâ aliâ personâ ad subeundum examen, aut supposito titulo ad majores Ordines requisito.

II. SS. Eucharistiam defert ad extinguenda incendia.

III. Missam celebrat non indutus veste talari.

IV. Alterius Diœcesis Sacerdos in hâc celebrat absque obtentâ licentiâ DD. Archiepiscopi, & honorarium recipit, post dies ab accessu in hanc Diœcesim quindecim.

V. Matrimonio jungit hæreticum, vel hæreticam.

VI. Alterius Parochiæ sponsos sine illorum Parochi, aut Episcopi licentia matrimonio conjungit, aut benedicit.

Ab hac censura absolvere competit Ordinario ejus Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo Benedictio suscipienda erat.

Notandum autem nullum peccatum reservari, nisi sit mortale.

VIII. *Homicidium voluntarium*, etiam ab ebrio aut irato perpetratum.

IX. *Duellum*, cujus casûs rei sunt omnes certantes in duello, socii certaminis, qui certantium patrini dicuntur, qui ad illud, etiam non secuturum, provocant scienter; consulentes, ex proposito spectatores; & qui locum ad id, arma aliave subsidia scienter subministrant, *cum censura excommunicationis ipso facto.*

X. *Conjugi mortem machinari*, id est, non solùm mente meditari, sed reipsâ tentare, licèt fortè mors non sequatur.

XI. *Negligentia gravis in oppressione parvulorum*; aut ex qua parvulo nondùm ratione utenti accideret vulnus, malumve aliud grave.

XII. *Procurare abortivum*, sive fœtus animatus sit, sive non sit; & licèt abortus non sequatur. Ad id dare consilia, aut remedia scienter subministrare. Item si mulier gravida objiciat se sciens periculo alicui verisimili abortûs.

XIII. *Raptus Virginum*, vel mulierum honestè viventium. Quo casu raptor ipse, ac omnes consilium, auxilium aut favorem illi præbentes, includuntur, *cum censura excommunicationis ipso facto*.

XIV. *Incestus* intra secundum gradum consanguinitatis, vel affinitatis, etiam ex illicita copula.

XV. *Sodomiticum peccatum*, non modò consummatum, sed & actu ad id per se ducente tentatum. Item & *peccatum, quod illo gravius est*, seu bestialitas.

XVI. *Lenocinium*, cujus rei sunt, qui crimen impudicitiæ scienter & voluntariè procurant aut adjuvant, invitando, consulendo, locum præbendo, epistolas scribendo aut referendo, vel alio quovis malo.

XVII. *Exustio voluntaria domorum profanarum*, si incendiarius non est publicè denuntiatus, *cum censura excommunicationis ipso facto.*

XVIII. *Crimen falsi.*

1. *Falsam Monetam cudere*, aut adulterare legitimam.

[redacted]

2. *Falsum testimonium*, seu sacramentum falsò præstitum in propria aut aliena causa *coram judice*, aut eo qui vices Judicis agit, cujusmodi est qui vocatur Commissarius.

3. *Falsum testimonium in causa matrimonii* à contrahentibus, aut aliis malâ fide ac dolo præstitum, scripto aut vivâ voce, ut à Ministris Ecclesiæ matrimonium nullum, vel quavis ratione illicitum benedicatur & celebretur, *cum censura excommunicationis*, *ipso facto*, *eâque reservatâ*.

4. *Falsificatio Bullarum Ecclesiasticarum*.

CENSURÆ QUAS RESERVAT DD. ARCHIEPISCOPUS.

Suspensionem reservatam incurrit ipso facto, qui

I. ORDINATUR ab alieno Episcopo absque licentia Ordinarii sui, aut à proprio Episcopo, suppositâ aliâ personâ ad subeundum examen, aut supposito titulo ad majores Ordines requisito.

II. SS. Eucharistiam defert ad extinguenda incendia.

III. Missam celebrat non indutus veste talari.

IV. Alterius Diœcesis Sacerdos in hâc celebrat absque obtentâ licentiâ DD. Archiepiscopi, & honorarium recipit, post dies ab accessu in hanc Diœcesim quindecim.

V. Matrimonio jungit hæreticum, vel hæreticam.

VI. Alterius Parochiæ sponsos sine illorum Parochi, aut Episcopi licentia matrimonio conjungit, aut benedicit.


Ab hac censura absolvere competit Ordinario ejus Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo Benedictio suscipienda erat.

Notandum autem nullum peccatum reservari, nisi sit mortale.

Nullum reservari, quandò solâ cogitatione est admissum.

Nullum etiam reservari, quandò à pueris aut puellis committitur ante pubertatis annos, id est in pueris ante annum ætatis decimum-quartum, in puellis ante annum duodecimum.

Notandum denique feminas non esse remittendas pro casibus reservatis, quandò distant ab urbe plusquam tribus leucis, sed posse à Parocho absolvi, nisi fortè pro sua prudentia judicaverit aliter expedire.



Hi Versus Glória, & Sicut erat. *dicuntur in fine Psalmorum, Divisionum & Canticorum, nisi aliter notetur.*

Ant. Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo: sitívit in te ánimá mea.

Ant. 1. a. Exultent.

Psalmus. 69.

DEus, in adjutórium meum inténde: * Dómine, ad adjuvandum me festína.

Confundantur, & revereantur, * qui quærunt ánimam meam.

Avertantur retrorsùm, & erubescant, * qui volunt mihi mala.

Avertantur statìm erubescentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & læteutur in te omnes qui quærunt te; * & dicant semper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego verò egénus & pauper sum: * Deus, ádjuva me.

Adjútor meus & liberátor meus es tu: * Dómine, ne moréris.

Ant. Exultent & læteutur in te, qui díligunt salutáre tuum, Dómine.

Ant. 5. C. Servíte Dómino.

Psalmus 99.

JUbiláte Deo, omnis terra, * servíte Dómino in lætítia.

℣ Introíte in conspectu ejus, * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus: * ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Pópulus ejus, & ovés páscuæ ejus, introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis: * confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, * quóniàm suávis est Dóminus.

℣ In æternum misericórdia ejus, * & usque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Ant. Servíte Dómino in lætítia: scitóte quóniàm Dóminus ipse est Deus.

Ant. 4. E. Benedictus es.

Canticum trium Pueror. Dan. 3.

BEnedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino; * laudáte & superexaltáte eum in sécula.

Benedícite, Angeli Dómini, Dómino: * benedícite, cœli, Dómino.

Benedícite, aquæ omnes quæ super cœlos sunt, Dómino: * benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.

Benedícite, sol & luna, Dómino; * benedícite, stellæ cœli, Dómino.

Benedícite, omnis imber & ros Dómino: * benedícite, omnes spíritus Dei, Dómino.

HORÆ DIURNÆ.

DOMINICA AD LAUDES.

Pater. Ave.

DEus, in adjutórium meum intende : ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto : Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, & in sécula seculórum. Amen.

Allelúia.

In omnibus Dominicis, de quibus fit, Antiphonæ, Capitula, Hymni, &c. dicuntur prout hìc habentur; quod etiam servatur ad alias Horas.

Ant. 8. *G.* Deus.

Psalmus 62.

DEus, Deus meus, * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, quàm multiplíciter tibi caro mea * in terra deserta, & ínvia, & inaquósa.

Sic in sancto appárui tibi, * ut vidérem virtútem tuam & glóriam tuam.

Quóniàm mélior est misericórdia tua super vitas, * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea, * & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea, * & lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tuî super stratum meum, * in matutínis meditábor in te.

Quia fuisti adjútor meus, * & in velamento alárum tuárum exultábo.

Adhæsit ánima mea post te; * me suscepit déxtera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiérunt ánimam meam, * introíbunt in inferióra terræ.

Tradentur in manus glá-dii, * partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo; * quia obstructum est os loquéntium iníqua.

Glória Patri, & Fílio, * & Spirítui sancto :

Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, * & in sécula seculórum. Amen.

Státuit ea in ætetnum, & in séculum séculi: * præceptum pósuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum, de terra; * dracónes, & omnes abyssi;

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus;

Montes, & omnes colles, * ligna fructífera, & omnes cedri;

Béstiæ, & universa pécora; * serpentes, & vólucres pennátæ;

Reges terræ, & omnes pópuli; * príncipes, & omnes júdices terræ;

Júvenes & vírgines, senes cum junióribus, laudent nomen Dómini, * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cœlum & terram; & exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus, * fíliis Israël, pópulo appropinquanti sibi.

Ant. Hymnus ómnibus sanctis ejus, fíliis Israël, pópuloappropinquantisibi.

Capitulum. Deut. 6.

AUdi, Israël: Dóminus Deus noster, Dóminus unus est. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex tota fortitúdine tua; eruntque verbâ hæc in corde tuo: & meditáberis in eis sedens in domo tua, & ámbulans in itínere, dórmiens atque consurgens. ℟. Deo grátias.

Sic respondetur in fine omnium Capitulorum.

Hymnus.

AD templa nos rursùs vocat
Surgentis auróræ nitor,
Novasque pro læto monet
Referre grates múnere.
At victor auróram suo
Fulgóre Christus óbruit.
Huic, magna cujus pars sumus,
Juvat triumpho pláudere.
Quòd evolútus fásciis
Repentè mundus éxtitit,
Puro renídens lúmine,
Virtútis hoc quantæ fuit!
Quòd tráditum neciPater,
Ut fóntibus vitam daret,
Vitæ redónat Fílium,
Amóris hoc quanti fuit!
Æternus ut rerum Sator
Aspexit orbem, prótinùs
Colóre depictum suo,
Probávit excellens opus.
At lætius quantò óbtulit
Sese Patri spectáculum,
Cœlestis Agni cándido
Ablútus orbis sánguine!
Cum luce nobis rédditur

Benedícite, ignis & æstus, Dómino; * benedícite frigus & æstus, Dómino.

Benedícite, rores & pruína, Dómino : * benedícite, gelu & frigus, Dómino.

Benedícite, glácies & nives, Dómino; * benedícite, noctes & dies, Dómino.

Benedícite, lux & ténebræ, Dómino : * benedícite, fúlgura & nubes, Dómino.

Benedícat terra Dóminum; * laudet & superexaltet eum in sécula.

Benedícite, montes & colles Dómino : * benedícite, univerſa germinántia in terra Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino : * benedícite, mária & flúmina Dómino.

Benedícite, cete & ómnia quæ moventur in aquis, Dómino : * benedícite, omnes vólucres cœli, Dómino.

Benedícite, omnes béstiæ & pécora, Dómino : * benedícite, filii hóminum, Dómino.

Benedícat Iſraël Dóminum; * laudet & superexaltet eum in sécula.

Benedícite, ſacerdótes Dómini, Dómino : * benedícite, ſervi Dómini, Dómino.

Benedícite, ſpíritus & ánimæ juſtórum, Dómino : * benedícite, ſancti & húmiles corde, Dómino.

Benedícite, Anánia, Azária, Míſael, Dómino; * laudáte & superexaltáte eum in sécula.

Hic, loco Glória Patri, *dicitur :*

Benedicámus Patrem, & Filium, cum ſancto Spíritu; * laudémus & ſuperexaltémus eum in sécula.

Benedictus es, Dómine, in firmamento cœli; * & laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in sécula.

Ant. Benedictus es, Dómine, in throno regni tui; & ſuperlaudábilis, & ſuperexaltátus in sécula.

Ant. 7. *d.* Hymnus.

Pſalmus 148.

LAudáte Dóminum, de cœlis : * laudáte eum in excelſis.

Laudáte eum, omnes Angeli ejus : * laudáte eum, omnes virtútes ejus.

Laudáte eum, ſol & luna : * laudáte eum, omnes ſtellæ & lumen.

Laudáte eum, cœli cœlórum : * & aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Dómini;

Quia ipſe dixit, & facta ſunt; * ipſe mandávit, & creáta ſunt.

Nil língua, nil peccet manus;
Nil mens ináne cógitet:
In ore simplex véritas,
In corde regnet cáritas.

Incœpta dùm fluet dies,
O Christe, custos pérvigil,
Quas sævus hostis óbsidet,
Portas tuére sénsuum.

Præsta diurnus ut tuæ
Subsérviat laudi labor:
Auctóre quæ te cœpimus,
Da, te favente, prósequi.

Superba ne nimìs caro
Menti licenter ímperet,
Carnis domet supérbiam
Potûs cibique párcitas.

Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Fílio,
Sancto simul cum Spíritu,
Nunc, & per omne séculum. Amen.

Ant. 1. D. In toto corde.

Psalmus 117.

CONfitémini Dómino quóniàm bonus, * quóniàm in séculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israël quóniàm bonus, * quóniàm in séculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron, * quóniàm in séculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum, * quóniàm in séculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum; * & exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor, * non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor, * & ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confídere in Dómino, * quàm confídere in hómine.

Bonum est speráre in Dómino, * quàm speráre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me; * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdedérunt me; * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, & exarsérunt sicut ignis in spinis; * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impulsus, eversus sum ut cáderem; * & Dóminus suscépit me.

Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, * & factus est mihi in salútem.

Vox exultatiónis & salútis * in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me, * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam, * & narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus, * & morti non trádidit me.

Mundi renaſcentis decor,
Ócculta per quem Núminis
Mens ſurgit ad magnália.
At ſplendor æterni Patris,
Lumenque Chriſtus córdium,
Deum dat in ſe, quantus eſt,
Sub nube carnis cérnere.
Præſta, beáta Trínitas,
Ut legis ad facem tuæ
Vitémus omne quod vetas,
Sectémur omne quod jubes.
Amen.

℣. Manè aſtábo, tibi, Dómine, & vidébo; ℟. Quóniàm non Deus volens iniquitátem tu es.

Antiphona, ut in Proprio.

Cant. Zachariæ, Luc. 1.

BEnedictus Dóminus Deus Iſraël, * quia viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ;

Et erexit cornu ſalútis nobis * in domo David púeri ſui,

Sicut locútus eſt per os ſanctórum, * qui à ſéculo ſunt, Prophetárum ejus,

Salútem ex inimícis noſtris, * & de manu ómnium qui odérunt nos;

Ad faciendam miſericórdiam cum pátribus noſtris, * & memorári teſtaménti ſui ſancti:

Jusjurandum quod jurávit ad Abraham patrem noſtrum, * datúrum ſe nobis,

Ut ſine timóre, de manu inimicórum noſtrórum liberáti, * ſerviámus illi

In ſanctitáte & juſtitia coram ipſo, * ómnibus diébus noſtris.

Et tu, puer, Prophéta Altíſſimi vocáberis; * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus,

Ad dandam ſcientiam ſalútis plebi ejus, * in remiſſiónem peccatórum eórum.

Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri, * in quibus viſitávit nos Oriens ex alto,

Illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis ſedent, * ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

Glória Patri.

Antiphona & Oratio, ut in Propr. Poſteà dicitur:

Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Benedicámus Dómino, ℟. Deo grátias.

Poſt quamlibet Horam, ſi aliud Offic. non ſeq. dicitur ſecr. Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. Amen. *Deindè:* Pater noſter.

AD PRIMAM.

℣. Deus, in adjutórium, &c.

Hymnus.

JAm lucis orto sídere,
Deum precémur ſúpplices,
Noſtras ut ipſe dírigat,
Lux increáta, ſémitas.

meditábor, * non oblivíscar sermónes tuos.

Divisio Psalmi 118.

RETríbue servo tuo, vivífica me; * & custódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos, * & considerábo mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra, * non abscondas à me mandáta tua.

Concupívit ánima mea desideráre justificatiónes tuas * in omni témpore.

Increpasti supérbos: * maledícti qui declínant à mandátis tuis.

Aufer à me oppróbrium & contemptum; * quia testimónia tua exquisívi.

Etenìm sedérunt príncipes, & adversum me loquebántur; * servus autem tuus exercebátur in justificatiónibus tuis.

Nam & testimónia tua meditátio mea est, * & consílium meum justificatiónes tuæ.

Adhæsit paviménto ánima mea: * vivífica me secúndum verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, & exaudísti me; * doce me justificatiónes tuas.

Viam justificatiónum tuárum ínstrue me; * & exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio, * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove à me, * & de lege tua miserére meî.

Viam veritátis elégi, * judícia tua non sum oblítus.

Adhæsi testimóniis tuis, Dómine, * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucurri, * cùm dilatasti cor meum.

In Festo SS. Trinitatis & quandò fit Officium de Dom. dicitur Symb. seq.

QUicumque vult salvus esse, * ante ómnia opus est ut téneat cathólicam fidem;

Quam nisi quisque íntegram inviolatamque serváverit: * absque dúbio in ætérnum períbit.

Fides autem cathólica hæc est, * ut unum Deum in Trinitáte, & Trinitátem in Unitáte venerémur;

Neque confundentes persónas, * neque substántiam separantes.

Alia est enim persóna Patris, ália Filii, * ália Spíritûs sancti.

Sed Patris, & Filii, & Spíritûs Sancti una est divínitas, * æquális glória, coætérna majestas.

Qualis Pater, talis Fílius, * talis Spíritus sanctus.

Increátus Pater, increátus Fílius, * increátus Spíritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Fílius, * immensus Spíritus sanctus.

Æternus Pater, æternus Fílius, * æternus Spíritus sanctus;

Et tamen non tres æterni, * sed unus æternus.

Sicut non tres increáti, nec tres immensi, * sed unus increátus, & unus immensus.

Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, * omnípotens Spíritus sanctus;

Et tamen non tres omnipotentes, * sed unus omnípotens.

Ita Deus Pater, Deus Fílius, * Deus Spíritus sanctus;

Et tamen non tres dii, * sed unus est Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Fílius, * Dóminus Spíritus sanctus;

Et tamen non tres dómini, * sed unus est Dóminus.

Quia sicut singillátim unamquamque persónam, Deum ac Dóminum confitéri christiánâ veritáte compéllimur; * ita tres deos aut dóminos dícere cathólicâ religióne prohibémur.

Pater à nullo est factus, * nec creátus, nec génitus.

Fílius à Patre solo est, * non factus, nec creátus, sed génitus.

Spíritus sanctus à Patre & Fílio, * non factus, nec creátus, nec génitus, sed procédens.

Unus ergo Pater, non tres patres: unus Fílius, non tres filii: * unus Spíritus sanctus, non tres spíritus sancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut postérius, nihil majus aut minus; * sed totæ tres personæ coætenuæ sibi sunt & coæquáles.

Ita ut per ómnia, sicut jam suprà dictum est, * & Unitas in Trinitáte, & Trínitas in Unitáte veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse, * ita de Trinitáte séntiat.

Sed necessárium est ad æternam salútem, * ut Incarnatiónem quoque Dómini nostri Jesu Christi fidéliter credat.

Est ergo fides recta, ut credámus & confiteámur * quia Dóminus noster Jesus Christus Dei Fílius, Deus & homo est.

Deus est ex substántia Patris ante sécula génitus, * & homo est ex substántia matris in século natus.

Perfectus Deus, perfectus homo, * ex ánima rationáli & humána carne subsistens.

Æquális Patri secundum divinitátem,* minor Patre secundum humanitátem.

Qui licèt Deus sit & homo, * non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversióne divinitátis in carnem, * sed assumptióne humanitátis in Deum.

Unus omnínò, non confusióne substántiæ, * sed unitáte persónæ.

Nam, sicut ánima rationális & caro unus est homo, * ita Deus & homo unus est Christus,

Qui passus est pro salúte nostra, descendit ad ínferos, * tértiâ die resurrexit à mórtuis,

Ascendit ad cœlos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipotentis, * indè ventúrus est judicáre vivos & mórtuos;

Ad cujus adventum omnes hómines resúrgere habent cum corpóribus suis, * & redditúri sunt de factis própriis ratiónem:

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam æternam; * qui verò mala, in ignem æternum.

Hæc est fides Cathólica, * quam nisi quisque fidéliter firmiterque credíderit, salvus esse non póterit.

Ant. In toto corde meo exquisívi te, Dómine: doce me justificatiónes tuas.

Capitulum. Ephes. 5.

ERátis aliquandò ténebræ, nunc autem lux in Dómino. Ut fílii lucis ambuláte; fructus enìm lucis est in omni bonitáte, & justítia, & veritáte: probantes quid sit beneplácitum Deo.

℟. *br.* Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis. *Repetit.* Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis. ℣. Qui sedes * ad déxteram Patris, [*Hic versus quandoquè mutandus est, ut notatur in Proprio.*] * Miserére nobis. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto. *Repet.* Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum.

℣. Dóminus vobiscum, ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos pervenire fecisti, tuâ nos hódie salva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciendam nostra procédant elóquia, dirigantur cogitatiónes & ópera; Per Dóminum nostrum Jesum

Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus, per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobiscum, ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Bendicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

AD OFFICIUM CAPIT.

Primò fit lectio Martyrologii, in cujus fine nihil respondetur; sed statìm Hebdomadarius dicit:

℣. Prétiosa in conspectu Dómini, ℟. Mors Sanctórum ejus.

SAncta María, & omnes Sancti ádjuvent nos in oratiónibus suis pro nobis ad Deum; ut secundum eum qui vocávit nos, Sanctum, & ipsi in omni conversatióne sancti simus. ℟. Amen.

Deindè, ubì legitur Necrologium, post ejus lectionem dicitur Ps. De profundis. *& in fine*, Réquiem. *cum* ℣℣. Requiescant in pace. Dómine, exaudi. Dóminus vobiscum. *& Oratio*, Absolve, *ut habetur in fine III. Nocturni Officii Defunctorum.*

Posteà dicitur. ℣. Deus, in adjutórium meum intende: ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína.

℣. Deus, in adjutórium meum intende: ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína.

℣. Deus, in adjutórium meum intende: ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína. Glória Patri, & Fílio, & Spiritui sancto: Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, & in sécula seculórum. Amen. Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison, *Secr.* Pater. *Altâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Respice in servos tuos, Dómine, & in ópera tua; & dírige fílios eórum: ℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos; & ópera mánuum nostrárum dírige super nos; & opus mánuum nostrárum dírige. Glória Patri.

Orémus.

DIrígere & sanctificáre, régere & gubernáre dignáre, Dómine Deus, Rex cœli & terræ, hódiè corda & córpora nostra, sensus, sermónes & actus nostros, in lege tua, & in opéribus mandatórum tuórum; ut hìc, & in æternum, te auxiliante, salvi & líberi esse mereámur, Salvátor mundi; Qui vivis & regnas. ℟. Amen.

Lector; Jube, domne,

benedícere. [*Lectrix dicit*, domna. *solus vel sola recitans*, Dómine.]

Bened. Det Dóminus leges suas in mentem nostram, & in corde nostro superscribat eas. Amen.

Tùm fit lectio Canonis, qui pro singulis diebus habetur ad calcem : in cujus fine dicitur : Tu autem, Dómine, miserére nostrî. ℟. Deo grátias.

Post lectionem, Hebdomadarius dicit : Adjutórium nostrum in nómine Dómini : ℟. Qui fecit cœlum & terram.

Submissiori voce dicit : Benedícite, *Lector versus ad eum*, Deus. *Hebd.* Deus pacis aptet nos in omni bono, ut faciámus ejus voluntátem, fáciens in nobis quod pláceat coram se. *Lector*, Amen.

Secretò, Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiescant in pace. Amen.

AD TERTIAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

O Fons amóris, Spíritus,
O sancte donórum parens,
Tuas refúsus íntimis
Accende flammas córdibus.

Qui caritátis vínculo
Cum Patre nectis Fílium,
Et nos amóris mútui
Arctis coapta néxibus.

Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Fílio,
Sancto simul cum Spíritu,
Nunc, & per omne sécu
lum. Amen.

Ant. 6. C. Da mihi.

Ex Psalmo 118.

LEgem pone mihi Dómine, viam justificatiónum tuárum * & exquíram eam semper

Da mihi intellectum; & scrutábor legem tuam; * & custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatórum tuórum, * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia tua, * & non in avarítiam.

Averte óculos meos ne vídeant vanitátem : * in via tua vivífica me.

Státue servo tuo elóquium tuum * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum quod suspicátus sum, * quia judícia tua jucunda.

Ecce concupívi mandáta tua; * in æquitáte tua vivífica me.

Et véniat super me misericórdia tua, Dómine, * salutáre tuum secundum elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum, * qui sperávi in sermónibus tuis

Et ne auferas de ore meo verbum veritátis usquequáque; * quia in judíciis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper, * in séculum, & in séculum séculi.

Et ambulábam in latitúdine, * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar de testimóniis tuis in conspectu regum, * & non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, * quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua quæ diléxi, * & exercébar in justificatiónibus tuis.

Divisio Psalmi 118.

MEmor esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consoláta est in humilitáte mea, * quia elóquium tuum vivificávit me.

Superbi iníquè agébant usquequáque, * à lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum à século, Dómine; * & consolátus sum.

Defectio ténuit me * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant justificatiónes tuæ * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui, Dómine; * & custodívi legem tuam.

Hæc facta est mihi, * quia justificatiónes tuas exquisívi.

Pórtio mea Dómine, * dixi, custodíre legem tuam.

Deprecátus sum fáciem tuam in toto corde meo: * miserére meì secundum elóquium tuum.

Cogitávi vias meas, * & converti pedes meos in testimónia tua.

Parátus sum, & non sum turbátus, * ut custódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumplexi sunt me; * & legem tuam non sum oblítus.

Média nocte surgébam ad confiténdum tibi, * super judícia justificatiónis tuæ.

Párticeps ego sum ómnium timéntium te, * & custodiéntium mandáta tua.

Misericórdiâ tuâ, Dómine, plena est terra: * justificatiónes tuas doce me.

Divisio Psalmi 118.

BOnitátem fecisti cum servo tuo, Dómine, * secundum verbum tuum.

Bonitátem, & disciplínam, & sciéntiam doce me; * quia mandátis tuis crédidi.

Priusquàm humiliárer, ego delíqui; * proptéreà elóquium tuum custodívi.

Bonus es tu; * & in bonitáte tua doce me justificatiónes tuas.

Multiplicáta est super me iníquitas superbórum, * ego autem in toto corde meo scrutábor mandáta tua.

Coagulátum est sicut lac cor eórum: * ego verò legem tuam meditátus sum.

Bonum mihi quia humiliasti me, * ut discam justificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui * super míllia auri & argenti.

Manus tuæ fecérunt me, & plasmavérunt me: * da mihi intelléctum, & discam mandáta tua.

Qui timent te, vidébunt me, & lætabuntur; * quia in verba tua supersperávi.

Cognóvi, Dómine, quia æquitas judícia tua, * & in veritáte tua humiliásti me.

Fiat misericórdia tua, ut consolétur me, * secundum elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuæ, & vivam; * quia lex tua meditátio mea est.

Confundantur superbi, quia injustè iniquitátem fecérunt in me; * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertantur mihi timentes te, * & qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in justificatiónibus tuis, * ut non confundar.

Ant. Da mihi intelléctum, & scrutábor legem tuam, Dómine.

Capitulum. 1. Joan. 2.

IN hoc scimus quóniam cognóvimus Deum, si mandáta ejus observémus. Qui dicit se nosse eum, & mandáta ejus non custódit, mendax est, & in hoc véritas non est; qui autem servat verbum ejus, verè in hoc cáritas Dei perfecta est.

℟. *br.* Inclína cor meum, Deus, * In testimónia tua. Inclína. ℣. Averte óculos meos, ne vídeant vanitátem: * in vía tua vivífica me, * In testimónia tua. Glória Patri. Inclína.

℣. Deduc me in sémitam mandatórum tuórum. ℟. Quia ipsam vólui.

Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

℣. Deus, in adjutórium, &c.

Hymnus.

JAm solis excelsum juba
Toto coruscat lúmine
Sinusque pandens áureos,
Ignita vibrat spícula.

Tu, Christe, qui mundum novâ,
Sol verus, accendis face
Fac nostra plenam cárita[te]
Crescendo surgat ad diem.

Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Fílio,
Sancto simul cum Spíritu
Nunc, & per omne sæculum. Amen.

Ant. 2. D. Inclinávi.

Ex Psalmo 118.

DEfécit in salutáre tuum ánima mea, * & in verbum tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicentes: Quandò consoláberis me?

Quia factus sum sicut uter in pruína, * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui? * quandò fácies de persequéntibus me judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes; * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua, véritas: * iníquè persécuti sunt me, ádjuva me.

Paulò minùs consummavérunt me in terra; * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secundum misericórdiam tuam vivífica me, * & custódiam testimónia oris tui.

In ætérnum, Dómine, * verbum tuum pérmanet in cœlo.

In generatiónem & generatiónem véritas tua: * fundásti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tuâ persevérat dies; * quóniàm ómnia sérviunt tibi.

Nisi quòd lex tua meditátio mea est, * tunc fortè periíssem in humilitáte mea.

In æternùm non obliviscar justificatiónes tuas; * quia in ipsis vivificásti me.

Tuus sum ego, salvum me fac; * quóniàm justificatiónes tuas exquisívi.

Me expectavérunt peccatóres ut pérderent me: * testimónia tua intellexi.

Omnis consummatiónis vidi finem: * latum mandátum tuum nimis.

Divisio Psalmi 118.

QUómodò dilexi legem tuam, Dómine! * totâ die meditátio mea est.

Super inimícos meos prudentem me fecisti mandáto tuo, * quia in ætérnum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi, * quia testimónia tua meditátio mea est.

Super senes intellexi, * quia mandáta tua quæsívi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos, * ut custódiam verba tua.

A judíciis tuis non declinávi, * quia tu legem posuísti mihi.

Quàm dúlcia fáucibus meis elóquia tua! * super mel ori meo.

A mandátis tuis intellexi, * proptereà odívi omnem viam iniquitátis.

Lucerna pédibus meis verbum tuum, * & lumen sémitis meis.

Jurávi & ſtátui * cuſtodíre judícia juſtítiæ tuæ.

Humiliátus ſum uſquequáque, Dómine: * viviſica me ſecundum verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac, Dómine, * & judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis ſemper; * & legem tuam non ſum oblítus.

Poſuérunt peccatóres láqueum mihi; * & de mandátis tuis non errávi.

Hæreditáte acquisívi teſtimónia tua in ætérnum, * quia exultátio cordis mei ſunt.

Inclinávi cor meum ad faciendas juſtificatiónes tuas in ætérnum, * propter retributiónem.

Diviſio Pſalmi 118.

INíquos ódio hábui, * & legem tuam dilexi.

Adjútor & ſuſceptor meus es tu; * & in verbum tuum ſuperſperávi.

Declináte à me, maligni, * & ſcrutábor mandáta Dei mei.

Súſcipe me ſecundum elóquium tuum, & vivam; * & non confundas me ab expectatióne mea.

Adjuva me, & ſalvus ero; * & meditábor in juſtificatiónibus tuis ſemper.

Sprevíſti omnes diſcedentes à judíciis tuis, * quia injuſta cogitátio eórum.

Prævaricantes reputávi omnes peccatóres terræ; * ideò dilexi teſtimónia tua.

Confíge timóre tuo carnes meas: * à judíciis enim tuis tímui.

Feci judícium & juſtítiam: * non tradas me calumniántibus me.

Súſcipe ſervum tuum in bonum: * non calumniéntur me ſuperbi.

Oculi mei defecérunt in ſalutáre tuum, * & in elóquium juſtítiæ tuæ.

Fac cum ſervo tuo ſecundum miſericórdiam tuam, * & juſtificatiónes tuas doce me.

Servus tuus ſum ego: * da mihi intellectum, ut ſciam teſtimónia tua.

Tempus faciendi, Dómine: * diſſipaverunt legem tuam.

Ideò dilexi mandáta tua * ſuper aurum & topázion.

Proptéreà ad ómnia mandáta tua dirigébar: * omnem viam iníquam ódio hábui.

Ant. Inclinávi cor meum ad faciendas juſtificatiónes tuas in ætérnum.

Capitulum. I. Joan. 5.

HÆc eſt cáritas Dei, ut mandáta ejus cuſtodiámus; & mandáta ejus grávia non ſunt.

℟. *br.* Teſtimónia tua intellexi, Dómine: * La-

tum mandátum tuum nimìs. Testimónia. ℣. Omnis consummatiónis * vidi finem : * Latum. Glória Patri. Testimónia.

℣. Dilexi mandáta tua super aurum : ℟. Proptéreà ad ómnia mandáta tua dirigébar.

Oratio conveniens.

AD NONAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

LAbente jam solis rotâ,
Inclínat in noctem dies,
Sic vita suprémam cito
Festínat ad metam gradu.

O Christe, dùm fixus cruci
Expandis orbi bráchia,
Amáre da crucem; tuo
Da nos in amplexu mori.

Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Fílio,
Sancto simul cum Spíritu,
Nunc, & per omne séculum. Amen.

Ant. 4. E. Omnia.

Ex Psalmo. 118.

MIrabília testimónia tua; * ídeò scrutáta est eaánima mea.

Declarátio sermónum tuórum illúminat, * & intellectum dat párvulis.

Os meum apérui & attraxi spíritum,* quia mandáta tua desiderábam.

Aspice in me, & miserére meî, * secundum judícium diligéntium nomen tuum.

Gressus meos dírige secundum elóquium tuum;* & non dominétur meî omnis injustítia.

Rédime me à calúmniis hóminum, * ut custódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum,*& doce me justificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei; * quia non custodiérunt legem tuam.

Justus es, Dómine,* & rectum judícium tuum.

Mandasti justítiam testimónia tua, * & veritátem tuam nimìs.

Tabéscere me fecit zelus meus, * quia oblíti sunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum vehementer; * & servus tuus dilexit illud.

Adolescéntulus sum ego, & contemptus: * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Justítia tua, justítia in æternum; * & lex tua véritas.

Tribulátio & angústia invenérunt me : * mandáta tua meditátio mea est.

Æquitas testimónia tua in æternum : * intellectum da mihi, & vivam.

Jurávi & státui * custodíre judícia justítiæ tuæ.

Humiliátus sum usquequáque, Dómine: * vivífica me secundum verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac, Dómine, * & judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper; * & legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi; * & de mandátis tuis non errávi.

Hæreditáte acquisívi testimónia tua in ætérnum, * quia exultátio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciendas justificatiónes tuas in ætérnum, * propter retributiónem.

Divisio Psalmi 118.

INíquos ódio hábui, * & legem tuam dilexi.

Adjútor & suscéptor meus es tu; * & in verbum tuum supersperávi.

Declináte à me, malígni, * & scrutábor mandáta Dei mei.

Súscipe me secundum elóquium tuum, & vivam; * & non confundas me ab expectatióne mea.

Adjuva me, & salvus ero; * & meditábor in justificatiónibus tuis semper.

Sprevisti omnes discedentes à judíciis tuis, * quia injusta cogitátio eórum.

Prævaricantes reputávi omnes peccatóres terræ; * ídeò dilexi testimónia tua.

Confíge timóre tuo carnes meas: * à judíciis enim tuis tímui.

Feci judícium & justítiam: * non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in bonum: * non calumniéntur me superbi.

Oculi mei defecérunt in salutáre tuum, * & in elóquium justítiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secundum misericórdiam tuam, * & justificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego: * da mihi intelléctum, ut sciam testimónia tua.

Tempus faciendi, Dómine: * dissipavérunt legem tuam.

Ideò dilexi mandáta tua * super aurum & topázion.

Proptereà ad ómnia mandáta tua dirigébar: * omnem viam iníquam ódio hábui.

Ant. Inclinávi cor meum ad faciendas justificatiónes tuas in æternum.

Capitulum. I. Joan. 5.

HÆc est cáritas Dei, ut mandáta ejus custodiámus; & mandáta ejus grávia non sunt.

℟. *br.* Testimónia tua intellexi, Dómine: * La-

tum mandátum tuum nimìs. Testimónia. ℣. Omnis consummatiónis * vidi finem : * Latum. Glória Patri. Testimónia.

℣. Dilexi mandáta tua super aurum : ℟. Proptéreà ad ómnia mandáta tua dirigébar.

Oratio conveniens.

AD NONAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

Labente jam solis rotâ,
Inclínat in noctem dies,
Sic vita suprémam cito
Festínat ad metam gradu.

O Christe, dùm fixus cruci
Expandis orbi bráchia,
Amáre da crucem; tuo
Da nos in amplexu mori.

Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Filio,
Sancto simul cum Spíritu,
Nunc, & per omne sécculum. Amen.

Ant. 4. E. Omnia.

Ex Psalmo. 118.

Mirabília testimónia tua; * ídeò scrutáta est ea ánima mea.

Declarátio sermónum tuórum illúminat, * & intellectum dat párvulis.

Os meum apérui & attraxi spíritum,* quia mandáta tua desiderábam.

Aspice in me, & miserére meî, * secundum judícium diligéntium nomen tuum.

Gressus meos dírige secundum elóquium tuum;* & non dominétur meì omnis injustítia.

Rédime me à calúmniis hóminum, * ut custódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum,*& doce me justificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei; * quia non custodiérunt legem tuam.

Justus es, Dómine,* & rectum judícium tuum.

Mandasti justítiam testimónia tua, * & veritátem tuam nimìs.

Tabéscere me fecit zelus meus, * quia oblíti sunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum vehementer; * & servus tuus dilexit illud.

Adolescéntulus sum ego, & contemptus: * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Justítia tua, justítia in æternum; * & lex tua véritas.

Tribulátio & angústia invenérunt me: * mandáta tua meditátio mea est.

Æquitas testimónia tua in æternum: * intellectum da mihi, & vivam.

Psalmus. 110.

COnfitébor, tibi, Dómine, in toto corde meo, * in concílio justórum & congregatióne.

Magna ópera Dómini,* exquisita in omnes voluntátes ejus.

Conféssio & magnificéntia opus ejus : * & justítia ejus manet in séculum séculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum miséricors & miserátor Dóminus : * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in séculum testamenti sui : * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo.

Ut det illis hæreditátem géntium : * ópera mánuum ejus, véritas & judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in séculum séculi,* facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo, * mandávit in ætérnum testamentum suum.

Sanctum & terríbile nomen ejus ; * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in séculum séculi.

Ant. Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in séculum séculi.

Ant. 1. *f.* Qui timet Dóminum.

Psalmus 111.

BEátus vir qui timet Dóminum, * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : generátio rectórum benedicétur.

Glória & divítiæ in domo ejus ; * & justítia ejus manet in séculum séculi.

Exortum est in ténebris lumen rectis ; * miséricors, & miserátor, & justus.

Jucundus homo, qui miserétur & cómmodat, dispónet sermónes suos in judício ; * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit justus : * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, confirmátum est cor ejus ; * non commovébitur, donec despíciat inimícos suos.

Dispersit, dedit paupéribus ; * justítia ejus manet in séculum séculi : cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, & irascétur ; déntibus suis fremet, & tabescet : * desidérium peccatórum períbit.

Ant. Qui timet Dóminum, in mandátis ejus volet nimis.

Ant. 7. c. Sit nomen.

Psalmus 112.

LAudáte, púeri, Dóminum; * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, & usque in séculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excelsus super omnes gentes Dóminus, * & super cœlos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * & humília réspicit in cœlo & in terra?

Súscitans à terra ínopem, * & de stércore érigens páuperem;

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætantem.

Ant. Sit nomen Dómini benedíctum in sécula.

Ant. 1. A. Nos qui vivimus.

Psalmus 113.

IN éxitu Israël de Ægypto, * domûs Jacob de pópulo bárbaro,

Facta est Judæa sanctificátio ejus, * Israël potestas ejus.

Mare vidit, & fugit: * Jordánis conversus est retrorsùm.

Montes exultavérunt ut arietes, * & colles, sicut agni óvium.

Quid est tibi, mare, quòd fugisti? * & tu, Jordánis, quia conversus es retrorsùm?

Montes, exultástis sicut aríetes? * & colles, sicut agni óvium?

A fácie Dómini mota est terra, * à facie Dei Jacob,

Qui convertit petram in stagna aquárum, * & rupem in fontes aquárum.

Non nobis, Dómine, non nobis, * sed nómini tuo da glóriam super misericórdia tua & veritáte tua.

Nequandò dicant gentes: * Ubi est Deus eórum?

Deus autem noster in cœlo: * ómnia quæcumque vóluit, fecit.

Simulácra géntium argentum & aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquentur; * óculos habent, & non vidébunt.

Aures habent, & non áudient; * nares habent, & non odorábunt.

Manus habent, & non palpábunt; pedes habent, & non ambulábunt: * non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes qui

confídunt in eis.

Domus Israël sperávit in Dómino; * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino; * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino; * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostrî, * & benedixit nobis.

Benedixit dómui Israël, * benedixit dómui Aaron.

Benedixit ómnibus qui tìment Dóminum, * pusíllis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus super vos; * super vos, & super fílios vestros.

Benedícti vos à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Cœlum cœli Dómino; * terram autem dedit fíliis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine, * neque omnes qui descendunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc, & usque in séculum.

Ant. Nos qui vívimus, benedícimus Dómino.

Capitulum. Ephes. 1.

BEnedíctus Deus, & Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui benedixit no in omni benedictióne spirituáli in cœléstibus in Christo, sicut elégit nos in ipsc ante mundi constitutió nem; ut essémus sancti 8 immaculáti in conspect ejus in caritáte.

Hymnus.

O Luce qui mortálibus
Lates inaccessâ, Deus
Præsente quo sancti tre
munt
Nubuntque vultus Angeli
Hìc, ceu profundâ cór
diti
Demérgimur calígine:
Æternus at noctem suo
Fulgóre depellet dies.
Hunc nempè nobis pra
paras,
Nobis reservas hunc diem
Quem vix adumbrat splé
dida
Flammantis astri cláritas
Moráris heu! nimìs di
Moráris optátus dies:
Ut te fruámur, nóxii
Linquenda moles córpori
His cùm solúta vínculi
Mens evolárit, ô Deus;
Vidére te, laudáre te,
Amáre te non désinet.
Ad omne nos apta bo
num,
Fœcunda donis Trínitas:
Fac lucis usúræ brevi
Æterna succédat dies.
Amen.

℣. In Deo laudábim

totâ die; ℟. Et in nómine tuo confitébimur in séculum.

Antiph. ut in Proprio.

Canticum B. Mariæ Virg.

Luc. 1.

MAgníficat * ánima mea Dóminum,

Et exultávit spíritus meus * in Deo salutári meo;

Quia respexit humilitátem ancillæ suæ, * ecce enìm ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est; * & sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus à progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo; * dispersit superbos mente cordis sui.

Depósuit potentes de sede, * & exaltávit húmiles.

Esurientes implévit bonis, * & divites dimísit inánes.

Suscépit Israël púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ,

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham & sémini ejus in sécula.

Antiphona & Oratio, ut in Proprio.

AD COMPLETORIUM.

COnverte nos, Deus salutáris noster; ℟. Et averte iram tuam à nobis.

℣. Deus, in adjutórium, &c.

Ant. 8. G. Scuto.

Psalmus 4.

CUm invocárem, exaudivit me Deus justítiæ meæ: * in tribulatióne dilatasti mihi.

Miserére meî, * & exaudi oratiónem meam.

Filii hóminum, úsquequò gravi corde? * ut quid diligitis vanitátem, & quæritis mendácium?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum; * Dóminus exaudiet me, cùm clamávero ad eum.

Irascímini, & nolíte peccáre: * quæ dícitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrifícium justítiæ; & speràte in Dómino; * multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultûs tui, Dómine: * dedisti lætítiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini & ólei sui, * multiplicáti sunt.

In pace in idipsum dórmiam, * & requiescam;

Quóniam tu, Dómine, * singuláriter in spe constituisti me. *Psalmus 90.*

QUi hábitat in adjutório Altíssimi, * in

protectióne Dei cœli commorábitur.

Dicet Dómino: Suſceptor meus es tu, & refúgium meum: * Deus meus, ſperábo in eum;

Quóniam ipſe liberávit me de láqueo venántium, * & à verbo áſpero.

Scápulis ſuis obumbrábit tibi, * & ſub pennis ejus ſperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus; * non timébis à timóre noctúrno,

A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in ténebris, * ab incurſu, & dæmónio meridiáno.

Cadent à látere tuo mille, & decem míllia à dextris tuis; * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis conſiderábis, * & retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniàm, Tu es, Dómine, ſpes mea, * Altíſſimum poſuiſti refúgium tuum;

Non accédet ad te malum, * & flagellum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniàm Angelis ſuis mandávit de te, * ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te, * ne fortè offendas ad lápidem pedem tuum.

Super áſpidem & baſilíſcum ambulábis, * & conculcábis leónem & dracónem.

Quóniàm in me ſperávit, liberábo eum: * prótegam eum, quóniàm cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, * & ego exáudiam eum.

Cum ipſo ſum in tribulatióne; * erípiam eum, & glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum, * & oſtendam illi ſalutáre meum.

Pſalmus 133.

ECce nunc benedícite Dóminum, * omnes ſervi Dómini.

Qui ſtatis in domo Dómini, * in átriis domûs Dei noſtri;

In nóctibus extóllite manus veſtras in ſancta, * & benedícite Dóminum.

Benedicat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cœlum & terram.

Ant. Scuto circúmdabit te véritas ejus; non timébis à timóre noctúrno.

Hymnus.

GRates, peracto jàm die,
Deus, tibi perſólvimus;
Pronoque, dùm nox íncipit,
Proſtérnimus vultu preces.
Quod longa peccávit dies,
Amárus éxpiet dolor;

Somno

Somno gravátis ne nova
Inflígat hostis vúlnera.
Infestus usque círcuit
Quærens leo quem dévoret:
Umbrâ sub alárum tuos
Defende fílios, Pater.
O quandò lucescet tuus
Qui nescit occásum dies!
O quandò sancta se dabit
Quæ nescit hostem pátria!
Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Fílio,
Sancto simul cum Spíritu,
Nunc, & per omne sécu-
lum. Amen.

In Festis Beatæ Mariæ.
Hymnus.

VIrgo Dei génitrix,
quem totus non ca-
pit orbis,
In tua se clausit víscera, factus homo.
Hinc méritò dicent te sécula cuncta beátam:
Hinc pópuli matrem te dominamque colunt.
Súscipe, quos pia blebs tibi péndere certat honores:
Annue, sollícitâ quam prece poscit, opem.
Glória magna Patri: compar sit glória Nato:
Amborum tibi par, Spíritus alme, decus.
Amen.

Capitulum. I. Thess. 5.

OMnes vos fílii lucis estis, & fílii diéi: non sumus noctis neque tenebrárum; ígitur non dormiámus sicut & céteri, sed vigilémus & sóbrii simus.

℟. *br.* In manus tuas, Dómine, * Commendo spíritum meum. In manus.
℣. Redemisti me, Dómine, * Deus veritátis: * Commendo. Glória Patri. In manus.
℣. Custódi me, Dómine, ut pupillam óculi:
℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me.
Ant. 3. c. Dómine.

Canticum Simeonis. Luc. 2.

NUnc dimittis servum tuum, Dómine, * secundum verbum tuum, in pace;
Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum,
Quod parasti * ante fáciem ómnium populórum.
Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Israël.
Glória Patri & Fílio, * & Spirítui sancto:
Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, * & in sécula seculórum.
Amen.
Ant. Dómine, dabis pacem nobis; ómnia enim ópera nostra operátus es nobis.

Orémus.

VIsita, quæsumus, Dómine, habitatiónem istam; & omnes insídias

inimíci ab ea longè repelle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; & benedíctio tua sit super nos semper; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spiritûs sancti Deus; ℣. Per ómnia sécula seculórum. Amen.

℣. Dóminus vobiscum.
℟. Benedicámus Dómino.

Finito Completorio, submissâ voce dicitur: Grátia Dómini nostri Jesu Christi, & cáritas Dei, & communicátio sancti Spíritûs' sit cum ómnibus vobis. Amen.

Postea, si sit usus locorum, dicitur Antiphona de B. M. V. ut sequitur.

ANTIPHONA DE BEATA, *ad devotionem.*

SAlve, Regína, mater misericórdiæ, vita, dulcédo & spes nostra, salve; ad te clamámus, éxules filii Evæ; ad te suspirámus, gementes & flentes in hac lacrymárum valle: eia ergo, advocáta nostra, illos tuos misericordes óculos ad nos converte, & Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exílium ostende, ô clemens, ô pia, ô dulcis virgo María.

℣. Vultum tuum deprecabuntur,
℟. Omnes dívites plebis.

Orémus.

OMnípotens sempiterne Deus, qui gloriósæ vírginis matris Maríæ corpus & ánimam, ut dignum Filii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu sancto cooperante, præparasti: da ut cujus commemoratióne lætamur, ejus piâ intercessióne ab instántibus malis & à morte perpétuâ liberémur; Per eumdem Chistum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

INvioláta, íntegra & casta es María,
Quæ es effecta fúlgida cœli porta.
O Mater alma Christi charíssima,
Súscipe pia laudum præcónia.
Nostra ut pura péctora sint & córpora,
Te nunc flágitant devóta corda & ora.
Tua per precáta dulcísona.
Nobis concédas véniam per sécula.
O benigna! ô benigna: ô benigna,
Quæ sola invioláta permansisti.

Post completum Officium dicitur secretò.

PAter noster, qui es in cœlis; sanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra: panem nostrum quotidiánum da nobis hódie; & dimitte nobis débita nostra, sicut & nos dimíttimus debitóribus nostris: & ne nos indúcas in tentatiónem; sed líbera nos à malo. Amen.

AVe, María grátiâ plena; Dóminus tecum: benedicta tu in muliéribus, & benedictus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

CRedo in Deum Patrem omnipotentem, creatórem cœli & terræ; Et in Jesum Christum Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui conceptus est de Spíritu sancto, natus ex María Vírgine; passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus & sepultus: descendit ad ínferos: tértiâ die resurrexit à mórtuis: ascendit ad cœlos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipotentis: inde ventúrus est judicáre vivos & mórtuos. Credo in Spíritum sanctum, sanctam Ecclésiam Cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam ætérnam. Amen.

FERIA SECUNDA.

ad Laudes.

℣. Deus in adjutórium.

Ant. 5. a. Bonum est.

Psalmus 91.

BOnum est confitéri Dómino, * & psállere nómini tuo, Altíssime,

Ad annuntiandum manè misericórdiam tuam, * & veritátem tuam per noctem.

In decachordo psaltério, * cum cántico in cíthara;

Quia delectasti me, Dómine, in factúra tua, * & in opéribus mánuum tuárum exultábo.

Quàm magnificáta sunt ópera tua, Dómine! * nimìs profundæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

Vir insípiens non cognoscet, * & stultus non intélliget hæc.

Cùm exorti fúerint peccatóres sicut fœnum, & apparúerint omnes qui operantur iniquitátem, * ut intéreant in séculum séculi:

Tu autem Altíssimus * in æternum, Dómine.

Quóniàm ecce inimíci tui, Dómine, quóniàm ecce inimíci tui períbunt, * & dispergentur omnes qui operantur iniquitátem.

Et exaltábitur ſicut unicornis cornu meum, * & ſenectus mea in miſericórdia úberi.

Et deſpexit óculus meus inimícos meos, * & in inſurgéntibus in me malignántibus áudiet auris mea.

Juſtus ut palma florébit, * ſicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dómini, * in átriis domûs Dei noſtri florébunt.

Adhuc multiplicabuntur in ſenecta úberi, * & benè patientes erunt,

Ut annúntient quóniàm rectus Dóminus Deus noſter, * & non eſt iníquitas in eo.

Ant. Bonum eſt psállere nómini tuo, Altíſſime, ad annuntiandum manè miſericórdiam tuam.

Ant. 8. d. Bonus Dóminus.

Pſalmus 135.

CONfitémini Dómino, quóniàm bonus, * quóniàm in æternum miſericórdia ejus.

Confitémini Deo deórum, * quóniàm in æternum miſericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum, * quóniàm in æternum miſericórdia ejus;

Qui facit mirabília magna ſolus, * quóniàm in æternum miſericórdia ejus;

Qui fecit cœlos in intellectu, * quóniàm in æternum miſericórdia ejus:

Qui firmávit terram ſuper aquas, * quóniàm in æternum miſericórdia ejus;

Qui fecit luminária magna, * quóniàm in æternum miſericórdia ejus;

Solem in poteſtátem diéi, * quóniàm in æternum miſericórdia ejus;

Lunam & ſtellas in poteſtátem noctis, * quóniàm in æternum miſericórdia ejus.

Ant. Bonus Dóminus: in æternum miſericórdia ejus.

Ant. 4. a. Dóminus.

Diviſio Pſalmi 135.

[CONfitémini Dómino, quóniàm bonus, * quóniàm in æternum miſericórdia ejus;]

Qui percuſſit Ægyptum cum primogénitis eórum, * quóniàm in æternum miſericórdia ejus;

Qui eduxit Iſraël de médio eórum, * quóniàm in æternum miſericórdia ejus;

In manu potenti, & bráchio excelſo, * quóniàm in æternum miſericórdia ejus;

Qui diviſit mare rubrum in diviſiónes, * quóniàm in æternum miſericórdia ejus;

Et eduxit Iſraël per médium ejus, * quóniàm in

æternum misericórdia ejus;
Et excussit Pharaónem & virtútem ejus in mari rubro, * quóniàm in ætérnum misericórdia ejus;
Qui traduxit pópulum suum per desertum, * quóniam in æternum misericórdia ejus;
Qui percussit reges magnos, * quóniàm in ætérnum misericórdia ejus;
Et occídit reges fortes, * quóniàm in æternum misericórdia ejus;
Sehon regem Amorrhæórum, * quóniam in æternum misericórdia ejus;
Et Og regem Basan, * quóniàm in æternum misericórdia ejus;
Et dedit terram eórum hereditátem, * quóniàm in æternum misericórdia ejus;
Hereditátem Israël servo suo, * quóniàm in ætérnum misericórdia ejus;
Quia in humilitáte nostra memor fuit nostrî, * quóniàm in æternum misericórdia ejus;
Et redémit nos ab inimícis nostris, * quóniàm in æternum misericórdia ejus;
Qui dat escam omni carni, * quóniàm in æternum misericórdia ejus;
Confitémini Deo cœli, * quóniàm in æternum misericórdia ejus;
Confitémini Dómino dominórum, * quóniàm in æternum misericórdia ejus.

Ant. Dóminus in humilitáte nostra memor fuit nostrî, & redémit nos ab inimícis nostris.

Quandò fit Offic. de Feria, & sic in aliis Feriis, dicitur Cant. sequens.

Ant. 7. d. Quis símilis tuî.

Canticum Moysi. Exod. 15.

CAntémus Dómino; gloriósè enim magnificátus est, * equum & ascensórem dejécit in mare.
Fortitúdo mea & laus mea Dóminus, * & factus est mihi in salútem.
Iste Deus meus, & glórificábo eum: * Deus patris mei, & exaltábo eum.
Dóminus quasi vir pugnátor; * Omnípotens, nomen ejus.
Currus Pharaónis & exércitum ejus projécit in mare; * electi príncipes ejus submersi sunt in mari rubro.
Abyssi operuérunt eos; * descendérunt in profundum quasi lapis.
Déxtera tua, Dómine, magnificáta est in fortitúdine, * déxtera tua, Dómine, percussit inimícum.
Et in multitúdine glóriæ tuæ deposuisti adversários tuos, * misisti iram tuam

Bonus es tu; * & in bonitáte tua doce me justificatiónes tuas.

Multiplicáta est super me iníquitas superbórum, * ego autem in toto corde meo scrutábor mandáta tua.

Coagulátum est sicut lac cor eórum: * ego verò legem tuam meditátus sum.

Bonum mihi quia humiliásti me, * ut discam justificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui * super míllia auri & argenti.

Manus tuæ fecérunt me, & plasmavérunt me: * da mihi intelléctum, & discam mandáta tua.

Qui timent te, vidébunt me, & lætabuntur; * quia in verba tua supersperávi.

Cognóvi, Dómine, quia æquitas judícia tua, * & in veritáte tua humiliásti me.

Fiat misericórdia tua, ut consolétur me, * secundum elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuæ, & vivam; * quia lex tua meditátio mea est.

Confundantur superbi, quia injustè iniquitátem fecérunt in me; * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertantur mihi timentes te, * & qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in justificatiónibus tuis, * ut non confundar.

Ant. Da mihi intelléctum, & scrutábor legem tuam, Dómine.

Capitulum. 1. Joan. 2.

IN hoc scimus quóniam cognóvimus Deum, si mandáta ejus observémus. Qui dicit se nosse eum, & mandáta ejus non custódit, mendax est, & in hoc véritas non est; qui autem servat verbum ejus, verè in hoc cáritas Dei perfécta est.

℟. *br.* Inclína cor meum, Deus, * In testimónia tua. Inclína. ℣. Averte óculos meos, ne vídeant vanitátem: * in vía tua vivífica me, * In testimónia tua. Glória Patri. Inclína.

℣. Deduc me in sémitam mandatórum tuórum. ℟. Quia ipsam vólui.

Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

℣. Deus, in adjutórium, &c.

Hymnus.

JAm solis excelsum jubar
Toto coruscat lúmine;
Sinusque pandens áureos,
Ignita vibrat spícula.

Tu, Christe, qui mundum novâ,
Sol verus, accendis face;
Fac nostra plenam cáritas
Crescendo surgat ad diem.

Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Fílio,
Sancto simul cum Spíritu,
Nunc, & per omne sæculum. Amen.

Ant. 2. D. Inclinávi.

Ex Psalmo 118.

DEfécit in salutáre tuum ánima mea, * & in verbum tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicentes: Quandò consolâberis me?

Quia factus sum sicut uter in pruína, * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui? * quandò fácies de persequéntibus me judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes, * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua, véritas: * iníquè persécuti sunt me, ádjuva me.

Paulò minùs consummavérunt me in terra; * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secundum misericórdiam tuam vivífica me, * & custódiam testimónia oris tui.

In ætérnum, Dómine, * verbum tuum pérmanet in cœlo.

In generatiónem & generatiónem véritas tua: * fundasti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tuâ persevérat dies; * quóniàm ómnia sérviunt tibi.

Nisi quòd lex tua meditátio mea est, * tunc fortè periíssem in humilitáte mea.

In ætérnum non obliviscar justificatiónes tuas; * quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum me fac; * quóniàm justificatiónes tuas exquisívi.

Me expectavérunt peccatóres ut pérderent me: * testimónia tua intellexi.

Omnis consummatiónis vidi finem: * latum mandátum tuum nimìs.

Divisio Psalmi 118.

QUómodò dilexi legem tuam, Dómine! * totâ die meditátio mea est.

Super inimícos meos prudentem me fecisti mandáto tuo, * quia in ætérnum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi, * quia testimónia tua meditátio mea est.

Super senes intellexi, * quia mandáta tua quæsívi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos, * ut custódiam verba tua.

A judíciis tuis non declinávi, * quia tu legem posuisti mihi.

Quàm dúlcia fáucibus meis elóquia tua! * super mel ori meo.

A mandátis tuis intellexi, * proptéreà odívi omnem viam iniquitátis.

Lucerna pédibus meis verbum tuum, * & lumen sémitis meis.

rum in justítia, * & pópulos in æquitáte.

Psalmus 98.

DOminus regnávit, irascantur pópuli; * qui sedet super Chérubim, moveátur terra.

Dóminus in Sion magnus, * & excelsus super omnes pópulos.

Confiteantur nómini tuo magno, quóniam terríbile & sanctum est, * & honor regis judícium díligit.

Tu parasti directiónes: * judícium & justítiam in Jacob tu fecisti.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum, & adoráte scabellum pedum ejus; * quóniàm sanctum est.

Móyses & Aaron in sacerdótibus ejus, * & Samuel inter eos qui ínvocant nomen ejus.

Invocábant Dóminum, & ipse exaudiébat eos: * in columna nubis loquebátur ad eos.

Custodiébant testimónia ejus; * & præceptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster, tu exaudiébas eos: * Deus, tu propítius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiónes eórum.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum, & adoráte in monte sancto ejus, * quóniàm sanctus Dóminus Deus noster.

Ant. Elégit nobis hæreditátem suam quam diléxit Dóminus.

Capitulum. Rom. 8.

SPíritus testimónium reddit spirítui nostro, quòd sumus fílii Dei. Si autem fílii, & hærédes: hærédes quidem Dei, cohærédes autem Christi.

℟. *br.* Confiteantur Dómino * Misericórdiæ ejus. Confiteantur. ℣. Et mirabília ejus * fíliis hóminum: * Misericórdiæ. Glória Patri. Confiteantur.

℣. Quómodò miserétur pater filiórum, ℟. Misertus est Dóminus timéntibus se.

Preces, si dicendæ sint, habentur infrà post Completorium Sabbati.

Oratio conveniens.

AD NONAM.

℣. Deus, in adjutórium, &c.

Hymnus, Labente. *infrà, post Completorium Sabbati.*

Ant. 7. ç. In voluntáte tua.

Psalmus 52.

DIxit insípiens in corde suo, * Non est Deus.

Corrupti sunt & abomínábiles facti sunt in iniquitátibus: * non est qui fáciat bonum.

Deus de cœlo prospexit

super filios hóminum, * ut vídeat si est intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt: * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Nonne scient omnes qui operantur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam ut cibum panis?

Deum non invocavérunt: * illìc trepidaverunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniàm Deus dissipávit ossa eórum qui homínibus placent: * confúsi sunt, quóniàm Deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutáre Israël? * cùm convérterit Deus captivitátem plebis suæ, exultábit Jacob, & lætábitur Israël.

Psalmus 72.

QUàm bonus Israël Deus * his qui recto sunt corde!

Mei autem penè morti sunt pedes, * penè effúsi sunt gressus mei;

Quia zelávi super iníquos; * pacem peccatórum videns.

Quia non est respectus morti eórum, * & firmamentum in plaga eórum.

In labóre hóminum non sunt, * & cum homínibus non flagellabuntur.

Ideò ténuit eos supér-bia; * operti sunt ini[...] táte & impietáte suâ.

Pródiit quasi ex á[...] iníquitas eórum; * tra[...] runt in affectum cordi[...]

Cogitavérunt & lo[...] sunt nequítiam: * iniq[...] tem in excelso locúti [...]

Posuérunt in cœlu[...] suum, * & lingua eó[...] transívit in terra.

Ideò convertétur pó[...] meus hìc; * & dies [...] invenientur in eis.

Et dixérunt: Quóm[...] scit Deus? * &, Si[...] sciéntia in Excelso?

Ecce ipsi peccatóre[...] abundantes in sécul[...] obtinuérunt divítias.

Et dixi: Ergo sine c[...] justificávi cor meum, [...] lavi inter innocentes [...] nus meas:

Et fui flagellátus totâ[...] * & castigátio mea in [...] tutínis.

Si dicébam: Narráb[...] * ecce natiónem filió[...] tuórum reprobávi.

Existimábam ut cog[...] cerem hoc: * labo[...] ante me,

Donec intrem in san[...] rium Dei, * & intélli[...] in novíssimis eórum.

Verùmtamen propter [...] los posuisti eis; * deje[...] eos, dùm allevarentu[...]

Quómodò facti su[...]

desolatiónem! * súbitò defecérunt, periérunt propter iniquitátem suam.

Velut sómnium surgéntium, Dómine, * in civitáte tua imáginem ipsórum ad níhilum rédiges;

Quia inflammátum est cor meum, & renes mei commutári sunt; * & ego ad níhilum redáctus sum, & nescívi.

Ut juméntum factus sum apud te, * & ego semper tecum.

Divisio Psalmi 72.

Tenuísti [Dómine] manum déxteram meam, & in voluntáte tua deduxísti me, * & cum glória suscepísti me.

Quid enim mihi est in cœlo? * & à te quid vólui super terram?

Defécit caro mea, & cor meum; * Deus cordis mei, & pars mea, Deus, in ætérnum.

Quia ecce qui elongant se à te, períbunt; * perdidísti omnes qui fornicántur abs te.

Mihi autem adhærére Deo bonum est, * pónere in Dómino Deo spem meam;

Ut annúntiem omnes prædicatiónes tuas * in portis fíliæ Sion.

Ant. In voluntáte tua deduxísti me, Dómine, & cum glória suscepísti me.

Capitulum. II. Thess. 1.

Dignétur vos vocatióne suâ Deus noster, & ímpleat omnem voluntátem bonitátis, & opus fídei in virtúte, ut clarificétur nomen Dómini nostri Jesu Christi in vobis, & vos in illo.

℟. *br.* Doce me fácere voluntátem tuam; * Quia Deus meus es tu. Doce. ℣. Spíritus tuus bonus * dedúcet me; * Quia. Glória Patri. Doce.

℣. In Deo salutáre meum, & glória mea: ℟. Deus auxílii mei; & spes mea in Deo est.

Preces, si dicendæ sint, habentur infrà, post Completorium Sabbati.

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 1. D. Convértere.

Psalmus 114.

Dilexi, * quóniam exáudiet Dóminus vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inferni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni; * & nomen Dómini invocávi.

Spes una de cœlis nitet :
Illùc & ora tóllimus,
Et míttimus suspíria.
Tu vota præcurris, Pater,
Magnamque protendis manum :
Jam fulta tanto róbore
Surgit potens infírmitas.
Quæ sæva non premunt mala
Vinces, malis poténtior :
Te nostra duræ séntiet
Mens servitútis víndicem.
Quin vile corpus, Fílii
Fulgóre donábis tui :
At illa venális patet
Multo labóre glória.
Felix labor quem frécreas
Tam spléndidâ rerum vice!
Fletu quis æternum brevi
Neget pacísci gáudium ?
Sit laus Patri, laus Fílio;
Utrumque qui nectis, Deus,
Utríque compar, sit tibi
Laus sempiterna, Spíritus.
Amen.

℣. Ad te, Dómine, clamávi totâ die : ℟. Lætífica ánimam servi tui.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Magníficat ánima mea Dóminum, & exultávit spíritus meus in Deo salutári meo.

Preces, si dicendæ sint, & Suffragia, habentur infrà post Completorium Sabbati.

Oratio, quandò propria non assignatur, dicitur de Dominica præcedenti.

AD COMPLETORIUM.

℣. Converte nos. ℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 1. D. Justum.

Psalmus 6.

Domine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miserére meî, Dómine, quóniàm infirmus sum : * sana me, Dómine, quóniàm conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valdè : * sed tu, Dómine, úsquequò ?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam : * salvum me fac propter misericórdiam tuam ;

Quóniàm non est in morte, qui memor sit tuî : * in inferno autem quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas noctes lectum meum, * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus ; * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite à me, omnes qui operámini iniquitátem, * quóniàm exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam : * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei: * convertantur & erubescant valdè velóciter.

Psalmus 7.

DOmine Deus meus, in te sperávi: * salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me, & líbera me.

Nequandò rápiat ut leo ánimam meam, * dùm non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

Dómine Deus meus, si feci istud; * si est iníquitas in mánibus meis;

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam méritò ab inimícis meis inánis.

Persequátur inimícus ánimam meam, & comprehendat, & concúlcet in terra vitam meam, * & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exurge, Dómine, in ira tua, * & exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exurge, Dómine Deus meus, * in præcepto quod mandasti.

Et synagóga populórum circúmdabit te; * & propter hanc in altum regrédere.

Dóminus júdicat pópulos: * júdica me, Dómine, secundùm justítiam meam, & secundùm innocentiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum; * & diriges justum, scrutans corda & renes, Deus.

Justum adjutórium meum à Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

Divisio Psalmi 7.

DEus judex justus, fortis & pátiens, * numquid iráscitur per síngulos dies.

Nisi conversi fuéritis, gládium suum vibrábit: * arcum suum teténdit, & parávit illum:

Et in eo parávit vasa mortis; * sagittas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injustítiam; * concépit dolórem, & péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, & effódit eum; * & íncidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus; * & in vérticem ipsíus iníquitas ejus descendet.

Confitébor Dómino secundum justítiam ejus, * & psallam nómini Dómini altíssimi.

Ant. Justum adjutórium meum à Dómino, qui salvos facit rectos corde.

Hymnus, Cap. ℟. *breve, Antiphona ad* Nunc dimittis, *& Preces, quandò dicuntur, habentur infrà.*

post Completorium Sabbati.

FERIA TERTIA
ad Laudes.

Ant. 4. *D.* Qui non accépit.

Psalmus 23.

DOmini est terra, & plenitúdo ejus : * orbis terrárum, & univérsi qui hábitant in eo;

Quia ipse super mária fundávit eum, * & super flúmina præparávit eum.

Quis ascendet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus & mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem à Dómino, * & misericórdiam à Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras; & elevámini, portæ æternáles : * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attólite portas, príncipes, vestras; & elevámini, portæ æternáles : * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Ant. Qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo, hic accípiet benedictiónem à Dómino.

Ant. 5. a. Audiam.

Psalmus 84.

BEnedixísti, Dómine, terram tuam, * avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuæ, * operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam, * avertísti ab ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos, Deus salutáris noster; * & avérte iram tuam à nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis? * aut exténdes iram tuam à generatióne in generatiónem?

Deus, tu convérsus vivificábis nos; * & plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, * & salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus, * quóniàm loquétur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos, * & in eos qui convertúntur ad cor.

Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsíus, * ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia & véritas obviavérunt sibi : * justítia & pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est, * & justítia de cœlo prospexit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem ; * & terra nostra dabit fructum suum.

Justítia ante eum ambulábit, * & ponet in via gressus suos.

Ant. Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus ; quoniam loquétur pacem in plebem suam, & super sanctos suos.

Ant. 3. *d.* Qui dilígitis.

Psalmus 96.

DOminus regnávit, exúltet terra, * læténtur ínsulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus : * justítia & judícium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ : * vidit, & commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt à fácie Dómini ; * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli justítiam ejus ; * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant sculptília, * & qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum, * omnes Angeli ejus.

Audívit, & lætáta est Sion ; * & exultavérunt fíliæ Judæ propter judícia tua, Dómine ;

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram : * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum : * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum ; de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætítia.

Lætámini, justi, in Dómino, * & confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Ant. Qui dilígitis Dóminum, odíte malum : custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum.

Ant. 7. *d.* Vivens.

In Feriis, dicitur Canticum sequens.

Canticum Ezechiæ. Is. 38.

EGo dixi : In dimídio diérum meórum vadam ad portas ínferi : * quæsívi resíduum annórum meórum.

Dixi : Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium : * non aspíciam hóminem ultrà, & habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta est, & convolúta est à me, * quasi tabernáculum pastórum.

Præcísa est, velut à te-

xente, vita mea; dùm adhuc ordíret, succídit me: * de manè usque ad vésperam fínies me.

Sperábam usque ad manè; quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea: * de manè usque ad vesperam fínies me.

Sicut pullus hirúndinis sic clamábo, * meditábor ut columba.

Attenuáti sunt óculi mei, suspicientes in excelsum: * Dómine, vim pátior, respónde pro me.

Quid dicam, aut quid respondébit mihi, * cùm ipse fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine, si sic vívitur, & in tálibus vita spíritûs mei, * corrípies me, & vivificábis me.

Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima: * tu autem eruisti ánimam meam, ut non períret.

Projecisti post tergum tuum* ómnia peccáta mea.

Quia non infernus confitébitur tibi, neque mors laudábit te: * non expectábunt, qui descendunt in lacum, veritátem tuam.

Vivens, vivens ipse confitébitur tibi, sicut & ego hódie; * pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine, salvum me fac; * & psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

Ant. Vivens, vivens ipse confitébitur tibi, Dómine: pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

In Festis nisi proprium assignetur, loco superioris Cantici, dicitur sequens.

Canticum. Eccli. 36.

MIserére nostrî, Deus ómnium, & réspice nos; * & ostende nobis lucem miseratiónum tuárum.

Et immitte timórem tuum super gentes quæ non exquisiérunt te; * ut cognoscant quia non est Deus, nisi tu, & enarrent magnália tua.

Alleva manum tuam super gentes aliénas, * ut vídeant poténtiam tuam.

Sicut enim in conspectu eórum sanctificátus es in nobis, * sic in conspectu nostro magnificáberis in eis;

Ut cognoscant te, * sicut & nos cognóvimus quóniàm non est Deus præter te, Dómine.

Innova signa, & immúta mirabília: * glorífica manum, & bráchium dextrum.

Excita furórem, & effunde iram: * tolle adversárium, & afflíge inimícum.

Festína tempus, & memento finis, * ut enarrent mirabília tua.

In ira flammæ devorétur qui salvátur; * & qui péssimant plebem tuam, invéniant perditiónem.

Cóntere caput príncipum inimicórum, * dicéntium: Non est álius præter nos.

Cóngrega omnes tribus Jacob, * ut cognoscant quia non est Deus, nisi tù, & enarrent magnália tua;

Et hæreditábis eos, * sicut ab inítio.

Miserére plebi tuæ super quam invocátum est nomen tuum, * & Israël, quem coæquasti primogénito tuo.

Miserére civitáti sanctificatiónis tuæ Jerúsalem, * civitáti requiéi tuæ.

Reple Sion inenarrabílibus verbis tuis, * & glóriâ tuâ pópulum tuum.)

Ant. 1. *D.* Laudáte.

Psalmus 150.

LAudáte Dóminum in sanctis ejus: * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum secundum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro: * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Ant. Laudáte Dóminum in sanctis ejus: laudáte eum secundum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Capitulum. I. Joann. 2.

MAndátum novum scribo vobis, quod verum est & in Christo, & in vobis; quia ténebræ transiérunt, & verum lumen jam lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in ténebris est usque adhuc. Qui díligit fratrem suum, in lúmine manet, & scándalum in eo non est.

Hymnus.

TE príncipem summo, Deus,
Jubes amóre díligi:
Tibi secundum prótinùs
Jubes amári próximum.

Amóre fundátam tuo
Communiónem réspice,
Quâ corpus unum plúrimi,
Unum cor, una mens sumus.

Illam fides & véritas
Amábili stipant choro:
Oblíquus hinc livor procul
Et litis ardor éxulant.

Tu, pacis auctor, mútuos
Astringe nexus: da, Pater,
Gaudére fratrum gáudiis,
Da condolére flétibus.

Æterna laus & glória
Uni sit & trino Deo,
Qui moris uníus sacrâ

Nos pacis in domo locat.
Amen.

℣. Deus in médio civitátis suæ; non commovébitur : ℟. Adjuvábit eam manè dilúculo.

Ad Bened. *Ant.* 7. a. Erexit Dóminus cornu salútis nobis in domo David púeri sui, ficut locútus est per os sanctórum.

AD PRIMAM.

Ant. 2. D. Cùm mihi.

Psalmus 34.

JUdica, Dómine, nocentes me : * expugna impugnantes me.

Apprehende arma & scutum, * & exurge in adjutórium mihi.

Effunde frámeam, & conclúde adversùs eos qui persequuntur me; * dic ánimæ meæ : Salus tua ego sum.

Confundantur & revereantur * quærentes ánimam meam.

Avertantur retrorsùm, * & confundantur cogitantes mihi mala.

Fiant tanquàm pulvis ante faciem venti, * & angelus Dómini coarctans eos.

Fiat via illórum ténebræ & lúbricum, * & ángelus Dómini pérsequens eos;

Quóniàm gratìs abscondérunt mihi intéritum láquei sui, * supervácuè exprobravérunt ánimam meam.

Véniat illi láqueus qu ignórat; & cáptio qu abscondit, appreher eum; * & in láqueum dat in ipsum.

Anima autem mea e: tábit in Dómino, * & d ctábitur super salutári

Omnia ossa mea dicen Dómine, quis símilis ti

Erípiens ínopem de nu fortiórum ejus, * e num & páuperem à d piéntibus eum.

Divisio Psalmi 34.

SUrgentes testes iniq * quæ ignorábam, terrogábant me.

Retribuébant mihi n pro bonis, * sterilitá ánimæ meæ.

Ego autem, cùm n molesti essent, * indu cilício.

Humiliábam in jejú ánimam meam, * & c tio mea in sinu meo c vertétur.

Quasi próximum, & q si fratrem nostrum, complacébam : * quasi gens & contristátus, humiliábar.

Et adversum me la sunt, & convenérunt congregáta sunt super flagella, & ignorávi.

Dissipáti sunt, nec co puncti; tentavérunt me, sannavérunt me sub

natió

natióne : * frenduerunt super me déntibus suis.

Dómine, quando respícies ? * restítue ánimam meam à malignitáte eórum, à leónibus únicam meam.

Confitébor tibi in ecclésia magna : * in pópulo gravi laudábo te.

Non supergáudeant mihi qui adversántur mihi iniquè, * qui odérunt me grátis, & ánnuunt óculis.

Quóniàm mihi quidem pacíficè loquebántur ; * & in iracúndia terræ loquentes, dolos cogitábant.

Et dilatavérunt super me os suum ; * dixérunt : Euge, euge, vidérunt óculi nostri.

Vidísti, Dómine, ne síleas : * Dómine ne discédas à me.

Altera divisio Psalmi 34.

Exurge, & intende judício meo, * Deus meus & Dóminus meus, in causam meam.

Júdica me secundùm justítiam tuam, Dómine Deus meus ; * & non supergáudeant mihi.

Non dicant in córdibus suis : Euge, euge, ánimæ nostræ ; * nec dicant : Devorávimus eum.

Erubéscant & revereántur simul, * qui gratulantur malis meis.

Induántur confusióne & reveréntiâ, * qui magna loquuntur super me.

Exultent & læténtur qui volunt justítiam meam ; * & dicant semper : Magnificétur Dóminus, qui volunt pacem servi ejus.

Et lingua mea meditábitur justítiam tuam, * totâ die laudem tuam.

Ant. Cùm mihi molesti essent, quasi próximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacébam.

AD TERTIAM.

Ant. 1. f. Cum impiis non sedébo.

Psalmus 25.

Júdica me, Dómine, quóniàm ego in innocéntia mea ingressus sum ; * & in Dómino sperans, non infirmábor.

Proba me, Dómine, & tenta me : * ure renes meos & cor meum ;

Quóniàm misericórdia tua ante óculos meos est, * & complácui in veritáte tua.

Non sedi cum concílio vanitátis, * & cum iníqua geréntibus non introíbo.

Odivi ecclésiam malignántium, * & cum ímpiis non sedébo.

Lavábo inter innocentes manus meas, * & circúmdabo altáre tuum, Dómine ;

Ut áudiam vocem laudis, * & enarrem universa mirabília tua.

Dómine, dilexi decórem domûs tuæ * & locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, * & cum viris sánguinum vitam meam,

In quorum mánibus iniquitátes sunt: * déxtera eórum repléta est munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingressus sum: * rédime me, & miserére meî.

Pes meus stetit in directo: * in ecclésiis benedícam te, Dómine. *Psalmus 49.*

DEus deórum Dóminus locútus est, * & vocávit terram à solis ortu usque ad occásum.

Ex Sion * spécies decóris ejus.

Deus manifestè véniet; * Deus noster, & non silébit.

Ignis in conspectu ejus exardescet, * & in circúitu ejus tempestas válida.

Advocábit cœlum desursùm, & terram, * discérnere pópulum suum.

Congregáte illi sanctos ejus, * qui ordinant testamentum ejus super sacrifícia.

Et annuntiábunt cœli justítiam ejus, * quóniàm Deus judex est.

Audi, pópulus meus, & loquar; Israël, & testificabor tibi: * Deus, Deus tuus ego sum.

Non in sacrifíciis tuis árguam te; * holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accípiam de domo tua vítulos, * neque de grégibus tuis hircos;

Quóniàm meæ sunt omnes feræ sylvárum, * jumenta in móntibus & boves.

Cognóvi ómnia volatília cœli; * & pulchritúdo agri mecum est.

Si esuríero, non dicam tibi * meus est enim orbis terræ, & plenitúdo ejus.

Numquid manducábo carnes taurórum? * aut sánguinem hircórum potábo?

Immola Deo sacrifícium laudis, * & redde Altíssimo vota tua.

Et ínvoca me in die tribulatiónis; * éruam te, & honorificábis me.

Divisio Psalmi 49.

PEccatóri autem dixit Deus: * Quare tu enarras justítias meas, & assúmis testamentum meum per os tuum?

Tu verò odísti disciplínam, * & projecisti sermónes meos retrorsùm.

Si vidébas furem, currébas cum eo, * & cum adúlteris portiónem tuam ponébas.

Os tuum abundávit malítiâ, * & lingua tua concinnábat dolos.

Sedens advérsus fratrem tuum loquebáris, & advérsus fílium matris tuæ ponébas scándalum: * hæc fecísti, & tácui.

Existimásti, iníque, quòd ero tuî símilis: * árguam te, & státuam contra fáciem tuam.

Intellígite hæc, qui obliviscímini Deum; * nequándò rápiat, & non sit qui erípiat.

Sacrifícium laudis honorificábit me; * & illìc iter, quo osténdam illi salutáre Dei.

Ant. Cum ímpiis non sedébo: inter innocentes circúmdabo altáre tuum, Dómine.

Capitulum. Eccli. 35.

SAcrifícium salutáre est atténdere mandátis, & discédere ab omni iniquitáte: & propitiatiónem litáre sacrifícii super injustítias, & deprecátio pro peccátis, recédere ab injustítia.

℟. *br.* Quis ascendet in montem Dómini, * Stabit in loco sancto ejus? Quis ascendet. ℣. Innocens mánibus, * & mundo corde, * Stabit. Glória Patri. Quis.

℣. Congregáte Dómino sanctos ejus,

℟. Qui órdinant testaméntum ejus super sacrifícia.

AD SEXTAM.

Ant. 4. c. Justus.

Psalmus 36.

NOli æmulári in malignántibus, * neque zeláveris faciéntes iniquitátem,

Quóniàm tanquàm fœnum velóciter arescent, * & quemádmodùm ólera herbárum citò décident.

Spera in Dómino, & fac bonitátem; * & inhábita terram, & pascéris in divítiis ejus.

Delectáre in Dómino, * & dabit tibi petitiónes cordis tui.

Revéla Dómino viam tuam, & spera in eo; * & ipse fáciet.

Et edúcet quasi lumen justítiam tuam, & judícium tuum tanquàm merídiem: * súbditus esto Dómino, & ora eum.

Noli æmulári in eo qui prospcrátur in via sua, * in hómine faciénte injustítias.

Désine ab ira, & derelinque furórem: * noli æmulári, ut malignéris;

Quóniàm qui malignantur, exterminabuntur: * sustinéntes autem Dóminum, ipsi hereditábunt terram.

Et adhuc pusillùm, & non erit peccátor; * & quæres locum ejus, & non invénies.

Mansuéti autem hæreditábunt terram, * & delectabuntur in multitúdine pacis.

Observábit peccátor justum, * & stridebit super eum déntibus suis.

Dóminus autem irridébit eum; * quóniàm próspicit quòd véniet dies ejus.

Gládium evaginavérunt peccatóres; * intendérunt arcum suum,

Ut dejíciant páuperem & inopem, * ut trucídent rectos corde.

Gládius eórum intret in corda ipsórum, * & arcus eórum confringátur.

Mélius est módicum justo, * super divítias peccatórum multas;

Quóniàm bráchia peccatórum conterentur: * confirmat autem justos Dóminus.

Divisio Psalmi 36.

NOvit Dóminus dies immaculatórum; * & heréditas eórum in æternum erit.

Non confundentur in témpore malo, & in diébus famis saturabuntur; * quia peccatóres períbunt.

Inimíci verò Dómini, mox ut honorificáti fúerint & exaltáti, * deficientes, quemádmodùm fumus, defícient.

Mutuábitur peccátor, & non solvet; * justus autem miserétur, & tribuet.

Quia benedicentes ei hæreditábunt terram; * maledicentes autem ei dispeíbunt.

Apud Dóminum gressus hóminis dirigentur, * & viam ejus volet.

Cùm cecíderit, non collidétur; * quia Dóminus suppónit manum suam.

Júnior fui, étenim sénui; * & non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem.

Totâ die miserétur, & cómmodat; * & semen illíus in benedictióne erit.

Declína à malo, & fac bonum; * & inhábita in séculum séculi.

Quia Dóminus amat judícium, & non derelinquet sanctos suos: * in æternum conservabuntur.

Injusti punientur; * & semen impiórum períbit.

Justi autem hæreditábunt terram, * & inhabitábunt in séculum séculi super eam.

Altera divisio Psalmi 36.

OS justi meditábitur sapiéntiam, * & lingua ejus loquétur judícium.

Lex Dei ejus in corde ipsíus; * & non supplantabuntur gressus ejus.

Consíderat peccátor justum, * & quærit mortificáre eum.

℟ Dóminus autem non dérelinquet eum in mánibus ejus, * nec damnabit eum, cùm judicábitur illi.

Expecta Dóminum, & custódi viam ejus; & exaltábit te, ut hereditáte cápias terram: * cùm períerint peccatóres, vidébis.

Vidi impium superexaltátum, * & elevátum sicut cedros Líbani.

Et transívi, & ecce non erat; * & quæsívi eum, & non est inventus locus ejus.

Custódi innocéntiam, & vide æquitátem; * quóniàm sunt relíquiæ hómini pacífico.

Injusti autem dispéribunt simul; * relíquiæ impiórum interíbunt.

Salus autem justórum à Dómino; * & protector eórum in témpore tribulatiónis.

Et adjuvábit eos Dóminus, & liberábit eos; * & éruet eos à peccatóribus, & salvábit eos, quia speravérunt in eo.

Ant. Justus totâ die miserétur, & cómmodat; & semen illíus in benedictióne erit.

Capitulum. I. Joan. 3.

QUi habúerit substántiam hujus mundi, & víderit fratrem suum necessitátem habére, & claúserit víscera sua ab eo: quómodò cáritas Dei manet in eo? Filíoli mei, non diligámus verbo, neque linguâ, sed ópere & veritáte.

℟. *br.* Jucundus homo * Qui miserétur, & cómmodat. Jucundus. ℣. In ætérnum * non commovébitur, * Qui miserétur. Glória Patri. Jucundus.

℣. Dispersit, dedit paupéribus: ℟. Justítia ejus manet in séculum séculi.

AD NONAM.

Ant. 7. b. Pro eo.

Psalmus 108.

DEus, laudem meam ne tacúeris; * quia os peccatóris, & os dolósi super me apertum est.

Locúti sunt adversum me linguâ dolósâ, & sermónibus ódii circumdedérunt me, * & expugnavérunt me gratìs.

Pro eo ut me dilígerent, detrahébant mihi; * ego autem orábam.

Et posuérunt adversum me mala pro bonis, * & ódium pro dilectióne mea.

Divisio Psalmi 108.

COnstítue [Dómine] super eum peccatórem; * & diábolus stet à dextris ejus.

Cùm judicátur, éxeat condemnátus; * & orátio

ejus fiat in peccátum.

Fiant dies ejus pauci ; * & episcopátum ejus accípiat alter.

Fiant fílii ejus órphani, * & uxor ejus vídua.

Nutantes transferantur fílii ejus, & mendícent, * & ejíciantur de habitatiónibus suis.

Scrutétur fœnerátor omnem substántiam ejus ; * & dirípiant aliéni labóres ejus.

Non sit illi adjútor, * nec sit qui misereátur pupillis ejus.

Fiant nati ejus in intéritum : * in generatióne una deleátur nomen ejus.

In mémoriam rédeat iníquitas patrum ejus in conspectu Dómini ; * & peccátum matris ejus non deleátur.

Fiant contra Dóminum semper : * & dispéreat de terra memória eórum ;

Pro eo quòd non est recordátus fácere misericórdiam, * & persecútus est hóminem ínopem & mendícum, & compunctum corde mortificáre.

Et diléxit maledictiónem, & véniet ei, * & nóluit benedictiónem, & elongábitur ab eo.

Et índuit maledictiónem sicut vestiméntum ; * & intrávit sicut aqua in interióra ejus, & sicut óleum in óssibus ejus.

Fiat ei sicut vestiméntum quo operítur, * & sicut zona quâ semper præcíngitur.

Hoc opus eórum qui détrahunt mihi apud Dóminum, * & qui loquuntur mala advérsus ánimam meam.

Et tu, Dómine, Dómine, fac mecum propter nomen tuum ; * quia suávis est misericórdia tua.

Altera divisio Psalmi 108.

Líbera me, quia egénus & pauper ego sum, * & cor meum conturbátum est intra me.

Sicut umbra, cùm declínat, ablátus sum ; * & excússus sum sicut locustæ.

Génua mea infirmáta sunt à jejúnio, * & caro mea immutáta est propter óleum.

Et ego factus sum oppróbrium illis : * vidérunt me, & movérunt cápita sua.

Adjuva me, Dómine Deus meus : * salvum me fac secundum misericórdiam tuam.

Et sciant quia manus tua hæc ; * & tu, Dómine, fecísti eam.

Maledícent illi, & tu benedíces : * qui insurgunt in me, confundantur ; servus autem tuus lætábitur.

Induantur, qui détrahunt

mihi, pudóre; * & operiántur sicut diplóide confusióne suâ.

Confitébor Dómino nimìs in ore meo * & in médio multórum laudábo eum;

Quia ástitit à dextris páuperis * ut salvam fáceret à persequéntibus ánimam meam.

Ant. Pro eo ut me dilígerent, detrahébant mihi; ego autem orábam.

Capitulum. Rom. 12.

NOlíte esse prudentes apud vosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes, providentes bona non tantùm coram Deo, sed étiam coram ómnibus homínibus: si fieri potest, quod ex vobis est, cum ómnibus homínibus pacem habentes.

℟. *br.* Posuérunt advérsum me * Mala pro bonis. Posuérunt. ℣. Et ódium * pro dilectióne mea, * Mala pro bonis. Glória. Posuérunt.

℣. Si réddidi retribuéntibus mihi mala, ℟. Décidam méritò ab inimícis meis inánis.

AD VESPERAS.

Ant. 3. b. Multùm íncola fuit. *Psalmus* 119.

AD Dóminum, cùm tribulárer, clamávi; * & exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, * ad linguam dolósam?

Sagittæ potentis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est! habitávi cum habitántibus Cedar; * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cùm loquébar illis, impugnábant me gratìs.

Ant. Multùm íncola fuit ánima mea, Dómine: cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus.

Ant. 1. f. Propter fratres meos. *Psalmus* 121.

LÆtátus sum in his quæ dicta sunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem quæ ædificátur, ut cívitas, * cujus participátio ejus in idipsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini; * testimónium Israël, ad confiténdum nómini Dómini.

Quià illìc sedérunt sedes in judício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem; * & abun-

dántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua,* & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri; * quæsívi bona tibi.

Ant. Propter fratres meos & próximos meos, loquébar pacem de te, Jerúsalem.

Ant. 4. d. Quàm bonum.

Psalmus 132.

ECce quàm bonum, & quàm jucundum * habitáre fratres in unum!

Sicut unguentum in cápite, * quod descendit in barbam, barbam Aaron;

Quod descendit in oram vestimenti ejus: * sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion;

Quóniàm illic mandávit Dóminus benedictiónem,* & vitam usque in séculum.

Ant. Quàm bonum, & quàm jucundum habitáre fratres in unum!

Ant. 8. G. In misericórdia.

Psalmus 140.

DOmine, clamávi ad te, exaudi me; * intende voci meæ, cùm clamávero ad te.

Dirigátur orátió mea sicut incensum in conspectu tuo; * elevátio mánuum meárum, sacrificium vespertínum.

Pone, Dómine, custódiam ori meo, * & óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excusandas excusatiónes in peccátis,

Cum homínibus operántibus iniquitátem; * & non communicábo cum electis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, & increpábit me: * óleum autem peccatóris non impinguet caput meum;

Quóniàm adhuc & orátio mea * in beneplácitis eórum.

Absorpti sunt juncti petræ júdices eórum: * áudient verba mea, quóniàm potuérunt.

Sicut crassitúdo terræ erupta est super terram, * dissipáta sunt ossa nostra secus infernum.

Quia ad te, Dómine, Dómine, óculi mei; * in te sperávi, non áuferas ánimam meam.

Custódi me à láqueo quem statuérunt mihi, * & à scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres: * singuláriter sum ego, donec tránseam.

Ant. In misericórdia ju-

lus increpábit me; óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

Ant. 6. F. Me expectant justi.

Psalmus 141.

Voce meâ ad Dóminum clamávi; * voce meâ ad Dóminum deprecátus sum.

Effúndo in conspéctu ejus oratiónem meam, * & tribulatiónem meam ante ipsum pronúntio,

In deficiendo ex me spíritum meum; * & tu cognovísti sémitas meas.

In viâ hac quâ ambulábam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad déxteram, & vidébam; * & non erat qui cognósceret me.

Périit fuga à me, * & non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine: * dixi, Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatiónem meam; * quia humiliátus sum nimis.

Líbera me à persequéntibus me, * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam, ad confiténdum nómini tuo: * me expectant justi, donec retríbuas mihi.

Ant. Me expectant justi, donec retríbuas mihi, Dómine.

Capitulum. I. Cor. 12.

Si quid pátitur unum membrum, compatiúntur ómnia membra; sive gloriátur unum membrum, congaudent ómnia membra: vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. *Hymnus.*

O Quàm juvat fratres, Deus,
Unum quibus Christus caput
Vitále robur súfficit,
Uno movéri spíritu!

Quàm dulce laudes dícere
Unâ ibi cunctos domo,
Precumque ceu factâ manu,
Inférre vim gratam tibi!

Hanc quisque díligat domum;
Hanc pace concors récreet:
Væ dira qui spargit malus
Dissensiónum sémina.

Sed damna cedunt in lucrum
Te, Christe, diligéntibus:
Augent corónas prælia;
Prosuntque, dùm nocent, mali.

Vox blanda sævit trístiùs,
Dùm pectus incautum subit,
Lapsuque cæco dúlcibus
Laudum venénis ínficit.

Præsta, beáta Trínitas,
Ut caritáte mútuâ,
Prosímus alter álteri,
Regnémus & polo simul.
Amen.

Intende voci oratiónis meæ, * Rex meus & Deus meus.

Quóniàm ad te orábo, Dómine, * manè exáudies vocem meam.

Manè astábo tibi, & vidébo; * quóniàm non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus, * neque permanébunt injusti ante óculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitátem: * perdes omnes qui loquuntur mendácium.

Virum sánguinum & dolósum * abominábitur Dóminus;

Ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ introíbo in domum tuam, * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in justítia tua: * propter inimícos meos dírige in conspectu tuo viam meam;

Quóniàm non est in ore eórum véritas, * cor eórum vanum est.

Sepulcrum patens est guttur eórum, linguis suis dolósè agébant: * júdica illos, Deus.

Décidant à cogitatiónibus suis; secundum multitúdinem impietátum eórum expelle eos, * quóniam irritavérunt te, [D]ómine.

Et læténtur omnes qui [spe]rant in te: * in æternum [ex]ultábunt, & habitábis in [eis].

Et gloriabuntur in [te] omnes qui díligunt [no]men tuum, * quóniàm [tu] benedíces justo.

Dómine, ut scuto b[onæ] voluntátis tuæ, * coro[nasti] nos.

Ant. Omnes qui spe[rant] in te, Dómine, in æ[ter]num exultábunt, & h[abi]tábis in eis.

Ant. 5. C. In régm[...]

Psalmus 35.

DIxit injustus, ut [de]linquat in semeti[pso:] * non est timor Dei [ante] óculos ejus;

Quóniàm dolósè egi[t in] conspectu ejus, * ut i[nve]niátur iniquitas ejus [ad] ódium.

Verba oris ejus iniq[uitas] & dolus: * nóluit int[ellí]gere, ut benè ágeret.

Iniquitátem meditát[us est] in cubíli suo: ástitit o[mni] viæ non bonæ; * malí[tiam] autem non odívit.

Dómine, in cœlo m[ise]ricórdia tua * & vé[ritas] tua usque ad nubes.

Justítia tua sicut mo[ntes] Dei: * judícia tua aby[ssus] multa.

Hómines & juments[...]

vábis, Dómine; * quemádmodùm multiplicasti misericórdiam tuam, Deus.

Filii autem hóminum * in tégmine alárum tuárum sperábunt.

Inebriábuntur ab ubertáte domûs tuæ; * & torrente voluptátis tuæ potábis eos.

Quóniàm apud te est fons vitæ, * & in lúmine tuo vidébimus lumen.

Prætende misericórdiam tuam sciéntibus te, * & justítiam tuam his qui recto sunt corde.

Non véniat mihi pes supérbiæ, * & manus peccatóris non móveat me.

Ibi cecidérunt qui operantur iniquitátem:* expulsi sunt, nec potuérunt stare.

Ant. In tégmine alárum tuárum sperábunt, Dómine; & torrente voluptátis tuæ potábis eos.

Ant. 3. a. Exaudi nos.

Psalmus 64.

TE decet hymnus, Deus, in Sion; * & tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exaudi oratiónem meam: * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos; * & impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus quem elegisti, & assumpsisti: * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domûs tuæ: * sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exaudi nos, Deus salutáris noster, * spes ómnium fínium terræ, & in mari longè;

Præparans montes in virtúte tua, accinctus poténtiâ: * qui conturbas profundum maris, sonum flúctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui hábitant términos, à signis tuis: * éxitus matutini & véspere delectábis.

Visitasti terram, & inebriasti eam: * multiplicasti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis; * parasti cibum illórum, quóniam ita est præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus. * in stillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ; * & campi tui replebuntur ubertáte.

Pinguescent speciósa deserti, * & exultatióne colles accingentur.

Indúti sunt aríetes óvium, & valles abundábunt frumento: * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Ant. Exaudi nos, Deus,

salutáris noster, spes ómnium fínium terræ.

In Feriis, dicitur Canticum sequens.

Ant. 1. 2. Ecce.

Canticum. Isaïæ. 12.

CONfitébor tibi, Dómine, quóniàm irátus es mihi: * convérsus est furor tuus; & consolátus es me.

Ecce Deus salvátor meus; * fiduciáliter agam, & non timébo.

Quia fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, * & factus est mihi in salútem.

Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris; * & dicétis in die illa: Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus: * meméntóte quóniàm excelsum est nomen ejus.

Cantáte Dómino, quóniàm magníficè fecit: * annuntiáte hoc in universa terra.

Exulta & lauda, habitátio Sion; * quia magnus in médio tuî Sanctus Israël.

Ant. Ecce Deus salvátor meus; fiduciáliter agam, & non timébo.

In Festis, nisi proprium assignetur, loco superioris Cantici, dicitur sequens.

Canticum. Tob. 13.

MAgnus es, Dómine, in ætérnum, * & in ómnia sécula regnum tuum.

Quóniàm tu flagellas, & salvas: dedúcis ad ínferos, & redúcis; * & non est qui effúgiat manum tuam.

Confitémini Dómino, fílii Israël, * & in conspectu géntium laudáte eum;

Quóniàm ídeò dispersit vos inter gentes quæ ignórant eum, * ut vos enarrétis mirabília ejus,

Et faciátis scire eos, * quia non est álius Deus omnípotens præter eum.

Ipse castigávit nos propter iniquitátes nostras; * & ipse salvábit nos propter misericórdiam suam.

Aspícite ergo quæ fecit nobiscum, & cum timóre & tremóre confitémini illi; * regemque seculórum exaltáte in opéribus vestris.

Ego autem in terra captivitátis meæ confitébor illi; * quóniàm osténdit majestátem suam in gentem peccatrícem.

Convertímini ítaque, peccatóres, & fácite justítiam coram Deo, * credentes quòd fáciat vobiscum misericórdiam suam.

Ego autem, & ánima mea, * in eo lætábimur.

Benedícite Dóminum, omnes electi ejus : * ágite dies lætítiæ, & confitémini illi.

Ant. 6. C. Beneplácitum est.

Psalmus 146.

LAudáte Dóminum, quóniàm bonus est psalmus : * Deo nostro sit jucunda decoraque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus, * dispersiónes Isráelis congregábit;

Qui sanat contrítos corde, * & álligat contritiónes eórum;

Qui númerat multitúdinem stellárum, * & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, & magna virtus ejus; * & sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus; * humílians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne : * psállite Deo nostro in cíthara;

Qui óperit cœlum núbibus, * & parat terræ plúviam;

Qui prodúcit in móntibus fœnum, * & herbam servitúti hóminum;

Qui dat juméntis escam ipsórum, * & pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit; * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timentes eum, * & in eis qui sperant super misericórdia ejus.

Ant. Beneplácitum est Dómino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericórdia ejus.

Capitulum. If. 26.

IN sémita judiciórum tuórum, Dómine, sustinúimus te : nomen tuum & memoriále tuum in desidério ánimæ. Anima mea desiderávit te in nocte; sed & spíritu meo in præcórdiis meis de manè vigilábo ad te.

Hymnus.

PRomittis, & servas datam
Immóbilis fidem, Deus :
Hanc mane primo sédulâ
Repóscimus fidem prece.

Promittit atque décipit
Incertus & fallax homo :
Sic quassa, si incumbas super
Arundo transfíget manum.

Beátus ergo, qui tuo
Se totus abdit in sinu :
Hâc arce tutum túrbinis
Vis nulla de statu quatit.

Ne cor vacillet, óbligas
Temet sacramento, Deus :
Spes nixa tanto pígnore
Ætena jam prensat bona.

Jam mente præsúmens populum,
Secúra sublími throno
Assistit, & cœlestium
Prælíbat undas flúminum.
Fons ô perennis grátiæ,
Colenda semper Trínitas,
Te spem salútis únicam
Da mente totâ quærere.
Amen.

℣. Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam;
℟. Quia in te sperávi.

Ad Benedictus. *Ant.* 1. g. Jurávit Dóminus datúrum se nobis, ut sine timóre de manu inimicórum nostrórum liberáti, serviámus illi.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c. Ego.

Psalmus 30.

IN te, Dómine, sperávi, non confundar in æternum: * in justítia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam: * accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem, & in domum refúgii, * ut salvum me fácias;

Quóniàm fortitúdo mea, & refúgium meum es tu: * & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc quem abscondérunt mihi, * quóniàm tu es protector meus.

In manus tuas commendo spíritum meum: * redemisti me, Dómine Deus veritátis.

Odisti observantes vanitátes supervácuè; * ego autem in Dómino sperávi.

Exultábo, & lætábor in misericórdia tua; * quóniam respexisti humilitátem meam, salvasti de necessitátibus ánimam meam.

Nec conclusisti me in mánibus inimíci; * statuisti in loco spatióso pedes meos.

Divisio Psalmi 30.

MIserére meî, Dómine, quóniàm tríbulor: * conturbátus est in ira óculus meus, ánima mea, & venter meus;

Quóniàm defécit in dolóre vita mea, * & anni mei in gemítibus.

Infirmáta est in paupertáte virtus mea, * & ossa mea conturbáta sunt.

Super omnes inimícos meos factus sum oppróbrium, & vicínis meis valdè; * & timor notis meis.

Qui vidébant me, * forâs fugérunt à me.

Oblivióni datus sum tanquàm mórtuus à corde: * factus sum tanquàm vas pérditum;

Quóniàm audívi vituperatiónem multórum commorántium in circúitu: * in eo dùm convenírent si-

mul adversum me, accípere ánimam meam consiliáti sunt.

Ego autem in te sperávi, Dómine; * dixi: Deus meus es tu; in mánibus tuis sortes meæ.

Eripe me de manu inimicórum meórum, * & à persequéntibus me.

Illustra fáciem tuam super servum tuum: * salvum me fac in misericórdia tua.

Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te; * erubéscant ímpii, & deducantur in inférnum.

Muta fiant lábia dolósa, * quæ loquuntur adversus justum iniquitátem, in supérbia, & in abusióne.

Altera divisio Psalmi 30.

QUàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, * quàm abscondísti timéntibus te!

Perfecísti eis qui sperant in te, * in conspéctu filiórum hóminum.

Abscondes eos in abscóndito faciéi tuæ * à conturbatióne hominum.

Próteges eos in tabernáculo tuo * à contradictióne linguárum.

Benedíctus Dóminus, * quóniàm mirificávit misericórdiam suam mihi in civitáte muníta.

Ego autem dixi in excessu mentis meæ: * Projéctus sum à fácie oculórum tuórum.

Ideò exaudísti vocem oratiónis meæ, * dùm clamárem ad te.

Dilígite Dóminum, omnes sancti ejus; quóniàm veritátem requiret Dóminus; * & retribuet abundánter faciéntibus supérbiam.

Viríliter ágite, & confortétur cor vestrum, * omnes qui sperátis in Dómino.

Ant. Ego in Dómino sperávi: exultábo & lætábor in misericórdia tua.

AD TERTIAM.

Ant. 4. A. Spera in Deo.

Psalmus 41.

QUemádmodùm desíderat cervus ad fontes aquárum; * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quandò véniam, & apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, * dùm dícitur mihi quotídie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, & effúdi in me ánimam meam; * quóniàm transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exultatiónis &

confeſſiónis, * ſonus epulantis.

Quare triſtis es, ánima mea? * & quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniàm adhuc confitébor illi: * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Diviſio Pſalmi 41.

AD meipſum ánima mea conturbáta eſt; * proptéreà memor ero tuî de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyſſus abyſſum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excelſa tua, & fluctus tui * ſuper me tranſiérunt.

In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ; * dicam Deo: Suſceptor meus es.

Quare oblítus es meî, & quare contriſtátus incédo, * dùm afflígit me inimícus?

Dùm confringuntur oſſa mea, * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei,

Dùm dicunt mihi per ſíngulos dies: * Ubì eſt Deus tuus?

Quare triſtis es, ánima mea, * & quare contu[rbas]
me?

Spera in Deo, quón[iàm]
adhuc confitébor illi [: *]
ſalutáre vultûs mei, [&]
Deus meus.

Pſalmus 42.

JUdica me, Deus, [&]
diſcerne cauſam m[eam]
de gente non ſancta: [ab]
hómine iníquo & do[loſo]
érue me;

Quia tu es, Deus, [for-]
titúdo mea: * quare [me]
repuliſti? & quare t[riſtis]
incédo, dùm afflígit [me]
inimícus?

Emitte lucem tuan[m, &]
veritátem tuam: * ipſ[a me]
deduxérunt, & adduxé[runt]
in montem ſanctum tu[um,]
& in tabernácula tua.

Et introíbo ad al[tare]
Dei, * ad Deum qui l[æti-]
ficat juventútem mean[m.]

Confitébor tibi in cí[tha-]
ra, Deus, Deus meu[s:]
quare triſtis es, ánima m[ea?]
& quare conturbas me[?]

Spera in Deo, quón[iàm]
adhuc confitébor illi: * [ſa-]
lutáre vultûs mei, & [Deus]
meus.

Ant. Spera in Deo, [áni-]
ma mea: ſalutáre v[ultûs]
mei, & Deus meus.

Capitulum. Rom. [15.]

QUæcumque ſcr[ipta]
ſunt, ad noſtram [do-]
ctrínam ſcripta ſunt; ut

patiéntiam, & consolatiónem Scripurárum, spem habeámus.

℟. *br.* Memor esto verbi tui, Dómine, * In quo mihi spem dedisti. Memor esto. ℣. Hæc me consoláta est, * quia elóquium tuum vivificávit me, * In quo mihi spem dedisti. Glória Patri. Memor esto verbi.

℣. Respondébo exprobrántibus mihi verbum; ℟. Quia sperávi in sermónibus tuis.

AD SEXTAM.

Ant. 1. D. Qui sperat in Dómino.

Psalmus 20.

DOmine, in virtúte tua lætábitur rex, * & super salutáre tuum exultábit veheménter.

Desidérium cordis ejus tribuisti ei, * & voluntáte labiórum ejus non fraudasti eum,

Quóniàm prævenisti eum in benedictiónibus dulcédinis, * posuisti in cápite ejus corónam de lápide pretióso.

Vitam pétiit à te; * & tribuisti ei longitúdinem diérum in séculum, & in séculum séculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo: * glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Quóniàm dabis eum in benedictiónem in séculum séculi: * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniàm rex sperat in Dómino; * & in misericórdia Altíssimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis: * déxtera tua invéniat omnes qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultûs tui: * Dóminus in ira sua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes, * & semen eórum à fíliis hóminum;

Quóniàm declinavérunt in te mala: * cogitavérunt consília, quæ non potuérunt stabilíre.

Quóniàm pones eos dorsum: * in relíquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre, Dómine, in virtúte tua: * cantábimus & psallémus virtútes tuas.

Psalmus 102.

BEnedic, ánima mea, Dómino: * & ómnia quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.

Bénedic, ánima mea, Dómino, * & noli obli-

visci omnes retributiónes ejus;

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis; * qui sanat omnes infirmitátes tuas;

Qui rédimit de intéritu vitam tuam; * qui corónat te in misericórdia & miseratiónibus;

Qui replet in bonis desidérium tuum: * renovábitur ut áquilæ juventus tua.

Fáciens misericórdias Dóminus, * & judícium ómnibus injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias suas Móysi, * fíliis Israël voluntátes suas.

Divisio Psalmi 102.

MIserátor & miséricors Dóminus: * longánimis, & multùm miséricors.

Non in perpétuum irascétur, * neque in æternum comminábitur.

Non secundum peccáta nostra fecit nobis, * neque secundum iniquitátes nostras retríbuit nobis.

Quóniàm secundum altitúdinem cœli à terra, * corroborávit misericórdiam suam semper timentes se.

Quantùm distat ortus ab occidente, * longè fecit à nobis iniquitátes nostas.

Quómodò miserétur pater filiórum, * misertus est Dóminus timéntibus se;

Quóniàm ipse cognóvit figmentum nostrum: * recordátus est quóniàm pulvis sumus.

Homo, sicut fœnum dies ejus: * tanquàm flos agri sic efflorébit;

Quóniàm spíritus pertransíbit in illo, & non subsistet, * & non cognoscet ámpliùs locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab æterno, * & usque in æternum super timentes eum:

Et justítia illíus in fílios filiórum, * his qui servant testamentum ejus,

Et mémores sunt mandatórum ipsíus, * ad faciendum ea.

Dóminus in cœlo parávit sedem suam; * & regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino, omnes Angeli ejus, potentes virtúte, facientes verbum illíus, * ad audiendam vocem sermónum ejus.

Benedícite Dómino, omnes virtútes ejus, * ministri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino, ómnia opera ejus: * in omni loco dominatiónis ejus, bénedic, ánima mea, Dómino.

Ant. Qui sperat in Dómino, in misericórdia Altíssimi non commovébitur.

Capitulum. I. Joann. 3.

Nunc filii Dei sumus, & nondùm appáruit quid érimus. Scimus quóniàm, cùm apparúerit, símiles ei érimus, quóniàm vidébimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctíficat se, sicut & ille sanctus est.

℞. *br.* Beátus vir, * Cujus est nomen Dómini spes ejus. Beátus vir. ℣. Et non respexit in vanitátes * & insánias falsas: * Cujus est. Glória Patri. Beátus vir.

℣. Speráte in eo, omnis congregátio pópuli: ℞. Effúndite coram illo corda vestra.

AD NONAM.

Ant. 8. d. Factus est mihi.

Psalmus 81.

DEus stetit in synagóga deórum;* in médio autem deos dijúdicat.

Usquequò judicátis iniquitátem, * & fácies peccatórum súmitis?

Judicáte egéno & pupillo: * húmilem & páuperem justificáte.

Erípite páuperem, * & egénum de manu peccatóris liberate.

Nesciérunt neque intellexérunt, in ténebris ámbulant: * movebuntur ómnia fundamenta terræ.

Ego dixi: Dii estis, * & filii Excelsi omnes.

Vos autem sicut hómines moriémini, * & sicut unus de princípibus cadetis.

Surge, Deus, júdica terram; * quóniàm tu hæreditábis in ómnibus géntibus.

Psalmus 93.

DEus ultiónum Dóminus, * Deus ultiónum líberè egit.

Exaltáre, qui júdicas terram: * redde retributiónem supérbis.

Usquequò peccatóres, Dómine, * úsquequò peccatóres gloriabuntur?

Effabuntur & loquentur iniquitátem; * loquentur omnes qui operantur injustítiam?

Pópulum tuum, Dómine, humiliavérunt, * & hereditátem tuam vexavérunt.

Víduam & ádvenam interfecérunt, * & pupillos occidérunt.

Et dixérunt: Non vidébit Dóminus, * nec intélliget Deus Jacob.

Intellígite, insipientes in

pópulo; * & ſtulti, aliquandò ſápite.

Qui plantávit aurem, non áudiet? * aut qui finxit óculum, non consíderat?

Qui córripit gentes, non árguet? * qui docet hóminem ſciéntiam?

Dóminus ſcit cogitatiónes hóminum, * quóniàm vanæ ſunt.

Diviſio Pſalmi 93.

BEátus homo, quem tu erudíeris, Dómine, * & de lege tua docúeris eum;

Ut mitiges ei à diébus malis, * donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repellet Dóminus plebem ſuam, * & hæreditátem ſuam non derelinquet;

Quoadusque juſtítia convertátur in judícium, * & qui juxta illam omnes qui recto ſunt corde.

Quis conſurget mihi adversus malignantes? * aut quis ſtabit mecum adversus operantes iniquitátem?

Niſi quia Dóminus adjúvit me, * paulò minùs habitaſſet in inferno ánima mea.

Si dicébam: Motus eſt pes meus; * misericórdia tua, Dómine, adjuvábat me.

Secundum multitúdinem dolórum meórum in corde meo, * conſolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.

Numquìd adhæret tibi ſedes iniquitátis, * qui fingis labórem in præcepto?

Captábunt in ánimam juſti, * & ſánguinem innocentem condemnábunt.

Et factus eſt mihi Dóminus in refúgium, * & Deus meus in adjutórium ſpei meæ.

Et reddet illis iniquitátem ipſórum; & in malítia eórum diſperdet eos: * diſperdet illos Dóminus Deus noſter.

Ant. Factus eſt mihi Dóminus in refúgium, & Deus meus in adjutórium ſpei meæ.

Capitulum. Hebr. 10.

NOlite amíttere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem: patiéntia enim vobis neceſſária eſt; ut, voluntátem Dei facientes, reportétis promiſſiónem.

℟. *br.* Bonum eſt confídere in Dómino, * Quàm confídere in hómine. Bonum eſt. ℣. Bonum eſt * ſperáre in Dómino, * Quàm confídere in hómine. Glória. Bonum eſt.

℣. Mihi adhærére Deo

bonum est, ℟. Pónere in Dómino Deo spem meam.

AD VESPERAS.

Ant. 7. d. Oculi nostri.

Psalmus 122.

AD te levávi óculos meos, * qui hábitas in coelis.

Ecce sicut óculi servórum * in mánibus dominórum suórum,

Sicut óculi ancillæ in mánibus dóminæ suæ; * ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri.

Miserére nostri, Dómine; miserére nostri; * quia multùm repléti sumus despectióne;

Quia multùm repléta est ánima nostra: * oppróbrium abundántibus, & despéctio superbis.

Ant. Oculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri.

Ant. 5. a. Qui confídunt in Dómino.

Psalmus 124.

QUi confídunt in Dómino, sicut mons Sion: * non commovébitur in æternum, qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus, & Dóminus in circúitu pópuli sui, * ex hoc nunc, & úsque in sæculum;

Quia non relinquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum, * ut non extendant justi ad iniquitátem manus suas.

Bénefac, Dómine, bonis, * & rectis corde.

Declinantes autem in obligatiónes addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem: * pax super Israël.

Ant. Qui confídunt in Dómino, sicut mons Sion: non commovébitur in æternum, qui hábitat in Jerúsalem.

Ant. 8. c. Beátus vir.

Psalmus 126.

NIsi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustrà vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite, postquàm sedéritis, qui manducátis panem dolóris, cùm déderit dilectis suis somnum.

Ecce hæréditas Dómini, fílii; * merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis, * ita fílii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis; * non confundétur, cùm lo-

quétur inimícis suis in porta.

Ant. Beátus vir qui implévit desidérium suum; non confundétur, cùm loquétur inimícis suis.

Ant. 1. a. Sustínuit.

Psalmus 129.

DE profundis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine; * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est, * & propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus, * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem * speret Israel in Dómino;

Quia apud Dóminum misericórdia, * & copiósa apud eum redémptio;

Et ipse rédimet Israel * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ant. Sustínuit ánima mea in verbo ejus: sperávit ánima mea in Dómino.

Ant. 4. a. Speret.

Psalmus 130.

DOmine, non est exaltátum cor meum, * neque eláti sunt óculi mei;

Neque ambulávi in magnis, * neque in mirabílibus super me.

Si non humíliter sentiébam, * sed exaltávi ánimam meam.

Sicut ablactátus est super matre sua, * ita retribútio in ánima mea.

Speret Israel in Dómino; * ex hoc nunc & usque in séculum.

Ant. Speret Israel in Dómino.

Capitulum. Rom. 15.

DEus spei répleat vos omni gáudio & pace in credendo; ut abundétis in spe, & virtúte Spíritûs sancti.

Hymnus.

HOrres superbos, nec tuam
Das álteri laudem, Deus:
Humána nil isthìnc sibi
Decerpat arrogántia.

Ingráta quippe mens tuæ
Fluenta sistit grátiæ;
Tristique marcescit statìm,
Ceu gramen exustum, siti.

Ut servus in manus heri
Intenta figit lúmina;
Sic ora sacris móntibus
Non dimovémus ánxii.

Desiderátam si dare
Opem moráris; spes tamen,
Tenácis instar áncoræ,
Immóta fundat péctora.

Sit summa Patri glória:
Sit summa Nato, qui dedit
Nobis

Nobis futúræ Spíritum
Hæreditátis óbsidem.
Amen.

℣. A custódia matutína usque ad noctem. ℟. Speret Israël in Dómino.

Ad Magníf. Ant. 8. G. Misericórdia ejus, à progénie in progénies, timéntibus eum.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 4. E. Consérva me.

Psalmus 10.

IN Dómino confído: * quómodò dicitis ánimæ meæ: Tránsmigra in montem sicut passer?

Quóniàm ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagittas suas in pháretra, * ut sagittent in obscúro rectos corde.

Quóniàm quæ perfecísti, destruxérunt; * justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo: * Dóminus in cœlo sedes ejus.

Oculi ejus in páuperem respíciunt: * pálpebræ ejus intérrogant fílios hóminum.

Dóminus intérrogat justum & ímpium; * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam suam.

Pluet super peccatóres láqueos: * ignis, & sulphur, & spíritus procellárum, pars cálicis eórum.

Quóniàm justus Dóminus, & justítias dilexit: * æquitátem vidit justus ejus.

Psalmus 13.

DIxit insípiens in corde suo: * Non est Deus.

Corrupti sunt, & abominábiles facti sunt in stúdiis suis: * non est qui fáciat bonum; non est usque ad unum.

Dóminus de cœlo prospexit super fílios hóminum, * ut vídeat si est intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt: * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Sepulcrum patens est guttur eórum; linguis suis dolósè agébant: * venénum áspidum sub lábiis eórum.

Quórum os maledictióne & amaritúdine plenum est: * velóces pedes eórum ad effundendum sánguinem.

Contrítio & infelícitas in viis eórum, & viam pacis non cognovérunt; * non est timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam sicut escam panis?

Dóminum non invocavérunt: illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor; * quóniàm Dóminus

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me usque in Idumæam?

Nonne tu, Deus, qui repulísti nos: * & non exíbis, Deus, in virtútibus nostris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem: * & ipse ad níhilum dedúcet inimícos nostros.

Ant. Dómine, vana salus hóminis: in Deo faciémus virtútem.

Ant. 8. c. Deus.

In Feriis.

Canticum Annæ.

1. Reg. 2.

EXultávit cor meum in Dómino, * & exaltátum est cornu meum in Deo meo.

Dilatátum est os meum super inimícos meos, * quia lætáta sum in salutári tuo.

Non est sanctus, ut est Dóminus; neque enim est álius extra te: * & non est fortis sicut Deus noster.

Nolíte multiplicáre loqui sublímia, gloriantes: * recédant vétera de ore vestro;

Quia Deus scientiárum Dóminus est, * & ipsi præparantur cogitatiónes.

Arcus fórtium superátus est; * & infirmi accíncti sunt robore.

Repléti priùs pro pánibus se locavérunt; * & famélici saturáti sunt,

Donec stérilis péperit plúrimos; * & quæ multos habébat fílios, infirmáta est.

Dóminus mortíficat, & vivíficat; * dedúcit ad ínferos, & redúcit.

Dóminus páuperem facit, & ditat; * humíliat & súblevat.

Súscitat de púlvere egénum, * & de stércore élevat páuperem;

Ut sédeat cum princípibus, * & sólium glóriæ téneat.

Dómini enim sunt cárdines terræ, * & pósuit super eos orbem.

Pedes sanctórum suórum servábit, & ímpii in ténebris conticescent; * quia non in fortitúdine suâ roborábitur vir.

Dóminum formidábunt adversárii ejus; * & super ipsos in cœlis tonábit.

Dóminus judicábit fines terræ, & dabit impérium regi suo, * & sublimábit cornu christi sui.

Ant. Deus scientiárum Dóminus est, & ipsi præparantur cogitatiónes.

[*In Festis, nisi proprium assignetur.*]

Canticum.

I. Paral. 29.

BEnedíctus es, Dómine, Deus Israël patris nostri, * ab ætérno in ætérnum.

Tua est, Dómine, magnificéntia, & poténtia, & glória, atque victória; * & tibi laus.

Cuncta enim quæ in cœlo sunt & in terra, * tua sunt.

Tuum, Dómine, regnum; * & tu es super omnes príncipes.

Tuæ divítiæ, * & tua est glória: * tu domináris ómnium.

In manu tua virtus & poténtia: * in manu tua magnitúdo, & impérium ómnium.

Nunc ígitur, Deus noster, confitébimur tibi, * & laudámus nomen tuum inclytum.]

Ant. 5. a. Annúntiat Dóminus.

Psalmus 147.

LAuda, Jerúsalem, Dóminum: * lauda Deum tuum, Sion;

Quóniam confortávit seras portárum tuárum, * benedixit fíliis tuis in te;

Qui pósuit fines tuos pacem, * & ádipe fruménti sátiat te;

Qui emittit elóquium suum terræ, * velóciter currit sermo ejus;

Qui dat nivem sicut lanam, * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emittet verbum suum, & liquefáciet ea: * flabit spíritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob, * justítias & judícia sua Israël.

Non fecit táliter omni natióni, * & judícia sua non manifestávit eis.

Ant. Annúntiat Dóminus verbum suum Jacob, & judícia sua Israël: non fecit táliter omni natióni.

Capitulum. I. Petr. 2.

VOs genus electum, regále sacerdótium, gens sancta, pópulus acquisitiónis; ut virtútes annuntiétis ejus qui de ténebris vos vocávit in admirábile lumen suum.

Hymnus.

DIgnas quis, ô Deus, tibi
Laudes rependat, qui tuo
Pellis ténebras lúmine,
Salútis & monstras viam?
Tu, quam jubes, donas fidem:
Hæc cúltui præest tuo;
Hæc mentis erróres fugat.

Hæc corda sursùm dírigit.
Te destitúta spíritu
Nil pompa sacrórum juvat:
Secréta puri blándiùs
Tibi litábunt pectoris.
Vox indè cordi cónsona
Vectígal exolvet suum,
Et ad salútem líbero
Prométur ore véritas.
O, qui supérbos réspuis
Et símplices amas, Deus;
Ut créscat in nobis fides,
Cordis, tumórem cómprime.
Sit summa Patri glória:
Sit summa Nato, qui fidem
Cruóre fundávit suo:
Par sit tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Declarátio sermónum tuórum illúminat, ℟. Et intelléctum dat párvulis.

Ad Benedict. Ant. 3. a. Tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis, ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus.

AD PRIMAM.

Ant. 3. *d.* Illúminet.

Psalmus 66.

DEus misereátur nostri, & benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostri;

Ut cognoscámus in terra viam tuam, * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus, * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exúltent gentes, quóniàm júdicas pópulos in æquitáte, * & gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli, Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus; * & métuant eum omnes fines terræ.

Psalmus 89.

DOmine, refúgium factus es nobis, * à generatióne in generatiónem.

Priusquàm montes fíerent, aut formarétur terra & orbis; * à sǽculo & usque in sǽculum tu es Deus.

Ne avertas hóminem in humilitátem; * & dixísti: Convertímini, fílii hóminum.

Quóniàm mille anni ante óculos tuos, * tanquàm dies hestérna quæ prætériit, & custódia in nocte:

Quæ pro níhilo habentur, * eórum anni erunt.

Manè sicut herba tránseat, manè flóreat & tránseat: * véspere décidat, indúret & aréscat;

Quia defécimus in ira tua, * & in furóre tuo turbáti sumus.

Posuísti iniquitátes nostras in conspéctu tuo, * sǽculum nostrum in illuminatióne vultûs tui;

Quóniàm omnes dies

nostri defecérunt, & in ira tua defécimus: * anni nostri sicut aránea meditabuntur.

Dies annórum nostrórum in ipsis septuaginta anni: * si autem in potentátibus octoginta anni,

Et ámpliùs eórum, * labor & dolor.

Quóniàm supervénit mansuetúdo, * & corripiémur.

Divisio Psalmi 89.

QUis novit potestátem iræ tuæ, * & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam sic notam fac, * & erudítos corde in sapiéntia.

Convertere, Dómine, úsquequò? * & deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus manè misericórdiâ tuâ; * & exultávimus, & delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus quibus nos humiliasti, * annis quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos, & in ópera tua; * & dírige fílios eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos: & ópera mánuum nostrárum dírige super nos; * & opus mánuum nostárum dírige.

Ant. Illúminet Dóminus vultum suum super nos; ut cognoscámus in terra viam tuam, Dómine.

AD TERTIAM.

Ant. 4. E. Credo.

Psalmus 26.

DOminus illuminátio mea, & salus mea, * quem timébo?

Dóminus protector vitæ meæ; * à quo trepidábo?

Dùm appròpiant super me nocentes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt & cecidérunt.

Si consistant adversum me castra, * non timébit cor meum.

Si exurgat adversum me prælium, * in hoc ego sperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ:

Ut vídeam voluptátem Dómini, * & vísitem templum ejus;

Quóniàm abscondit me in tabernáculo suo: * in die malórum protexit me in abscóndito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me, * & nunc exaltávit caput meum super inimicos meos.

Circuívi & immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis: * cantábo,

& psalmum dicam Dómino.

Divisio Psalmi 26.

EXaudi, Dómine, vocem meam quâ clamávi ad te: * miserére meî, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum: Exquisívit te fácies mea: * fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avertas fáciem tuam à me: * ne declínes in ira à servo tuo.

Adjútor meus esto, ne derelinquas me, * neque despícias me, Deus salutáris meus;

Quóniàm pater meus & mater mea dereliquérunt me: * Dóminus autem assumpsit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua; * & dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me; * quóniàm insurrexérunt in me testes iníqui, & mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expecta Dóminum, viríliter age; * & confortétur cor tuum, & sústine Dóminum.

Psalmus 83.

QUàm dilecta tabernácula tua, Dómine virtútum: * concupiscit & déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum & caro mea * exultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum, * & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua, Dómine virtútum, * Rex meus & Deus meus!

Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine! * in sécula seculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus est auxílium abs te: * ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrymárum, in loco quem pósuit.

Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem: * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum, exaudi oratiónem meam, * áuribus pércipe, Deus Jacob.

Protector noster, áspice, Deus, * & réspice in fáciem christi tui;

Quia mélior est dies una in átriis tuis * super míllia.

Elégi abjectus esse in domo Dei mei, * magìs quàm habitáre in tabernáculis peccatórum;

Quia misericórdiam & veritátem díligit Deus; *

grátiam & glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia: * Dómine virtútum, beátus homo qui sperat in te.

Ant. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium.

Capitulum. Hebr. 11.

EST fides sperandárum substántia rerum, argumentum non apparéntium.

℟. *br.* Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, * Quam abscondísti timéntibus te! Quàm magna. ℣. Perfecísti eis * qui sperant in te, * Quam abscondísti. Glória. Quàm magna.

℣. Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes; ℟. Sed non ut lex tua.

AD SEXTAM.

Ant. 8. *G.* Veníte, filii.

Psalmus. 22.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit: * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me: * ánimam meam convertit.

Deduxit me super sémitas justítiæ, propter nomen suum.

Nam & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus, * ipsa me consoláta sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, * adversus eos qui tribulant me.

Impinguasti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ;

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Psalmus 33.

BEnedícam Dóminum in omni tempore: * semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea: * áudiant mansuéti, & læténtur.

Magnificáte Dóminum mecum; * & exaltémus nomen ejus in idipsum.

Exquisívi Dóminum; & exaudívit me, * & ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, & illuminámini; * & fácies vestræ non confundentur.

Iste pauper clamávit; & Dóminus exaudívit eum, * & de ómnibus tribulatiónibus ejus salvávit eum.

Immittet ángelus Dómini in circúitu timéntium

Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Ant. Testimónia tua, Dómine, credibília facta sunt nimis.

Capitulum. Rom. 4.

CRedénti in eum qui justíficat ímpium, reputátur fides ejus ad justítiam, secundum propósitum grátiæ Dei.

℟. *br.* Salvávit eos Dóminus, * Et crediderúnt verbis ejus. Salvávit. ℣. Et laudavérunt * laudem ejus, * Et crediderúnt. Glória Patri. Salvávit.

℣. In conspectu géntium revelávit justítiam suam: ℟. Recordátus est misericórdiæ suæ.

AD VESPERAS.

Ant. 1. D. Crédidi.

Psalmus 115.

CRédidi, propter quod locútus sum; * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino * pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam; * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: * pretiósa in conspectu Dómini mors Sanctórum ejus.

O Dómine, quia ego servus tuus; * ego servus tuus, & fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea; * tibi sacrificábo hóstiam laudis, & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspectu omnis pópuli ejus, * in átriis domus Dómini, in médio tuî Jerúsalem.

Ant. Crédidi, propter quod locútus sum; ego autem humiliátus sum nimis.

Ant. 1. g. Confitébor.

Psalmus 137.

COnfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * quóniam audísti verba oris mei.

In conspectu angelórum psallam tibi: * adorábo ad templum sanctum tuum,

Et confitébor nómini tuo super misericórdia tua & veritáte tua; * quóniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteantur

Confiteantur tibi, Dómine, omnes reges terræ, * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini, * quóniàm magna est glória Dómini;

Quóniàm excelsus Dóminus & humília réspicit, * & alta à longè cognoscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : * & super iram inimicórum meórum extendisti manum tuam, & salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me : * Dómine, misericórdia tua in séculum : ópera mánuum tuárum ne despícias.

Ant. Confitébor nómini tuo, Dómine, super misericórdia tua & veritáte tua.

Ant. 7. d. Generátio.

Psalmus 144.

EXaltábo te, Deus meus rex; * & benedícam nómini tuo in séculum, & in séculum séculi.

Per síngulos dies benedícam tibi; * laudábo nomen tuum in séculum, & in séculum séculi.

Magnus Dóminus, & laudábilis nimìs; & magnitúdinis ejus non est finis.

Generátio & generátio laudábit ópera tua, * & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ loquentur, * & mirabília tua narrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dicent, * & magnitúdinem tuum narrábunt.

Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt, * & justítiâ tuâ exultábunt.

Ant. Generátio & generátio laudábit ópera tua, & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Ant. 4. *D.* Fidélis.

Divisio Psalmi 144.

MIserátor & miséricors Dóminus; * pátiens & multùm miséricors.

Suávis Dóminus univérsis, * & miseratiónes ejus super ómnia ópera ejus.

Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua; * & sancti tui benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicent, & * poténtiam tuam loquentur;

Ut notam fáciant fíliis hóminum poténtiam tuam, * & glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum, regnum ómnium seculórum, * & dominátio tua in omni generatióne & generatiónem.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis, * & sanctus in ómnibus opéribus suis.

Obmutui, & non apérui os meum, * quóniàm tu fecisti.

Amove à me plagas tuas: * à fortitúdine manûs tuæ ego deféci.

In increpatiónibus propter iniquitátem corripuisti hóminem, & tabéscere fecisti sicut aráneam ánimam ejus: * verúmtamen vanè conturbátur omnis homo.

Exaudi oratiónem meam, Dómine, & deprecatiónem meam: * áuribus pércipe lácrymas meas.

Ne síleas, quóniàm ádvena ego sum apud te, & peregrínus, * sicut omnes patres mei.

Remítte mihi ut refrígeret, priusquàm ábeam; * & ámpliùs non ero.

Ant. Salvum me fac, Dómine, quóniam diminútæ sunt veritátes à fíliis hóminum.

FERIA SEXTA.
ad Laudes.

Ant. 1. a. Auribus.

Psalmus 53.

DEus, in nómine tuo salvum me fac, * & in virtúte tua júdica me.

Deus, exaudi oratiónem meam: * áuribus pércipe verba oris mei;

Quóniàm aliéni insurrexérunt advérsum me, & fortes quæsiérunt ánimam meam, * & non proposuérunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me; * & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avertte mala inimícis meis; * & in veritáte tua dispérde illos.

Voluntáriè sacrificábo tibi; * & confitébor nómini tuo, Dómine, quóniàm bonum est:

Quóniàm ex omni tribulatióne eripuisti me; * & super inimícos meos despexit óculus meus.

Ant. Auribus pércipe, Dómine, verba oris mei; quóniàm alièni insurrexérunt adversum me.

Ant. 7. c. Deus meus.

Psalmus 70.

IN te, Dómine, sperávi, non confundar in ætérnum: * in justítia tua líbera me, & éripe me.

Inclína ad me aurem tuam, * & salva me.

Esto mihi in Deum protectórem, & in locum munítum, * ut salvum me fácias;

Quóniàm firmaméntum meum * & refúgium meum es tu.

Deus meus, éripe me de manu peccatóris; * & de

manus contra legem agentis, & iníqui;

Quóniàm tu es patiéntia mea, Dómine: * Dómine, spes mea à juventúte mea.

In te confirmátus sum ex útero: de ventre matris meæ tu es protéctor meus; * in te cantátio mea semper.

Tanquàm prodígium factus sum multis, * & tu adjútor fortis.

Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam, * totâ die magnitúdinem tuam.

Ne projícias me in témpore senectútis: * cùm defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

Quia dixérunt inimíci mei mihi; * & qui custodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unum,

Dicentes: Deus derelíquit eum; persequímini, & comprehéndite eum, * quia non est qui erípiat.

Deus, ne elongéris à me: * Deus meus, in auxílium meum réspice.

Confundantur & defíciant detrahentes ánimæ meæ: * operiantur confusióne & pudóre qui quærunt mala mihi.

Ego autem semper sperábo, * & adjíciam super omnem laudem tuam.

Ant. Deus meus, éripe me de manu peccatóris; quóniàm tu es patiéntia mea.

Ant. 3. *d.* Lingua mea.

Divisio Psalmi 70.

OS meum annuntiábit justítiam tuam, * totâ die salutáre tuum.

Quóniàm non cognóvi litteratúram, introíbo in poténtias Dómini: * Dómine, memorábor justítiæ tuæ solíus.

Deus, docuísti me à juventúte mea; * & usquè nunc pronuntiábo mirabília tua,

Et usque in senectam & sénium: * Deus, ne derelínquas me;

Donec annúntiem bráchium tuum * generatióni omni quæ ventúra est,

Poténtiam tuam & justítiam tuam; Deus, usque in altíssima quæ fecisti magnália: * Deus, quis símilis tibi?

Quantas ostendisti mihi tribulatiónes multas, & malas? * & conversus, vivificasti me, & de abyssis terræ íterùm reduxisti me.

Multiplicasti magnificéntiam tuam; * & conversus consolátus es me.

Nam & ego confitébor tibi in vasis psalmi veri-

tátem tuam, Deus: * psallam tibi in cíthara, Sanctus Israel.

Exultábunt lábia mea cùm cantávero tibi: * & ánima mea, quam redemisti.

Sed & lingua mea totâ die meditábitur justítiam tuam, * cùm confúsi & revériti fúerint qui quærunt mala mihi.

Ant. Lingua mea totâ die meditábitur justítiam tuam, cùm confúsi & revériti fúerint qui quærunt mala mihi.

Ant. 8. G. Cùm irátus fúeris.

In Feriis,

Canticum Habacuc.

Cap. 3.

DOmine, audívi auditiónem tuam, * & tímui.

Dómine, opus tuum * in médio annórum vivífica illud.

In médio annórum notum fácies: * cùm irátus fúeris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab Austro véniet, * & sanctus de monte Pharan.

Opéruit cœlos glória ejus, * & laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit, córnua in mánibus ejus: * ibì abscóndita est fortitúdo ejus.

Ante fáciem ejus ibit mors; * & egrediétur diábolus ante pedes ejus.

Stetit, & mensus est terram: * aspexit, & dissolvit gentes; & contríti sunt montes sæculi.

Incurváti sunt colles mundi * ab itinéribus æternitátis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Æthiópiæ: * turbabuntur pelles terræ Mádian.

Numquid in flumínibus irátus es, Dómine? * aut in flumínibus furor tuus? vel in mari indignátio tua?

Qui ascendes super equos tuos, * & quadrígæ tuæ salvátio;

Súscitans suscitábis arcum tuum: * juramenta tríbubus quæ locútus es.

Flúvios scindes terræ: vidérunt te, & doluérunt montes; * gurges aquárum tránsiit.

Dedit abyssus vocem suam: * altitúdo manus suas levávit.

Sol & luna stetérunt in habitáculo suo: * in luce sagittárum tuárum ibunt, in splendóre fulgurantis hastæ tuæ.

In frémitu conculcábis terram: * & in furóre

ɔe fácies gentes.
:essus es in salútem
i tui, * in salútem
:hristo tuo.
ussisti caput de domo
; * denudasti funda-
:m ejus usque ad col-

ledixisti sceptris ejus,
bellatórum ejus, *
ntibus ut turbo ad
:gendum me.
iltátio eórum, * sicut
jui dévorat páuperem
scóndito.
am fecisti in mari
tuis, * in luto aquá-
multárum.
idívi, & conturbátus
:nter meus: * à voce
emuérunt lábia mea.
grediátur putrédo in
rs meis, * & subter
cáteat;
: requiescam in die
latiónis, * ut ascen-
ad pópulum accin-
, nostrum.
:us enim non flore-
* & non erit ger-
in víneis.
entiétur opus olívæ:

túdo mea, * & ponet pedes
meos quasi cervórum.

Et super excelsa mea de-dúcet me victor * in psal-mis canentem.

Ant. Cùm irátus fúeris Dómine, misericórdiæ re-cordáberis.

[*In Festis, nisi pro-prium assignetur.*]

Canticum. Is. 26.

URbs fortitúdinis no-stræ Sion: * Salvátor ponétur in ea murus & antemurále.

Aperíte portas, * & in-grediátur gens justa, custó-diens veritátem.

Vetus error ábiit: ser-vábis pacem, * pacem, quia in te sperávimus.

Sperastis in Dómino in séculis ætérnis, * in Dó-mino Deo forti in perpé-tuum.

Quia incurvábit habi-tantes in excelso, * civitá-tem sublímem humiliábit.

Humiliábit eam usque ad terram, détrahet eam usque ad púlverem.

Conculcábit eam pes, *

& memoriále tuum in desidério ánimæ.

Anima mea desiderávit te in nocte; *sed & spíritu meo in præcórdiis meis de manè vigilábo ad te.

Cùm féceris judícia tua in terra, * justítiam discent habitatóres orbis.

Misereámur ímpio, & non discet justítiam: * in terra sanctórum iníqua gessit, & non vidébit glóriam Dómini.

Dómine, exaltétur manus tua; * & non vídeant:

Vídeant & confundantur zelantes pópuli; * & ignis hostes tuos dévoret.

Dómine, dabis pácem nobis; * ómnia enim ópera nostra operátus es nobis.]

Ant. 4. *D.* Laudábo.

Psalmus 145.

LAuda, ánima mea, Dóminum; * laudábo Dóminum in vita mea; psallam Deo meo quámdiù fúero.

Nolíte confídere in princípibus; * in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, & revertétur in terram suam: * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus, * qui fecit cœlum & terram, mare, & ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in séculum, facit judícium injúriam patiéntibus, * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elísos: * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas: pupíllum & víduam suscípiet; * & vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sécula: * Deus tuus, Sion, in generatiónem & generatiónem.

Ant. Laudábo in vita mea Dóminum, qui facit judícium injúriam patiéntibus.

Capitulum. Isaïæ. 33.

DOmine, miserére nostri; te enim expectávimus; esto bráchium nostrum in manè, & salus nostra in témpore tribulatiónis.

Hymnus.

ULtrícibus nos úndique
Dum sáucias telis, Deus,
Quis ferre, te præter, queat
Mœréntibus solátium?
Mundus facessat: nil opis
Favóre præstat fútili:
Fallácibus quin ásperat
Alitque foméntis malum.

Flagella nos terrent tua;
Non illa spem demunt tamen:
Quæ ferre nos jubes, Pater,
Fiunt medéla vúlnerum.
At ímpetus libídinum
Ferocientes cómprime;
Hæc vera nos vexant mala,
Sanáre quæ solus potes.
Quid ergo cessas? ingruunt
Intùs forísque prælia;
Hosti-ne præda mens erit
Christi redempta sánguine?
Audis precantes: ánxiæ
Spes blanda jam menti redit:
O Christe, tetros mors tua
Mortis pavóres díscutit.
Sit Trinitáti glória,
Quæ sic flágellis quos amat
Exercet, ut cleméntiæ
Rursùm recordétur suæ.
Amen.

℣. Exultábo manè misericórdiam tuam; ℟. Quia factus es susceptor meus in die tribulatiónis.

Ad Benedict. *Ant.* 8. *G.* Per víscera misericórdiæ Dei nostri visitávit nos óriens ex alto, illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis sedent.

AD PRIMAM.

Ant. 3. c. Exurge.

Psalmus 43.

Deus, áuribus nostris audívimus, patres nostri annuntiavérunt nobis opus * quod operátus es in diébus eórum, & in diébus antíquis.

Manus tua gentes dispérdidit, & plantasti eos: * afflixisti pópulos, & expulisti eos.

Nec enim in gládio suo possedérunt terram, * & bráchium eórum non salvávit eos:

Sed déxtera tua, & bráchium tuum, & illuminátio vultûs tui; * quóniàm complacuisti in eis.

Tu es ipse rex meus, & Deus meus, * qui mandas salútes Jacob.

In te inimícos nostros ventilábimus cornu, * & in nómine tuo spernémus insurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo sperábo, * & gládius meus non salvábit me.

Salvasti enim nos de affligéntibus nos, * & odientes nos confudisti.

Divisio Psalmi 43.

In Deo laudábimur totâ die; * & in nómine tuo confitébimur in séculum.

Nunc autem repulisti, & confudisti nos, * & non egrediéris, Deus, in virtútibus nostris.

Avertisti nos retrorsùm post inimícos nostros; * & qui odérunt nos, diripiébant sibi.

Dedisti nos tanquàm oves

Alienáti sunt peccatóres à vulva, erravérunt ab útero: * locúti sunt falsa.

Furor illis secundum similitúdinem serpentis: * sicut áspidis surdæ, & obturantis aures suas;

Quæ non exáudiet vocem incantántium, * & venéfici incantantis sapienter.

Deus cónteret dentes eórum in ore ipsórum: * molas leónum confringet Dóminus.

Ad níhilum devénient tanquàm aqua decurrens: * intendit arcum suum dónec infirmentur.

Sicut cera quæ fluit, auferentur: * supercécidit ignis, & non vidérunt solem.

Priusquàm intelligerent spinæ vestræ rhamnum; * sicut viventes, sic in ira absorbet eos.

Lætábitur justus cùm víderit vindíctam: * manus suas lavábit in sánguine peccatóris.

Et dicet homo: Si útique est fructus justo, * útique est Deus júdicans eos in terra.

Ant. Circumdedérunt me mala, quorum non est númerus: compláceat tibi, Dómine, ut eruas me.

Capitulum. II. Cor. 1.

SUpra modum graváti sumus supra virtútem, ita ut tædéret nos étiam vívere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habúimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui súscitat mórtuos, qui de tantis perículis nos erípuit & éruit; in quem sperámus quóniàm & adhuc erípiet.

℟. *br.* Multiplicáti sunt, * Qui odérunt me gratìs. Multiplicáti sunt. ℣. Confortáti sunt * qui persecúti sunt me injustè, * Qui odérunt me gratìs. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto. Multiplicáti sunt.

℣. Dómine, ne elongáveris auxílium tuum à me: ℟. Ad defensiónem meam cónspice.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Potum meum.

Psalmus 101.

DOmine, exaudi oratiónem meam; * & clamor meus, ad te véniat.

Non avertas fáciem tuam à me: * in quacumque die tribulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacumque die invocávero te, * velóciter exaudi me;

Quia defecérunt sicut fumus dies mei, * & ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percussus

Percussus sum ut fœnum & áruit cor meum; * quia oblítus sum comédere panem meum.

A voce gémitûs mei * adhæsit os meum carni meæ.

Símilis factus sum pelicáno solitúdinis: * factus sum sicut nycticorax in domicílio.

Vigilávi, * & factus sum sicut passer solitárius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei; * & qui laudábant me, adversùm me jurábant.

Quia cínerem tanquàm panem manducábam, * & potum meum cum fletu miscébam,

A fácie iræ & indignatiónis tuæ; * quia élevans allisísti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt; * & ego sicut fœnum árui.

Tu autem, Dómine, in æternum pérmanes; * & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Divisio Psalmi 101.

TU exurgens miseréberis Sion; * quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus;

Quóniàm placuérunt servis tuis lápides ejus, * & terræ ejus miserebuntur.

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, * & omnes reges terræ glóriam tuam;

Quia ædificávit Dóminus Sion, * & vidébitur in glória sua.

Respexit in oratiónem humílium, * & non sprevit precem eórum.

Scribantur hæc in generatione áltera: * & pópulus qui creábitur, laudábit Dóminum;

Quia prospexit de excelso sancto suo: * Dóminus de cœlo in terram aspexit;

Ut audíret gémitus compeditórum, * ut sólveret fílios interemptórum;

Ut annúntient in Sion nomen Dómini, * & laudem ejus in Jerúsalem,

In conveniendo pópulos in unum, & reges, * ut sérviant Dómino.

Respondit ei in via virtútis suæ: * Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoces me in dimédio diérum meórum: * in generatiónem & generatiónem anni tui.

Altera divisio Psalmi 101.

INítio tu, Dómine, terram fundasti: * & ópera mánuum tuárum sunt cœli.

Ipsi peribunt; * tu autem pérmanes:

Et omnes sicut vestimentum veterascent; * & si-

Ant. Deus meus, quare me dereliquisti? longè à salúte mea verba delictórum meórum.

Capitulum. Thren. 5.

QUare in perpétuum oblivisceris nostri? derelinques nos in longitúdine diérum? Converte nos, Dómine, ad te, & convertémur: innova dies nostros, sicut à princípio; sed projiciens repulisti nos, irátus es contra nos veheménter.

℟. *br.* Usquequò, Dómine, * Oblivisceris me in finem? Usquequò. ℣. Usquequò exaltábitur * inimícus meus super me? * Oblivisceris. Glória Patri. Usquequò.

℣. Exurge, Dómine Deus, exaltétur manus tua: ℟. Ne obliviscáris páuperum.

AD VESPERAS.

Ant. 4. A. Supra dorsum.

Psalmus 128.

SÆpè expugnavérunt me à juventúte mea, * dicat nunc Israël.

Sæpè expugnavérunt me à juventúte mea; * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres: * prolongavérunt iniquitátem suam.

Dóminus justus * concídit cervíces peccatórum.

Confundantur & c[...] tantur retrorsùm * [...] qui odérunt Sion.

Fiant sicut fœnu[...] ctórum, * quod, [...] quàm evellátur, ex[...]

De quo non im[...] manum suam, qui [...] * & sinum suum, q[...] nípulos cólligit.

Et non dixérunt q[...] teríbant: Benedícti[...] mini super vos: * b[...] ximus vobis in n[...] Dómini.

Ant. Supra dorsum [...] fabricavérunt pecca[...] prolongavérunt ini[...] tem suam.

Ant. 2. D. Posui [...]

Psalmus 138.

DOmine, probasti [...] & cognovisti [...] tu cognovisti sess[...] meam, & resurrecti[...] meam.

Intellexisti cogit[...] meas de longè: * sé[...] meam, & funículu[...] um investigasti.

Et omnes vias me[...] vidisti, * quia non [...] mo in lingua mea.

Ecce, Dómine, [...] gnovisti ómnia, no[...] & antíqua: * tu fo[...] me, & posuisti su[...] manum tuam.

Mirábilis facta est [...] tia tua ex me: * con[...]

est ; & non pótero ad eam.

Quò ibo à spíritu tuo ? * & quò à fácie tua fúgiam ?

Si ascéndero in cœlum, tu illìc es : * si descéndero in inférnum, ades :

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * & habitávero in extrémis maris;

Etenim illuc manus tua dedúcet me, * & tenébit me déxtera tua.

Et dixi : Fórsitan ténebræ conculcábunt me ; * & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabuntur à te ; & nox sicut dies illuminábitur : * sicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos : * suscepísti me de útero matris meæ.

Ant. Posuísti super me manum tuam, Dómine : quò à fácie tua fúgiam ?

Ant. 6. F. Confitébor tibi.

Divisio Psalmi 138.

CONfitébor tibi, [Dómine] quia terribíliter magnificátus es ; * mirabília ópera tua, & ánima mea cognóscit nimìs.

Non est occultárum os meum à te, quod fecísti in occulto ; * & substántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui ; & in libro tuo omnes scribéntur : * dies formabúntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimìs honorificáti sunt amíci tui, Deus : * nimìs confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, & super arénam multiplicabúntur : * exurrexi, & adhuc sum tecum.

Si occíderis, Deus, peccatóres : * viri sánguinum, declináte à me ;

Quia dícitis in cogitatióne : * Accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te, Dómine óderam ? * & super inimícos tuos tabescébam.

Perfécto ódio óderam illos ; * & inimíci facti sunt mihi.

Proba me, Deus, & scito cor meum : * intérroga me, & cognósce sémitas meas ;

Et vide si via iniquitátis in me est, * & deduc me in via ætérna.

Ant. Confitébor tibi, Dómine, quia terribíliter magnificátus es ; ánima mea cognóscit nimìs.

Ant. 3. b. Custódi me, Dómine.

Et factus sum sicut homo non áudiens, * & non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniàm in te, Dómine, sperávi: * tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi : Nequandò supergáudeant mihi inimíci mei; * &, dùm commoventur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniàm ego in flagella parátus sum; * & dolor meus in conspectu meo semper.

Quóniàm iniquitátem meam annuntiábo; * & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti sunt super me: * & multiplicáti sunt qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi; * quóniàm sequébar bonitátem.

Ne derelinquas me, Dómine Deus meus, * ne discésseris à me.

Intende in adjutórium meum, * Dómine Deus salútis meæ.

Psalmus 55.

MIserére meî, Deus, quóniàm conculcávit me homo : * totâ die impugnans tribulávit me.

Conculcavérunt me inimíci mei totâ die, * quóniàm multi bellantes adversum me.

Ab altitúdine diéi timébo; * ego verò in te sperábo.

In Deo laudábo sermónes meos, in Deo sperávi: * non timébo quid fáciat mihi caro.

Totâ die verba mea execrabuntur: * adversum me omnes cogitatiónes eórum in malum.

Inhabitábunt, & abscóndent : * ipsi calcáneum meum observábunt.

Sicut sustinuérunt ánimam meam, pro níhilo salvos fácies illos: * in ira pópulos confringes.

Deus, vitam meam annuntiávi tibi : * posuisti lácrymas meas in conspectu tuo, sicut & in promissióne tua.

Tunc convertentur inimíci mei retrorsùm * in quacumque die invocávero te.

Ecce cognóvi * quóniàm Deus meus es.

In Deo laudábo verbum: * in Dómino laudábo sermónem.

In Deo sperávi: * non timébo quid fáciat mihi homo.

In me sunt, Deus, vota tua, * quæ reddam laudatiónes tibi;

Quóniàm eripuisti ánim

nam meam de morte, & pedes meos de lapsu; * ut pláceam coram Deo in lúmine viventium.

Ant. Dómine Deus meus, ne discésseris à me.

SABBATO.

ad Laudes.

Ant. 4. d. Pérfice.

Psalmus 16.

EXaudi, Dómine, justítiam meam: * inténde deprecatiónem meam.

Auribus pércipe oratiónem meam, * non in lábiis dolósis.

De vultu tuo judícium meum pródeat: * óculi tui vídeant æquitátes.

Probasti cor meum, & visitasti nocte: * igne me examinasti; & non est invénta in me iníquitas.

Ut non loquátur os meum ópera hóminum, * propter verba labiórum tuórum ego custodívi vias duras.

Pérfice gressus meos in sémitis tuis, * ut non moveantur vestígia mea.

Ego clamávi, quóniàm exaudisti me, Deus: * inclína aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

Mirífica misericórdias tuas, * qui salvos facis sperantes in te.

A resisténtibus déxteræ tuæ custódi me, * ut pupillam óculi.

Sub umbrâ alárum tuárum prótege me, * à fácie impiórum qui me afflixérunt.

Ant. Pérfice gressus meos in sémitis tuis, Dómine, ut non moveantur vestígia mea.

Ant. 7. b. In justítia.

Divisio Psalmi 16.

INimíci mei, ánimam meam circumdedérunt; ádipem suum conclusérunt: * os eórum locútum est supérbiam.

Projicientes me nunc circumdedérunt me: * óculos suos statuérunt declinare in terram.

Suscepérunt me sicut leo parátus ad prædam, * & sicut cátulus leónis hábitans in ábditis.

Exurge, Dómine, præveni eum, & supplanta eum: * éripe ánimam meam ab ímpio, frámeam tuam ab inimícis manûs tuæ.

Dómine, à paucis de terra dívide eos in vita eórum: * de abscónditis tuis adimplétus est venter eórum.

Saturáti sunt fíliis; * & dimisérunt relíquias suas párvulis suis.

Ego autem in justítia apparébo conspéctui tuo; * satiábor, cùm apparúerit glória tua.

Ant. In justítia appare-

in eo qui non erat Deus, * & irritavérunt in vanitátibus suis;

Et ego provocábo eos in eo qui non est pópulus, * & in gente stulta irritábo illos.

Ignis succensus est in furóre meo, * & ardébit usque ad inferni novíssima;

Devorábitque terram cum gérmine suo, * & móntium fundamenta combúret.

Congregábo super eos mala, * & sagittas meas complébo in eis.

Consumentur fame, * & devorábunt eos aves morsu amaríssimo.

Dentes bestiárum immittam in eos, * cum furóre trahéntium super terram, atque serpéntium.

Foris vastábit eos gládius, & intùs pavor, * júvenem simul ac vírginem, lactentem cum hómine sene.

Dixi: Ubinam sunt? * cessáre fáciam ex homínibus memóriam eórum.

Sed propter iram inimicórum dístuli, * ne fortè superbírent hostes eórum,

Et dícerent: Manus nostra excelsa, & non Dóminus, * fecit hæc ómnia.

Gens absque consílio est, & sine prudéntia: * útinàm sáperent, & intellígerent, ac novíssima providérent!

Quómodò persequátur unus mille, * & duo fúgent decem míllia?

Nonne ídeò quia Deus suus véndidit eos, * & Dóminus conclúsit illos?

Non enim est Deus noster ut dii eórum; * & inimíci nostri sunt judices.

De vínea Sodomórum, vínea eórum, * & de suburbánis Gomorrhæ.

Uva eórum, uva fellis; * & botri amaríssimi.

Fel dracónum vinum eórum, * & venenum áspidum insanábile.

Nonne hæc cóndita sunt apud me, * & signáta in thesauris meis?

Mea est último, & ego retríbuam in témpore, * ut labátur pes eórum.

Juxta est dies perditiónis; * & adesse festínant témpora.

Judicábit Dóminus pópulum suum, * & in servis suis miserébitur.

Videbit quòd infirmáta sit manus, * & clausi quoque defecérunt, residuique consumpti sunt.

Et dicet: Ubi sunt dii eórum, * in quibus habébant fidúciam.

De quorum víctimis comedébant ádipes, * & bibébant vinum libáminum?

Surgant, & opitulentur

vobis,

vobis, * & in necessitáte vos prótegant.

Vidéte quòd ego sim solus, * & non sit álius Deus præter me.

Ego occídam, & ego vívere fáciam; percútiam, & ego sanábo: * & non est qui de manu mea possit erúere.

Levábo ad cœlum manum meam, & dicam: * Vivo ego in æternum.

Si acúero ut fulgur gládium meum, * & arripúerit judícium manus mea,

Reddam ultiónem hóstibus meis; * & his qui odérunt me, retríbuam:

Inebriábo sagittas meas sánguine, * & gládius meus devorábit carnes,

De cruóre occisórum, * & de captivitáte, nudáti inimicórum cápitis.

Laudáte, gentes, pópulum ejus; * quia sánguinem servórum suórum ulciscétur:

Et vindíctam retríbuet in hostes eórum, * & propítius erit terræ pópuli sui.

Ant. Date magnificéntiam Deo nostro! Dei perfécta sunt ópera.

[*In Festis, nisi proprium assignetur,*

Canticum.

Judith 16.

Incípite Dómino in týmpanis: * cantáte Dómino in cymbalis.

Moduláminí illi psalmum novum: * exaltáte, & invocáte nomen ejus.

Dóminus cónterens bella: * Dóminus nomen est illi.

Qui pósuit castra sua in médio pópuli sui, * ut erí-peret nos de manu ómnium inimicórum nostrórum.

Venit Assur ex móntibus ab Aquilóne, * in multitúdine fortitúdinis suæ:

Cujus multitúdo obturávit torrentes, * & equi eórum cooperuérunt valles.

Dixit se incensúrum fines meos, * & júvenes meos occisúrum gládio,

Infantes meos dare in prædam, * & vírgines in captivitátem.

Dóminus autem omnípotens nócuit eum, & trádidit eum in manus féminæ, * & confódit eum.]

Ant. 2. D. Laudáte Dóminum. *Psalmus* 116.

Laudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus, * & véritas Dómini manet in æternum.

Ant. Laudáte Dóminum, omnes pópuli; quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus.

Capitulum. Coloss. 1.

NOn cessámus pro vobis orantes, & postulantes ut impleámini agnitióne voluntátis Dei, in omni sapiéntia & intellectu spirituáli; ut ambulétis dignè Deo, per ómnia placentes, in omni ópere bono fructificantes, & crescentes in sciéntia Dei, in omni virtúte confortáti secundum poténtiam claritátis ejus.

Hymnus.

RErum Creátor ómnium
Nostros labóres ádjuva
Ut casta Christi nómine
Nos vita dignos árguat.
Tu nempè sanctus & potens,
Placére das solus tibi:
Tu legis auctor das sequi
Quod lege præmonstras iter.
Cingunt iter perícula,
Tu lúbricos firma pedes;
Et certióre férvidi
Pergémus ad metam gradu.
O meta felix, pax ubi
Et vera nos manet quies;
Ubi voluptátis sacro
Torrente potábis tuos!
Te mens, ô alma Trínitas,
Anhélat ardens, te sitit,
Tuâ redemptis grátiâ
Ætérna redde præmia.
Amen.

℣. Deduc me, Dómine, in viâ tuâ, & ingrédiar in veritáte tua: ℟. Lætétur cor meum, ut tímeat nomen tuum.

Ad Benedict. *Ant.* 8. G. Dírige pedes nostros in viam pacis, Deus Israël.

AD PRIMAM.

Ant. 7. *d.* Notam.

Psalmus 87.

DOmine Deus salútis meæ, * in die clamávi & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo orátio mea: * inclína aurem tuam ad precem meam;

Quia repléta est malis ánima mea, * & vita mea inferno appropinquávit.

Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum: * factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber:

Sicut vulneráti dormientes in sepulcris, quorum non es memor ámpliùs; * & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuérunt me in lacu inferióri, * in tenebrósis, & in umbra mortis.

Super me confirmátus est furor tuus, * & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à me: * posuérunt me abominatiónem sibi.

Tráditus sum, & non egrediébar: * óculi mei

unt præ inópia.
vi ad te, Dómine,
: * expandi ad te
neas.
quid mórtuis fácies
a ? * aut médici
unt, & confitebun-
?
quid narrábit áli-
épulcro misericór-
am, * & veritátem
perditióne ?
quid cognoscentur
ris mirabília tua, *
ia tua in terra obli-

) ad te, Dómine,
; * & manè orátio
véniet te.
id, Dómine, re-
atiónem meam ? *
áciem tuam à me ?
sum ego, & in la-
à juventúte mea : *
s autem, humiliá-
& conturbátus.
: transiérunt iræ
& terróres tui con-
unt me.
mdedérunt me si-
a totâ die; * cir-
érunt me simul.
asti à me amícum
mum, * & notos
niséria.
salmus 142.
ine, exaudi ora-
nem meam : * áu-
rcipe obsecratió-
am in veritáte tua;

exaudi me in tua justítia.

Et non intres in judícium cum servo tuo; * quia non justificábitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam : * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscúris sicut mórtuos séculi, * & anxiátus est super me spíritus meus : in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum : meditátus sum in ómnibus opéribus tuis; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te : * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine; * defécit spíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à me; * & símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam; * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem, * quia ad te levávi ánimam meam.

Divisio Psalmi 142.

ERipe me de inimícis meis, Dómine; ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam; * & in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam; * quóniàm ego servus tuus sum.

Ant. Notam fac mihi viam in qua ámbulem; quia ad te levávi ánimam meam, Dómine.

AD TERTIAM.

Ant. 4. 2. Afferte Dómino. *Psalmus* 28.

AFferte Dómino fílii Dei; * afferte Dómino fílios aríetum.

Afferte Dómino glóriam & honórem; afferte Dómino glóriam nómini ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas; Deus majestátis intónuit: * Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte: * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringentis cedros; * & confringet Dóminus cedros Líbani,

Et comminuet eas tanquàm vítulum Líbani; * & dilectus quemádmod[...]
lius unicórnium.

Vox Dómini interc[...]
tis flammam ignis: vo[...]
mini concutientis [...]
tum; * & commovéb[...]
minus desertum Cad[...]

Vox Dómini præpa[...]
cervos, & revelábi[...]
densa; * & in templ[...]
omnes dicent glória[...]

Dóminus dilúvium[...]
bitáre facit, * & [...]
Dóminus rex in æte[...]

Dóminus virtútem[...]
lo suo dabit: * Dó[...]
benedícet pópulo [...]
pace.

Psalmus 44.

ERuctávit cor[...]
verbum bonum; [...]
ego ópera mea regi.

Lingua mea * c[...]
scribæ velóciter scri[...]

Speciósus formâ [...]
liis hóminum: diff[...]
grátia in lábiis tuis; [...]
tereà benedixit te [...]
æternum.

Accíngere gládio [...]
per femur tuum, * [...]
tíssime.

Spécie tuâ & pul[...]
dine tuâ intende, * [...]
perè procéde,

Et regna propter [...]
tem, & mansuetú[...]
& justítiam; * & [...]
te mirabíliter dext[...]

Sagittæ tuæ acút[...]

puli sub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in séculum séculi: * virga directiónis, virga regni tui.

Dilexisti justítiam, & odisti iniquitátem; * proptéreà unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cássia à vestimentis tuis, à dómibus ebúrneis; * ex quibus delectavérunt te filiæ regum in honóre tuo.

Astitit regína à dextris tuis in vestítu deauráto, * circúmdata varietáte.

Audi, filia, & vide, & inclína aurem tuam; * & oblivíscere pópulum tuum, & domum patris tui:

Et concupiscet rex decórem tuum, * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus; & adorábunt eum.

Et filiæ Tyri in munéribus; * vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filiæ regis ab intus: * in fímbriis áureis, circumamicta varietátibus.

Adducentur regi vírgines post eam: * próximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætítia & exultatióne; * adducentur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: * constítues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptéreà pópuli confitebuntur tibi in æternum, * & in séculum séculi.

Psalmus 149.

CAntáte Dómino canticum novum: * laus ejus in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israël in eo qui fecit eum; * & filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano & psaltério psallant ei;

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo, * & exáltabit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória: * lætabuntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gutture eórum; * & gládii ancípites in mánibus eórum,

Ad faciendam vindictam in natiónibus, * increpatiónes in pópulis:

Ad alligandos reges eórum in compédibus, * & nóbiles eórum in mánicis férreis;

Ut fáciant in eis judícium conscriptum: * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Ostendisti pópulo tuo dura: * potasti nos vino compunctiónis.

Dedisti metuéntibus te significatiónem, * ut fúgiant à fácie arcûs;

Ut liberentur dilecti tui: * salvum fac déxterâ tuâ, & exaudi me.

Deus locútus est in sancto suo: * Lætábor, & partíbor Síchimam, & convallem tabernaculórum metíbor.

Meus est Gálaad, & meus est Manasses; * & Ephraïm fortitúdo cápitis mei:

Juda rex meus, * Moab olla spei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum: * mihi alienígenæ súbditi sunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me usque in Idúmæam?

Nonne tu, Deus, qui repulisti nos? * & non egrediéris, Deus, in virtútibus nostris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem; * & ipse ad níhilum dedúcet tribulantes nos.

Psalmus 73.

UT quid, Deus, repulisti in finem? irátus est furor tuus super páscuæ tuæ?

Memor esto congr tiónis tuæ, * quam p disti ab inítio.

Redemisti virgam h ditátis tuæ: * mons S in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas i pérbias eórum in finer quanta malignátus est mícus in sancto!

Et gloriáti sunt qui runt te, * in médic lemnitátis tuæ.

Posuérunt signa signa; * & non cogn runt, sicut in éxitu summum.

Quasi in sylva lignó secúribus excidérunt já ejus in idipsum; * in s & áscia dejecérunt ea

Incendérunt igni san rium tuum: * in terra luérunt tabernáculum minis tui.

Dixérunt in corde cognátio eorum simu Quiéscere faciámus o dies festos Dei à terra.

Signa nostra non mus: jam non est pro ta; * & nos non cogno ámplius.

Divisio Psalmi 73

USquequò, Deus, properábit inimíc * irritat adversárius no tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam & déxteram tuam * de médio sinu tuo in finem?

Deus autem, rex noster ante sǽcula, * operátus est salútem in médio terræ.

Tu confirmasti in virtúte tua mare; * contribulasti cápita dracónum in aquis.

Tu confregisti cápita dracónis: * dedisti eum escam pópulis Æthíopum.

Tu dirupisti fontes & torrentes: * tu siccasti flúvios Ethan.

Tuus est dies, & tua est nox: * tu fabricátus es auróram & solem.

Tu fecisti omnes términos terræ: * æstátem & ver, tu plasmasti ea.

Memor esto hujus, inimícus improperávit Dómino; * & pópulus insípiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi: * & ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

Réspice in testamentum tuum, * quia repléti sunt, qui obscuráti sunt terræ, dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis factus confúsus: * pauper & inops laudábunt nomen tuum.

Exurge, Deus, júdica causam tuam: * memor esto improperiórum tuórum, eórum quæ ab insipiénte sunt totâ die.

Ne obliviscáris voces inimicórum tuórum: * supérbia eórum qui te odérunt, ascendit semper.

Ant. Pauper & inops laudábunt nomen tuum, Dómine.

Capitulum. Philip. 4.

QUæcumque sunt vera, quæcumque pudíca, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabília, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplínæ, hæc cogitáte.

℟. *br.* Mandasti justítiam * Testimónia tua. Mandasti. ℣. Et veritátem tuam * nimis. * Testimónia tua. Glória Patri. Mandasti.

℣. Feci judícium & justítiam: ℟. Non tradas me calumniántibus me.

AD VESPERAS.

Ant. 4. *D.* Beáti omnes.

Psalmus 127.

BEáti omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis: * beátus es, & bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans * in latéribus domûs tuæ.

Fílii tui sicut novellæ

olivárum * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo, * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion ; * & vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiorum tuórum, * pacem super Israël.

Ant. Beáti omnes qui timent Dóminum, qui ámbulant in viis ejus.

Ant. 1. a. Surge, Dómine.

Psalmus 131.

MEmento, Dómine, David, * & omnis mansuetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum domûs meæ, * si ascéndero in lectum strati mei :

Si dédero somnum óculis meis, * & pálpebris meis dormitatiónem,

Et réquiem tempóribus meis, donec invéniam locum Dómino ; * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata : * invénimus eam in campis sylvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus * adorábimus in loco ubi stetérunt pedes ejus.

Surge, Dómine, in réquiem tuam ; * tu & arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induantur justítiam ; * & sancti tui exultent.

Propter David servum tuum, * non avertas fáciem christi tui.

Ant. Surge, Dómine, in réquiem tuam ; & sancti tui exultent.

Ant. 7. c. Sion réquies mea.

Divisio Psalmi 131.

JUrávit Dóminus David veritátem, & non frustrábitur eum : * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint fílii tui testaméntum meum, * & testimónia mea hæc quæ docébo eos ;

Et fílii eórum usque in séculum * sedébunt super sedem tuam.

Quóniàm elégit Dóminus Sion : * elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in séculum séculi : * hìc habitábo, quóniàm elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam, * páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári ; * & sancti ejus exultatióne exultábunt.

Illuc prodúcam cornu David : * parávi lucernam christo meo,

Inimícos ejus índuam confusióne ; * super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea.

Ant. Sion réquies mea in séculum séculi : sancti ejus exultatióne exultábunt.

Ant. 2. D. Deus meus.

Psalmus 143.

BEnedíctus DóminusDeus meus, qui docet manus meas ad prælium, * & dígitos meos ad bellum.

Misericórdia mea, & refúgium meum ; * suscéptor meus, & liberátor meus.

Protéctor meus, & in ipso sperávi : * qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine, quid est homo, quia innotuísti ei ? * aut fílius hóminis, quia réputas eum ?

Homo vanitáti símilis factus est : * dies ejus sicut umbra prætéreunt.

Dómine, inclina cœlos tuos, & descende : * tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruscatiónem, & dissipábis eos : * emitte sagittas tuas, & conturbábis eos.

Emitte manum tuam de alto : éripe me, & líbera me de aquis multis, * de manu filiórum alienórum,

Quorum os locútum est vanitátem ; * & déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Ant. Deus meus, misericórdia mea, & suscéptor meus.

Ant. 6. F. Beátus.

Divisio Psalmi 143.

DEus, cánticum novum cantábo tibi : * in psaltério decachordo psallam tibi.

Qui das salútem régibus ; * qui redemísti David servum tuum de gládio malígno, éripe me,

Et érue me de manu filiórum alienorum, quorum os locútum est vanitátem ; * & dextera eórum, dextera iniquitátis :

Quorum fílii sicut novellæ plantatiónes * in juventúte sua.

Fíliæ eórum compósitæ, * circumornátæ ut similitúdo templi.

Promptuária eórum plena, * eructántia ex hoc in illud.

Oves eórum fœtósæ, abundantes in egréssibus suis ; * boves eórum crassæ.

Non est ruína macériæ, neque tránsitus, * neque clamor in platéis eórum.

Beátum dixerunt pópulum cui hæc sunt : * beátus pópulus, cujus Dóminus Deus ejus.

Ant. Béatus pópulus, cujus Dóminus Deus ejus.

Capitulum. Tit. 2.

SAlvátor noster Jesus Christus dedit semetipsum pro nobis, ut nos re-

dimeret ab omni iniquitáte, & mundáret sibi pópulum acceptábilem, sectatórem bonórum óperum.

Hymnus.

SUpréme motor córdium,
Tu sanctitátis frúgibus
Justos ab orbe cóndito
Tenóre ditas pérpeti.

Hìc spes, fides & cáritas
Dulci cohærent vínculo:
Præsentis ævi post diem
Manébit una cáritas.

O cáritas! ô veritas!
O lux perennis! en erit,
Post tot labóres, ut tuo
Tandem fruámur Sábbato.

Hìc mille per discrímina
Semen gementes spárgimus:
Illìc ovante spléndidam
Gestábimus messem manu.

Tu trine, tu potens Deus,
Fructus adauge quos paris:
Mox dona, justus árbiter,
Cœlo coronábis tua. Amen.

℣. Beneplácitum est Dómino in pópulo suo; ℟. Et exaltábit mansuétos in salútem.

Ad Magníficat. *Antiph. & Oratio ut in Proprio.*

AD COMPLETORIUM.

Ant. 8. G. Miserére meî.

Psalmus 50.

MIserére meî, Deus, * secundùm magnam misericórdiam tuam.

Et secundum multitúdinem miseratiónum tuárum * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me;

Quóniam iniquitátem meam ego cognosco, * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci; * ut justificéris in sermónibus tuis, & vincas cùm judicaris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus sum; * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexisti: * incerta & occulta sapiéntiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssópo, & mundábor: * lavábis me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam;* & exultábunt ossa humiliáta.

Averte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus; * & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis,

Ne projícias me à fácie tua, * & Spíritum sanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui; * & spíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas; * &

* & ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ; * & exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries; * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniàm, si voluisses sacrificium, dedissem útique; * holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum & humiliátum, Deus, non despícies.

Benignè fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificentur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes & holocausta; * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Psalmus 85.

INclína, Dómine, aurem tuam, & exaudi me; * quóniàm inops & pauper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniàm sanctus sum: * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserére meî, Dómine, quóniàm ad te clamávi totâ die: * lætífica ánimam servi tui, quóniàm ad te, Dñe, ánimam meam levávi.

Quóniàm tu, Dómine, suávis & mitis; * & multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pércipe, Dómine, oratiónem meam: * & intende voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te; * quia exaudisti me.

Non est símilis tuî in diis, Dómine; * & non est secundum ópera tua.

Omnes gentes, quascumque fecisti, vénient & adorábunt coram te, Dómine, * & glórificábunt nomen tuum;

Quóniàm magnus es tu, & fáciens mirabília: * tu es Deus solus.

Divisio Psalmi 85.

DEduc me, Dómine, in via tua, & ingrédiar in veritáte tua: * lætétur cor meum, ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine Deus meus, in toto corde meo, * & glorificábo nomen tuum in æternum;

Quia misericórdia tua magna est super me, * & eruisti ánimam meam ex inferno inferióri.

Deus, iníqui insurrexérunt super me, & synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam; * & non pro-

dímeret ab omni iniquitáte, & mundáret sibi pópulum acceptábilem, sectatórem bonórum óperum.

Hymnus.

SUpréme motor córdium,
Tu sanctitátis frúgibus
Justos ab orbe cóndito
Tenóre ditas pérpeti.

Hìc spes, fides & cáritas
Dulci cohærent vínculo:
Præsentis ævi post diem
Manébit una cáritas.

O cáritas! ô veritas!
O lux perennis! en erit,
Post tot labóres, ut tuo
Tandem fruámur Sábbato.

Hìc mille per discrímina
Semen gementes spárgimus:
Illîc ovante spléndidam
Gestábimus messem manu.

Tu trine, tu potens Deus,
Fructus adauge quos petis:
Mox dona, justus árbiter,
Cœlo coronábis tua. Amen.

℣. Beneplácitum est Dómino in pópulo suo; ℟. Et exaltábit mansuétos in salútem.

Ad Magníficat. *Antiph. & Oratio ut in Proprio.*

AD COMPLETORIUM.

Ant. 8. G. Miserére meî.

Psalmus 50.

MIserére meî, Deus, * secundùm magnam misericórdiam tuam.

Et secundum multitúdinem miseratiónum tuárum * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me;

Quóniam iniquitátem meam ego cognosco, * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci; * ut justificéris in sermónibus tuis, & vincas cùm judicaris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus sum; * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexisti: * incerta & occulta sapiéntiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssópo, & mundábor: * lavábis me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam;* & exultábunt ossa humiliáta.

Averte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus; * & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua, * & Spíritum sanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui; * & spíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas; * &

* & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ; * & exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries; * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniàm, si voluisses sacrifícium, dedissem útique; * holocaustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum & humiliátum, Deus, non despícies.

Benignè fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificentur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes & holocausta; * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Psalmus 85.

INclína, Dómine, aurem tuam, & exaudi me; * quóniàm inops & pauper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniàm sanctus sum: * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserére meî, Dómine, quóniàm ad te clamávi totâ die: * lætífica ánimam servi tui, quóniàm ad te, Dñe, ánimam meam levávi.

Quóniàm tu, Dómine, suávis & mitis; * & multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pércipe, Dómine, oratiónem meam: * & intende voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te; * quia exaudisti me.

Non est símilis tuî in diis, Dómine; * & non est secundum ópera tua.

Omnes gentes, quascumque fecisti, vénient & adorábunt coram te, Dómine, * & glórificábunt nomen tuum;

Quóniàm magnus es tu, & fáciens mirabília: * tu es Deus solus.

Divisio Psalmi 85.

DEduc me, Dómine, in via tua, & ingrédiar in veritáte tua: * lætetur cor meum, ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine Deus meus, in toto corde meo, * & glorificábo nomen tuum in æternum;

Quia misericórdia tua magna est super me, * & eruisti ánimam meam ex inferno inferióri.

Deus, iníqui insurrexérunt super me, & synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam; * & non pro-

De B. Maria.

Ant. Benedicentur in te & in sémine tuo cunctæ tribus terræ.

℣. Pópuli confitebuntur tibi in æternum : ℟. Mémores erunt nóminis tui.

Orémus.

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis sanitáte gaudére; & gloriósâ beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, à præsenti liberári tristítia, & æternâ pérfrui lætítiâ; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Posteà fit commem. de Patrono Ecclesiæ, ac de Titulari, si à Patrono differat. Si autem Ecclesia dedicata sit sub titulo SS. Trinitatis, aut S. Spiritûs, vel alicujus ex Mysteriis Christi, ejusmodi Commemoratio fit post Orationem de Cruce ante Suffragium de Beata. Quòd si in honorem sanctæ Crucis dedicata sit, supradicta Commem. de Cruce fit etiam in Festis simplicibus. Si verò sub invocatione S. Mariæ, non fit alia Commemoratio de ea quàm quæ hìc habetur.

Deindè fit Comm. de omnibus Sanctis, & speciatìm de iis quorum Corpora aut saltèm Reliquiæ habentur.

Ant. Hi sunt ante thronum Dei, & sérviunt ei die ac nocte in templo ejus; & qui sedet in throno, habitábit super illos.

℣. In æternum exultábunt, & habitábis in eis; ℟. Et gloriabuntur in te, Dómine.

In oratione sequenti, extra Ecclesiam omittitur vox [hac].

Orémus.

Propitiáte, quæsumus, Dómine, fámulis tuis per sanctórum quorum Relíquiæ in [hac] Ecclésia tua requiescunt, & ómnium Sanctórum, mérita gloriósa; ut, eórum intercessióne, ab ómnibus semper protegámur advérsis; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Ultimò, pro Pace.

Ant. Deus qui fecit nobiscum secundum suam misericórdiam, det nobis jucunditátem cordis, & fíeri pacem in diébus nostris.

℣. Dóminus virtútem pópulo suo dabit : ℟. Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

Orémus.

Deus, à quo sancta desidéria, recta consília & justa sunt ópera : da servis tuis illam, quam mun-

dus dare non potest, pacem; ut, & corda nostra mandátis tuis dédita, & hóstium sublátâ formídine, témpora sint tuâ protectióne tranquilla; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus; Per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. *vel* Dómine, exaudi.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

AD PRIMAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

JAm lucis orto sídere,
Deum precémur súpplices,
Nostras ut ipse dírigat,
Lux increáta, sémitas.

Nil lingua, nil peccet manus,
Nil mens ináne cógitet:
In ore simplex véritas,
In corde regnet cáritas.

Incœpta dùm fluet dies,
O Christe, custos pérvigil,
Quas sævus hostis óbsidet
Portas tuére sénsuum.

Præsta diurnus ut tuæ
Subsérviat laudi labor:
Auctóre quæ te cœpimus,
Da te favente prósequi.

Superba ne nimis caro
Menti licenter ímperet;
Carnis domet supérbiam
Potûs cibique párcitas.

Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Fílio,
Sancto simul cum Spíritu,
Nunc, & per omne sǽculum. Amen.

[*In Feriali Officio Psalmi & Ant. dicuntur secundum Feriam, ut singulis diebus assignantur.*

In Festis verò, Antiph. semper sumitur de Proprio, vel de Communi, & Psalmi tantùm dicuntur de Feria, nisi aliter notetur.]

Capitulum. Ephes. 5.

VIdéte, fratres, quómodò cautè ambulétis, non quasi insipientes, sed ut sapientes; rediméntes tempus, quóniàm dies mali sunt.

℟. *br.* Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis. *Repet.* Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis. ℣. Qui sedes * ad déxteram Patris, [*Hic versus quandoquè mutandus est, ut notatur in Proprio.*] * Miserére nobis. Glória Patri, & Fílio, * & Spirítui sancto. *Repet.* Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos: ℟. Et rédime nos propter nomen tuum.

PRECES.

Quandò ad Laudes dictæ sunt Preces, hæ dicuntur flexis genibus.

℟. Quemádmodùm sperávimus in te.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum, ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos pervenire fecisti: tuâ nos hódie salva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciendam nostra procédant elóquia, dirigantur cogitatiónes & ópera; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

℣. Dóminus vobíscum, ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino, ℟. Deo grátias.

Si dicenda sit Prima de Officio parvo B. Mariæ, præponitur Officio Capituli.

Ad Offic. Capituli.

Primò fit lectio Martyrologii, in cujus fine nihil respondetur; sed statim Hebdomadarius dicit:

℣. Pretiósa in conspectu Dómini. ℟. Mors sanctórum ejus.

SAncta María, & omnes Sancti ádjuvent nos in oratiónibus suis pro nobis ad Deum; ut secundum eum qui vocávit nos, Sanctum, & ipsi in omni conversatióne sancti simus.

℟. Amen.

Deindè, ubi legitur Necrologium, post ejus lectionem dicitur Ps. De profundis *& in fine*, Requiem. *cum Versibus* Requiescant in pace. Dómine, exaudi. Dóminus vobíscum. *& Orat.* Absolve. *ut habetur in fine iij. Noct. Officii Defunctorum.*

Posteà dicitur: ℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína.

℣. Deus, in adjutórium meum intende: ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína.

℣. Deus, in adjutórium meum intende: ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto: Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, & in sǽcula sæculórum. Amen.

Kyrie eléïson. Christe, eléïson. Kyrie, eléïson. *Secretò*, Pater. *Altâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réspice in servos tuos, Dómine, & in ópera tua, & dírige fílios eórum.

℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos; & ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus mánuum nostrárum dírige. Glória Patri. & Sicut erat.

Orémus.

DIrígere & sanctificáre, régere & gubernáre dignáre, Dómine Deus, Rex cœli & terræ, hódie corda & córpora nostra, sensus, sermónes & actus nostros, in lege tua & in opéribus mandatórum tuórum; ut hìc & in ætérnum, te auxiliante, salvi & líberi esse mereámur, alvátor mundi; Qui vivis regnas in sǽcula sæculó-m. ℟. Amen.

Lector, Jube, domne, enedícere. [*Lectrix dicit*, omna. *solus vel sola reci-ns*, Dómine.] *Bened.* t Dóminus leges suas in entem nostram, & in rde nostro superscríbat s. ℟. Amen.

Tum fit lectio Canonis, , *pro singulis diebus*, *etur ad calcem; in cujus dicitur:* Tu autem, Dó-e, miserére nostrì. Deo grátias.

st Lectionem, Hebdo-rius dicit: Adjutó-nostrum in nómine ni, ℟. Qui fecit cœ- terram.

Submissiori voce dicit: Benedícite. *Lector versus ad eum*, Deus. *Hebd.* Deus pacis aptet nos in omni bono, ut faciámus ejus voluntátem, fáciens in nobis quod pláceat coram se. *Lector*, Amen.

Post quamlibet Horam, si aliud Officium non sequatur, dicitur secretò: Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. Amen. *Deindè* Pater noster.

AD TERTIAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

O Fons amóris, Spíritus,
O sancte donórum parens,
Tuas refúsus íntimis
Accende flammas córdibus.

Qui caritátis vínculo
Cum Patre nectis Fílium,
Et nos amóris mútui
Arctis coapta néxibus.

Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Fílio,
Sancto simul cum Spíritu,
Nunc, & per omne sǽculum. Amen.

[*In Feriali Officio Psalmi & Antiphonæ dicuntur secundum Feriam, ut singulis diebus assignantur.*

In Festis verò, Ant. semper sumitur de Propria,

ſia tua requieſcunt, & ómnium Sanctórum, mérita glorióſa; ut, eórum interceſſióne, ab ómnibus ſemper protegámur adverſis; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Ultimò pro Pace.

Ant. Deus memínerit teſtamenti ſui, & fáciat pacem; nec déſerat in témpore malo.

℣. Dóminus Deus loquétur pacem, ℟. In plebem ſuam.

Orémus.

DEus, à quo ſancta deſidéria, recta consília & juſta ſunt ópera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem; ut, & corda noſtra mandátis tuis dédita, & hóſtium ſublátâ formídine, témpora ſint tuâ protectióne tranquilla; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum.

℣. Benedicámus.

AD COMPLETORIUM.

COnverte nos, Deus ſalutáris noſter; ℟. Et averte iram tuam à nobis.

℣. Deus, in adjutórium.

Antiphonæ & Pſalmi convenientes.

Hymnus.

GRates, peracto jam die,
Deus, tibi perſólvimus;
Pronoque, dum nox íncipit,
Proſternimus vultu preces.

Quod longa peccávit dies,
Amárus éxpiet dolor;
Somno gravátis ne nova
Infligat hoſtis vúlnera.

Infeſtus uſque círcuit
Quærens leo quem dévoret:
Umbrâ ſub alárum tuos
Defende filios, Pater.

O quandò luceſcet tuus
Qui neſcit occáſum dies!
O quandò ſancta ſe dabit
Quæ neſcit hoſtem pátria!

Deo Patri ſit glória,
Ejuſque ſoli Filio,
Sancto ſimul cum Spíritu,
Nunc, & per omne ſéculum. Amen.

In omni Officio de beata Maria, loco præcedentis Hymni dicitur ſequens.

Hymnus.

VIrgó Dei génitrix, quem totus non capit orbis,
In tua ſe clauſit víſcera, factus homo.
Hinc méritò dicent te ſécula cuncta beátam:
Hinc pópuli matrem te dominamque colunt.

Súſcipe,

Súscipe, quos pia plebs tibi péndere certat, honóres:

Annue, sollícitâ, quam precè poscit, opem.

Glória magna Patri; compar sit glória Nato;

Ambórum tibi par, Spíritus alme, decus. Amen.

Capitulum. I. Petr. 5.

SObrii estóte, & vigiláte; quia adversárius vester diábolus, tanquàm leo rúgiens, círcuit quærens quem dévoret: cui resístite fortes in fide.

℟. *br.* In manus tuas, Dómine, * Commendo spíritum meum. In manus. ℣. Redemisti me, Dómine, * Deus veritátis: * Commendo spíritum meum. Glória. In manus tuas.

℣. Custódi me, Dómine, ut pupillam óculi: ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me.

Ant. 3. c. Dómine. [*nisi propria dicenda sit.*]

Canticum Simeonis.

Luc 2.

NUnc dimittis servum tuum, Dómine, * secundum verbum tuum, in pace;

Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum,

Quod parasti * ante fáciem ómnium populórum,

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Israel.

Ant. Dómine, dabis pacem nobis, ómnia enim ópera nostra operátus es nobis.

PRECES.

Quandò dictæ sunt Preces in Vesperis, hæ dicuntur flexis genibus.

In Duplic. & intra Octavas, omittuntur sequentes Versus:

KYrie, eléïson.
Christe, eléïson.
Kyrie eléïson.
Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Credo in Deum.

℣. Carnis resurrectiónem, ℟. Vitam ætern am. Amen.

℣. Benedictus es, Dómine, Deus patrum nostrórum; ℟. Et laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sécula.

℣. Benedictum nomen glóriæ tuæ sanctum, ℟. Et laudábile, & superexaltátum in ómnibus séculis.

℣. Benedictus es in firmamento cœli; ℟. Et laudábilis, & gloriósus in sécula.

℣. Benedícat nos Deus, Deus noster: ℟. Benedícat nos Deus.

IN FESTO SS. TRINITATIS.

SOLEMNE-MINUS.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Sabbato.

Ant. 1. D. Dixit Deus ad Móysen : Ego sum qui sum; hoc nomen mihi est in æternum.

Ant. 2. D. Dóminus Deus noster, Dóminus unus est.

Ant. 3. a. Ipse est Deus deórum, & Dóminus dominántium, Deus magnus & potens.

Ant. 4. E. Solus habet immortalitátem, & lucem inhábitat inaccessíbilem.

Ant. 5. a. Dóminus exercítuum, Deus Israel, magnus consílio, & incomprehensíbilis cogitátu.

Capitulum. Rom. 10.

O Altitúdo divitiárum sapiéntiæ & sciéntiæ Dei! quàm incomprehensíbília sunt judícia ejus, & investigábiles viæ ejus!

℟. Deo grátias.

℟. Non est símilis tuî, Dómine : magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitúdine : * quis non timébit te, ô Rex géntium? ℣. Magna & mirabília sunt ópera tua, Dómine Deus omnípotens; justæ & veræ sunt viæ tuæ, Rex seculórum : * Quis. Glória Patri. * Quis.

Hymnus.

Ter sancte, ter potens Deus,
Incomprehensa Trínitas;
O lux perennis! própriis
O ter beáta gáudiis!

O vera semper Unitas!
O una semper Véritas!
O sancta semper, quæ bonum
Diffundis omne, Cáritas!

Te densa circum núbila,
Te circum inaccessum jubar
Quod intùs ardent Angeli
Circum trementes cérnere.

Te confitétur in tuo
Et plebs renáta nómine,
Firmâque prælíbat fide
Amor quod ambit præmium.

Da posse quod jubes, Pater:
Da scire, Fíli, quod doces:
Fac corde toto, Spíritus,

Nos velle quod probas bonum.

Præsta, Pater piíssime, Patríque compar Unice, Sancto simul cum Spíritu Regnans per omne sæculum. Amen.

℣. Magnus Dóminus, & laudábilis nimis; ℟. Et magnitúdinis ejus non est finis.

Ad Magníficat. *Ant.* 1. Dómini Dei tui cœlum est, & cœlum cœli; terra, & ómnia quæ in ea sunt. Ipsi adhærébis: ipse est laus tua & Deus tuus.

Oratio, ut infrà ad Laudes,

Pro commem. Sabbati ante Dominicam primam post Pentecostem.

Ant. Lóquere, Dómine, quia audit servus tuus.

℣. Beneplácitum est Dómino in pópulo suo; ℟. Et exaltábit mansuétos in salútem.

Oratio. Deus, in te sperántium. *infrà ad Laudes.*

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capitulum de Sabbato.

Ant. 7. *d.* Vidéte quòd ego sim solus, & non sit álius Deus præter me: vivo ego in æternum.

Hymnus. Grates, 132.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 6. F. Ego Dóminus; hoc est nomen meum: glóriam meam álteri non dabo.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica in toto Officio.

Ant. 1. g. Unus Deus & Pater ómnium qui est super omnes, & per ómnia, & in ómnibus nobis.

Ant. 2. D. Deus erat Verbum: in ipso vita erat, & vita erat lux hóminum; & lux in ténebris lucet.

Ant. 3. à. In uno Spíritu omnes nos in unum corpus baptizáti sumus.

Ant. 4. E. Grátia, misericórdia & pax à Deo Patre, & Christo Jesu Dómino nostro.

Ant. 5. a. Benedicentes Dóminum, exaltáte illum quantùm potestis; major enim est omni laude.

Capitulum. Apocal. 7.

Benedíctio, & cláritas, & sapiéntia, & gratiárum áctio, honor, & virtus, & fortitúdo Deo nostro in sécula seculórum. Amen.

℟. Deo grátias.

Hymnus.

O Luce quæ tuâ lates, Beáta semper Trínitas;

Te confitémur, crédimus,
Pioque corde quærimus.
O sancte sanctórum Pater,
O Nate de Deo Deus,
O caritátis vinculum
Jungens utrumque Spíritus!
Ut se videt totum Pater,
Coæva proles náscitur;
Amorque quo se diligunt,
Et ipse procédit Deus.
Est totus in Nato Pater,
In Patre totus Fílius;
Natoque plenus ac Patre
Inest utríque Spíritus.
Quod Natus est, hoc Spíritus;
Hoc est uterque quod Pater:
Tres una summa Véritas,
Tres una summa Cáritas.
Æterna Patri glória,
Natoque sit cum Spíritu,
Qui vivit & regnat Deus
In seculórum sécula.
Amen.

℣. Quis loquétur poténtias Dómini? ℟. Audítas fáciet omnes laudes ejus?

Ad Benedict. *Ant.* 8. G. Benedictum, Dómine, nomen glóriæ tuæ sanctum, & laudábile, & superexaltatum in ómnibus séculis.

Oratio.

OMnípotens sempiterne Deus, qui dedisti fámulis tuis in confessióne veræ fidei, æternæ Trinitátis glóriam agnóscere; & in poténtia majestátis adoráre Unitatem: quæsumus ut ejusdem fidei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat, &c.

Pro commem. Dominicæ.

Ant. Nolíte condemnáre, & non condemnabímini: eâdem quippe mensúrâ quâ mensi fuéritis, remetiétur vobis.

℣. Manè astábo tibi, Dómine. & vidébo; ℟. Quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Oratio.

DEus, in te sperántium fortitúdo, adesto propítius invocatiónibus nostris; & quia sine te nihil potest mortális infírmitas, præsta auxílium grátiæ tuæ, ut in exequendis mandátis tuis, & voluntáte tibi & actióne placeámus; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. Unus Deus.

Dicitur Symbol. Quicumque.

Canon habetur ad calcem.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Deus.

Capitulum. Hebr. 1.

FIlium Deus constítuit hærédem universórum, per quem fecit & sécula: qui, cùm sit splendor glóriæ, & figúra substántiæ ejus, portansque ómnia verbo virtútis suæ, purgatiónem peccatórum fáciens, sedet ad déxteram majestátis in excelsis.

℟. *br.* Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu, * Allelúia, allelúia. Dóminus. ℣. Ego * hódie génui te, * Allelúia. Glória. Dóminus.

℣. Tecum princípium in die virtútis tuæ, ℟. In splendóribus sanctórum ante lucíferum génui te.

AD SEXTAM.

Ant. 3. à. In uno.

Capitulum. Tit. 3.

NOn ex opéribus justítiæ quæ fécimus nos, sed secundum suam misericórdiam salvos nos fecit Deus, per lavácrum regeneratiónis & renovatiónis Spíritûs sancti, quem effúdit in nos abundè per Jesum Christum salvatórem nostrum.

℟. *br.* Dómine, doce me * fácere voluntátem tuam, * Allelúia, allelúia. Dómine. ℣. Spíritus tuus bonus * dedúcet me, * Allelúia. Glória Patri. Dómine.

℣. Redde mihi lætítiam salutáris tui, ℟. Et spíritu principáli confirma me.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Benedicentes.

Capitulum. Ephes. 5.

IMplémini Spíritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & cánticis spirituálibus, cantantes & psallentes in córdibus vestris Dómino, grátias agentes semper pro ómnibus in nómine Dómini nostri Jesu Christi, Deo & Patri.

℟. *br.* Exaltáte Dóminum * Deum nostrum, * Allelúia, allelúia. Exaltáte. ℣. Et adoráte in monte sancto ejus, * quóniàm sanctus Dóminus, * Allelúia. Glória Patri. Exaltáte Dóminum.

℣. Tu Dóminus altíssimus super omnem terram: ℟. Nimis exaltátus es super omnes deos.

AD II. VESPERAS.

Ant. 3. a. SCimus quòd nullus est Deus nisi unus: nam etsi sunt qui dicantur dii, sive in cœlo, sive in terra, nobis tamen unus Deus.

Ant. 4. E. Nobis unus

Deus, Pater, ex quo ómnia, & nos in illum.

Ant. 6. C. Unus Dóminus Jesus Christus, per quem ómnia, & nos per ipsum.

Ant. 8. G. Unus Spíritus, unus Dóminus, una fides, unum baptisma.

Ant. 1. g. Ipse Spíritus testimónium reddit spirítui nostro, quòd sumus hærédes quidem Dei, cohærédes autem Christi.

Capitulum. II. Cor. 13.

GRátia Dómini nostri Jesu Christi, & cáritas Dei, & communicátio sancti Spíritûs sit cum ómnibus vobis.

Hymnus. Ter sancte, *ut in I. Vesperis*, 136.

℣. Benedictum nomen majestátis ejus in æternum: ℟. Et replébitur majestáte ejus ómnis terra.

Ad Magnif. *Ant. 4. E.* Electis secundum præsciéntiam Dei Patris in sanctificatiónem Spíritûs, in obediéntiam, & aspersiónem sánguinis Jesu Christi, grátia & pax.

Oratio. Omnípotens. *suprà ad Laudes*, 138.

Pro commem. Dominicæ.

Ant. Non est discípulus super magistrum; perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister ejus.

℣. In Deo laudábimur totâ die; ℟. Et in nómine tuo confitébimur in séculum.

Oratio. Deus, in te sperántium. *ut suprà*, 138.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capitulum de Dominica. Cetera ut heri, 137.

IN FERIIS

PER ANNUM.

Omnia dicuntur ut in Psalterio.

¶ *Si, in Festo Corporis Christi, occurrat Festum Solemne-minus, aut suprà, transfertur in Feriam sextam sequentem, etiam si sit Festum Annuale alicujus loci proprium: tunc de eo fiet commemoratio in II. Vesperis Festi Corporis Christi.*

Si verò occurrat Festum duplex, transfertur post Octavam.

Fiet verò de Duplici quocumque intra Octavam occurrente, exceptâ Dominicâ.

De Festo semiduplici vel Simplici nulla fit commem. in ipso die Festi Corporis Christi, neque transferuntur; sola verò de iis fiet commem. quocumque die intra Octavam inciderint.]

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

SOLEMNE-MAJUS.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria quarta.

Ant. 1. D. Redémit Dóminus Jacob, & liberávit eum : & vénient, & laudábunt in monte Sion; & cónfluent ad bona Dómini super frumento & vino.

Ant. 2. D. Consolábor eos, & lætificábo à dolóre suo : & inebriábo ánimam sacerdótum pinguédine, ait Dóminus.

Ant. 3. a. Tríticum cómedent, & vinum bibent in átriis sanctis meis.

Ant. 4. E. Erit ánima eórum quasi hortus irríguus; & ultrà non esúrient : & pópulus meus bonis meis adimplébitur.

Ant. 5. C. Audíte audientes me, & comédite bonum : & fériam vobiscum pactum sempitérnum.

Capitulum. Eccli. 24.

Memória mea in generatióne seculórum. Qui edunt me, adhuc esúrient; & qui bibunt me adhuc sitient. Qui audit me, non confundétur.

℟. Memóriam fecit mirabílium suórum miséricors & miserátor Dóminus : * Escam dedit timéntibus se : † Memor erit in séculum testamenti sui. ℣. Jesus, cùm dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. * Escam dedit. Glória Patri. † Memor erit in séculum testamenti sui.

Hymnus.

Pange, lingua, gloriósi
Córporis mystérium,
Sanguinísque pretiósi,
Quem in mundi prétium,
Fructus ventris generósi,
Rex effúdit géntium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Vírgine,
Et in mundo conversátus,
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátûs
Miro clausit órdine.

In suprémæ noctæ cœnæ,
Recumbens cum frátribus,

Obſervátâ lege plenè
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat ſuis mánibus.
Verbum caro panem verum
Verbo carnem éfficit :
Fitque ſanguis Chriſti merum ;
Et, ſi ſenſus déficit,
Ad firmandum cor ſincérum
Sola fides ſúfficit.
Tantum ergo Sacramentum
Venerémur cérnui ;
Et antíquum documentum
Novo cedat rítui :
Præſtet fides ſupplementum
Sénſuum defectui.
Genitóri Genitoque
Laus & jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedíctio :
Procedenti ab utróque
Compar ſit laudátio.
Amen.

℣. Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine ! ℟. Quàm abſcondiſti timéntibus te !

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Omnes ſitientes, veníte ad aquas ; properáte, & comédite : & venite ad me, & vivet ánima veſtra, allelúia.

Oratio, ut infrà ad Laud.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Feria.

Ant. 5. a. Agnum ófferes ad véſperam, in odórem ſuavitátis ; ſacrifícium eſt Dómino oblatióne perpétuâ.

Ad Hymnum Grates. *dicitur Doxologia*, Qui carne, *infrà ad Laudes.*

Ad Nunc dimittis.

Ant. 3. à. Fecit nos regnum & ſacerdótes Deo & Patri ſuo : ipſi glória & impérium, allelúia.

AD LAUDES.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 1. g. DIxit Jeſus : Panis Dei eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo.

Ant. 2. D. Amen, amen dico vobis : Ego ſum panis vivus qui de cœlo deſcendi.

Ant. 3. c. Niſi manducavéritis carnem Fílii hóminis, & bibéritis ejus ſánguinem, non habébitis vitam in vobis.

Ant. 4. d. Qui mandúcat,

Canticum. Prov. 9.

SApiéntia ædificávit ſibi domum, * excídit columnas ſeptem.

Immolávit víctimas ſuas, * míſcuit vinum, & propóſuit menſam ſuam.

Miſit ancillas ſuas ut vo-

cátrent ad arcem, * & ad mœnia civitátis.

Si quis est párvulus, véniat ad me; * & insipiéntibus locúta est:

Veníte, comédite panem meum, * & bíbite vinum quod míscui vobis.

Relínquite infántiam, & vívite, * & ambuláte per vias prudéntiæ.

Princípium sapiéntiæ timor Dómini, * & sciéntia sanctórum prudéntia.

Per me enim multiplicabuntur dies tui, * & addentur tibi anni vitæ.

Ant. Qui mandúcat meam carnem, & bibit meum sánguinem, habet vitam ætérnam.

Ant. 5. a. Qui mandúcat & bibit indignè, judícium sibi mandúcat & bibit, non dijúdicans corpus Dómini.

Capitulum. Malach. 1.

AB ortu solis usque ad occásum magnum est nomen meum in géntibus, & in omni loco sacrificátur, & offertur nómini meo oblátio munda; quia magnum est nomen meum in géntibus, dicit Dóminus exercítuum.

Hymnus.

VErbum supernum pródiens,
Nec Patris linquens déxteram,
Ad opus suum éxiens,
Venit ad vitæ vésperam.

In mortem à discípulo
Suis tradendus æmulis,
Priùs in vitæ ferculo
Se trádidit discípulis.

Quibus sub bina spécie
Carnem dedit & sánguinem;
Ut dúplicis substántiæ
Totum cibáret hóminem.

Se nascens dedit sócium,
Convescens in edúlium:
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in præmium.

O salutáris Hóstia,
Quæ cœli pandis óstium;
Bella premunt hostília;
Da robur, fer auxílium.

Qui carne nos pascis tuâ,
Sit laus tibi, Pastor bone,
Cum Patre, cumque Spíritû,
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Edent páuperes, & laudábunt Dóminum: ℟. Vivent corda eórum in séculum séculi.

Ad Benedict. *Ant.* 1. D. Quotiescumque manducábitis panem hunc, & cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis, dónec véniat.

Oratio.

DEus, qui nobis sub Sacramento mirábili passiónis tuæ memóriam

reliquisti: tríbue, quæsumus, ita nos córporis & sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus; Qui vivis.

AD HORAS.

In fine Hymnorum, Doxologia.

Qui carne nos pascis tuâ,
Sit laus tibi, Pastor bone,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. Dixit Jesus.

Non dicitur Symbol. Quicumque.

In ℟. *br.* ℣. Qui carne * nos pascis tuâ, * Miserére nobis.

Canon proprius ad calcem.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Amen, amen.

Capitulum. I. Cor. 11.

FRatres; Ego accépi à Dómino quod & trádidi vobis; quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, & grátias agens, fregit, & dixit: Accípite, & manducáte; hoc est corpus meum quod pro vobis tradétur: hoc fácite in meam commemoratiónem.

℟. *br.* Pane cœli * saturávit eos, * Allelúia, allelúia. Pane. ℣. Dirúpit petram, * & fluxérunt aquæ, * Allel. Glória Patri. Pane.

℣. Confiteantur Dómino mirabília ejus; ℟. Quia ánimam inánem satiávit bonis.

AD SEXTAM.

Ant. 3. c. Nisi.

Capitulum. 1. Cor. 10.

UT prudéntibus loquor vos ipsi judicáte quod dico: Calix benedictiónis cui benedícimus, nonne communicátio sánguinis Christi est? & panis quem frángimus, nonne participátio córporis Dómini est?

℟. *br.* Parasti, Dómine, * in conspectu meo mensam, * Allelúia, allelúia. Parasti. ℣. Adversus eos * qui tríbulant me, * Allelúia. Glória Patri. Parasti.

℣. Justi epulentur, & exultent in conspectu Dei, ℟. Et delectentur in lætítia.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Qui mandúcat.

Capitulum. 1. Cor. 10.

NOlo vos sócios fíeri dæmoniórum. Non potestis cálicem Dómini bíbere, & cálicem dæmoniórum: non potestis mensæ Dómini partícipes esse, & mensæ dæmoniórum.

℟. *br.* Lavábo inter innocentes

nocentes * manus meas, * Allelúia, allelúia. Lavábo.
℣. Et circúmdabo * altáre tuum, Dómine, * Allelúia. Glória Patri. Lavábo.
℣. Cum homínibus operántibus iniquitátem; ℟. Non communicábo cum eléctis eórum.

AD II. VESPERAS.

In Ps. Dixit Dóminus. 19.
Ant. 1. D. EGo sum panis vitæ: qui venit ad me, non esúriet; & qui credit in me, non sítiet unquàm.
In Psalm. Confitébor. 20.
Ant. 3. a. Ego sum panis vitæ: patres vestri manducavérunt manna in desérto, & mórtui sunt.
In Psalm. Credidi. 84.
Ant. 4. E. Hic est panis de cælo descendens; ut si quis ex ipso manducáverit, non moriátur.
In Ps. Beáti omnes. 117.
Ant. 5. a. Qui mandúcat hunc panem, vivet in ætérnum.
In Ps. Lauda, Jerúsalem. 77.
Ant. 6. F. Beátus qui manducábit panem in regno Dei.

Capitulum. Apoc. 3.

ECce sto ad óstium, & pulso: si quis audíerit vocem meam, & aperúerit mihi jánuam, intrábo ad illum, & cænábo cum illo, & ipse mecum.
Hymnus. Pange. 141.
℣. Filii tui sicut novellæ olivárum, ℟. In circúitu mensæ tuæ.
Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Ego dispóno vobis, sicut dispósuit mihi Pater meus regnum; ut edátis & bibátis super mensam meam in regno meo, allelúia.
Oratio, ut suprà ad Laud.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capitul. de Dominicâ, cetera ut heri. 142.

DIEBUS
INTRA OCTAVAM
Corporis Christi.
Semiduplex

AD LAUDES.

Psalmi de Feria, cum Cantico de Festo, sub sola Ant. 3. à. Quid Dómini bonum est, & quid pulcrum ejus, nisi frumentum electórum, & vinum germinans vírgines? allelúia.
Cetera ut in die.

AD HORAS, Psalmi de Feria. Reliqua ut in die, excepto Canone, qui habetur ad calcem.

AD VESPERAS.

Psalmi de Feria sub sola Ant. 5. a. Vincenti dabo édere de ligno vitæ, quod est in paradíso Dei mei, allelúia.
Cetera ut in die.

SABBAT. *intr. Oct. Corp. Ch.*

AD VESPERAS.

Psalmi de Sabbato sub sola Ant. 5. a. Vincenti dabo édere de ligno vitæ, quod est in paradíso Dei mei, allelúia.

Capitulum. II. Esdr. 9.

PAnem de cœlo dedisti eis in fame eórum, & aquam de petra eduxisti eis sitiéntibus; & dixisti eis ut egrederentur & possidérent terram, super quam levasti manum tuam ut traderes eis.

Hymnus, Pange. 141.

℣. Ædificávit Dóminus sanctifícium suum in terra, ℟. Quam fundávit in secula.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Reduxérunt Philísthiim arcam Dómini, & mansit in Cariathíarim; & requiévit omnis domus Israël post Dóminum.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Non fit alia commemor. de Octava in hoc Officio.

DOMINICA INTRA OCTAVAM Corporis Christi,

Quæ est II post Pentecosten.

AD LAUDES.

Psalmi. Antiph. & Canticum, ut in die. 142.

Capitulum. I. Cor. 11.

QUicumque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indignè, reus erit córporis & sánguinis Dómini. Probet autem seipsum homo; & sic de pane illo edat, & de cálice bibat.

Hymnus, Verbum. 143.

℣. Edent páuperes, & saturabuntur: ℟. Vivent corda eórum in séculum séculi.

Ad Bened. *Ant.* 1. a. Dómine, factum est ut imperasti; & adhuc locus est. Et ait dóminus servo: Exi in vias & sepes, & compelle intráre, ut impleátur domus mea.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam pretióso córpore & sánguine tuo mirabíliter réficis: infunde in eam Spíritum vivificantem, ut cœlestis participatióne mystérii, de te vivens in terris, tecum vívere mereátur in cœlis: Qui vivis... in unitáte ejusdem Spíritûs sancti, &c.

AD HORAS, *omnia ut in die, excepto Canone, qui habetur ad calcem.*

AD II. VESPERAS.

Psalmi de Dominica sub Antiph. de Festo. 145.

Capitulum. Apoc. 22.

BEati qui lavant stolas suas in sánguine Agni, ut sit potestas eórum in li-

gno vitæ, & per portas intrent in civitátem. Foris canes, & venéfici, & impudíci, & homicídæ, & idólis servientes, & omnis qui amat & facit mendácium.

Hymnus, Pange, lingua. 141.

℣. Péreant peccatóres à fácie Dei; ℟. Et justi epulentur & exultent.

Ad Magníf. *Ant*. 7. a. Dico vobis quòd nemo virórum illórum qui vocáti sunt, gustábit cœnam meam.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

FERIA QUINTA.

OCTAVA

CORPORIS CHRISTI.

Duplex-majus.

Omnia ut in die, 141. *exceptis his quæ hìc sunt propria.*

Psalmi de Feria in toto Officio.

Oratio.

DEus, qui magno misericórdiæ tuæ múnere docuisti nos redemptiónis nostræ sacrifícium celebráre, sicut óbtulit Póntifex noster Jesus Christus in terris: da nobis, quæsumus, ut sanctificáti per oblatiónem córporis & sánguinis ejus, cum ipso mereámur in sempiternum consummári; Qui tecum vivit.

AD PRIMAM, *Canon proprius ad calcem.*

FERIA SEXTA.

Si fiat de ea, dicitur Oratio, Deus, qui Ecclésiam *suprà.*, 146.

SABBATO

ante Dominicâm tertiam post Pentecosten.

¶ *Hodie & aliis Sabbatis usque ad Adventum, fit Officium de beata Maria in Sabbato, nisi occurrat Festum semiduplex aut suprà, vel dies intra Octavam, vel aliqua Feria privilegiata.*)

Ad Magníf. *Ant*. 4. E. Multò mélior est obediéncia quàm stultórum víctimæ, qui nésciunt quid fáciunt mali.

Oratio, ut infrà.

DOMINICA III.

post Pentecosten.

Officium ut in Psalterio.

Ad Benedict. *Ant*. 6. C. Múlier, si perdíderit drachmam unam, quærit díligenter; &, cùm invénerit, cónvocat ámicas, dicens: Congratulámini mihi, quia invéni drachmam quam perdíderam.

Oratio.

PRotector in te sperántium, Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum: multíplica super nos misericórdiam tuam; ut,

te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna, Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Dico vobis quia gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatóre pœniténtiam agente.

Oratio, Protector, *ut suprà*, 147.

SABBATO

ante Dominicam quartam post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. David, in sua misericórdia, consecútus est sedem regni in sécula.

Oratio, *ut infrà*.

DOMINICA IV.

post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 8. G. Rumpebátur rete eórum; & annuerunt sóciis qui erant in ália navi, ut venírent. Et venérunt, & implevérunt ambas navículas ita ut penè mergerentur.

Oratio.

DA nobis, quæsumus, Dómine, ut & mundi cursus pacíficè nobis tuo órdine dirigátur, & Ecclésia tua tranquillâ devotióne lætétur; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Simon Petrus prócidit ad génua Jesu, dicens: Exi à me, quia homo peccátor sum, Dómine. Stupor enim circumdéderat eum, & omnes qui cum illo erant, in captúra píscium quam céperant.

Oratio, Da nobis, *suprà*.

SABBATO

ante Dominicam quintam post Pentecosten

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Dixit David ad Deum: Peccávi nimis Dómino; óbsecro, aufer iniquitátem servi tui, quia insipienter egi.

Oratio, *ut infrà*.

DOMINICA V.

post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 8. G. Nisi abundáverit justítia vestra plusquàm Scribárum & Pharisæórum, non intrábitis in regnum cœlórum.

Oratio.

DEus, qui diligéntibus te bona invisibília præparasti: infunde córdibus nostris tui amóris affectum; ut, te in ómnibus & super ómnia diligentes, promissiónes tuas, quæ omne desidérium súperant, consequámur; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Dico vobis: Qui díxerit fratri suo: Raca, reus erit concílio. Qui autem díxerit: Fátue, reus erit gehennæ ignis.

Oratio, Deus qui, *suprà*.

SABBATO
Ante Dominicam sextam post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Sedit Sálomon super sólium Dómini in regem pro David patre suo, & cunctis plácuit; & páruit illi omnis Israël.

Oratio, ut infrà.

DOMINICA VI. post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 2. D. Præcépit Jesus turbæ discumbere super terram; & manducavérunt, & saturáti sunt.

Oratio.

DEus virtútum, cujus est totum quod est óptimum: ínsere pectóribus nostris amórem tui nóminis, & præsta in nobis religiónis augmentum; ut quæ sunt bona, nútrias, ac pietátis stúdio, quæ sunt nutríta, custódias: Per.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Sustulérunt quod superáverat de fragmentis septem sportas: erant autem qui manducavérunt quasi quátuor millia, & dimísit eos.

Oratio, Deus virtutum, *ut suprà.*

SABBATO
ante Dominicam septimam post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Ascendit Elías per túrbinem in cœlum; Eliséus autem vidébat, & clamábat: Pater mi, pater mi, currus Israël, & auríga ejus.

Oratio, ut infrà.

DOMINICA VII. post Pentecosten.

Ad Benedict. *Ant.* 3. a. Non potest arbor bona malos fructus fácere, neque arbor mala bonos fructus fácere.

Oratio.

DEus, cujus providéntia in sui dispositióne non fállitur: te súpplices exorámus ut nóxia cuncta submóveas, & ómnia nobis profutúra concédas; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 1. g. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidétur & in ignem mittetur.

Oratio, Deus, cujus. *ut suprà.*

SABBATO
ante Dominicam octavam post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Nóluit Dóminus dispérdere domum David, propter pactum quod iníerat cum eo: & quia promíserat ut daret ei lucernam, & fíliis ejus omni témpore.

Oratio, ut infrà.

DOMINICA VIII. post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 4. E. Ait víllicus intra se: Scio

quid fáciam, ut, cùm amótus fúero à villicatióne, recípiant me in domos suas.

Oratio.

LArgíre nobis, quæsumus, Dómine, semper spíritum cogitandi quæ recta sunt, propitius & agendi; ut qui sine te esse non póssumus, secundum te vívere valeámus; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Laudávit Dóminus víllicum iniquitátis, quia prudenter fecisset; quia filii hujus séculi prudentióres filiis lucis in generatióne sua sunt.

Oratio, Largíre nobis. *ut suprà.*

SABBATO

ante Dominicam nonam post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Sapiéntia insipiéntibus locúta est: Relinquite infántiam, & vívite, & ambuláte per vias prudéntiæ.

Oratio, *ut infrà.*

DOMINICA IX. post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 8. G. Cœpit Jesus ejícere vendentes in templo, & ementes, dicens illis: Scriptum est quia domus mea domus oratiónis est; vos autem fecistis illam speluncam latrónum.

Oratio.

PAteant aures misericórdiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium & ut peténtibus desideráta concédas, fac eos quæ tibi sunt plácita, postuláre; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Erat Jesus docens quotídie in témplo, & non inveniébant quid fácerent illi; omnis enim pópulus suspensus erat, áudiens illum.

Oratio, Páteant aures. *ut suprà.*

SABBATO.

ante Dominicam decimam post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Cùm esset sapientíssimus Ecclesiastes, dócuit pópulum, & conscripsit sermónes rectíssimos, ac veritáte plenos.

Oratio, *ut infrà.*

DOMINICA X. post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 2. D. Publicánus percutiébat pectus suum, dicens: Deus, propítius esto mihi peccatóri.

Oratio.

DEus, qui omnipoténtiam tuam parcendo máximè & miserando manifestas: multíplica super nos misericórdiam tuam; ut ad tua promissa curréntes, cœléstium bonórum

fácias esse consortes; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Omnis qui se exaltat, humiliábitur; & qui se humíliat, exaltábitur.

Oratio, Deus, qui. *ut suprà*, 150.

SABBATO
ante Dominicam XI.
post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Per sapiéntiam sanáti sunt quicumque placuérunt tibi, Dómine, à princípio.

Oratio, *ut infrà.*

DOMINICA XI.
post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 8. G. Præcépit illis ne cui dícerent. Quantò autem eis præcipiébat, tantò magìs plùs prædicábant, & eò ámpliùs admirabantur.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui abundántiâ pietátis tuæ & mérita súpplicum excédis & vota: effunde super nos misericórdiam tuam, ut dimittas quæ consciéntia métuit, & adjícias quod orátio non præsúmit; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Bene ómnia fecit; & surdos fecit audíre, & mutos loqui.

Oratio, Omnípotens sempiterne Deus. *ut suprà.*

SABBATO
ante Dominicam XII.
post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Doctrinam sapiéntiæ & disciplínæ scripsit Jesus fílius Sirach: Beátus qui in istis versátur bonis. Si enim hæc fecerit, ad ómnia valébit.

Oratio, *ut infrà.*

DOMINICA XII.
post Pentecosten.

Ad Benedict. *Ant.* 2. D. Legisperítus tentans Jesum, dixit: Magister, quid fáciendo, vitam æternam possidébo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quómodò legis? Ille respondens, dixit: Díliges Dóminum Deum tuum.

Oratio.

OMnípotens & miséricors Deus, de cujus múnere venit ut tibi à fidélibus tuis dignè & laudabíliter serviátur; tríbue, quæsumus, nobis, ut ad promissiónes tuas sine offensióne currâmus; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex ómnibus víribus tuis, & ex omni mente tua; & próximum tuum sicut teipsum: hoc fac, & vives.

Oratio, Omnípotens. *sup.*

SABBATO
ante Dominicam XIII.
post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 6. *C.* Sapiéntia, & disciplína, & sciéntia legis apud Deum: diléctio, & via bonórum apud ipsum.

Oratio, ut infrà.

DOMINICA XIII.
post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 1. g. Dixit Jesus: Nonne decem mundáti sunt? & novem ubi sunt? Non est inventus qui redíret, & daret glóriam Deo, nisi hic alienígena.

Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus, da nobis fídei, spei & caritátis augmentum: &, ut mereámur ássequi quod promittis, fac nos amáre quod præcipis; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant* 5. C. Ait Samaritáno Jesus: Surge, vade; quia fides tua te salvum fecit.

Oratio, Omnípotens. *ut suprà.*

SABBATO
ante Dominicam XIV.
post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Numquid considerasti servum meum Job, quòd non sit ei símilis in terra, vir simplex & rectus, ac timens Deum, & recédens à malo, & adhuc rétinens innocéntiam?

Oratio, ut infrà.

DOMINICA XIV.
post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 3. à. Nemo potest duóbus dóminis servíre: non potestis Deo servíre & mammónæ.

Oratio.

CUstódi, Dómine, quæsumus, Ecclésiam tuam propitiatióne perpétuâ: & quia sine te lábitur humána mortálitas, tuis semper auxíliis & abstrahátur à nóxiis, & ad salutária dirigátur; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 1. g. Quærite primùm regnum Dei, & justítiam ejus; & hæc ómnia adjicientur vobis.

Oratio, Custódi, Dómine. *ut suprà.*

SABBATO
ante Dominicam XV.
post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 5. a. Tobías factus est cæcus: hanc autem tentatiónem ídeò Dóminus permísit evenire illi, ut pósteris darétur exemplum patiéntiæ ejus, sicut & sancti Job.

Oratio, Ecclésiam tuam *ut infrà.*

DOMINICA XV.
post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 2. D. Qui erat mórtuus, cœpit loqui; & dedit illum Jesus matri suæ.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Dómine, miserátio continuáta mundet & múniat: &, quia sine te non potest salva consístere, tuo semper múnere gubernétur; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Accepit omnes timor, & magnificábant Deum, dicentes: Quia Prophéta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitávit plebem suam.

Oratio, Ecclésiam tuam *ut suprà.*

SABBATO
ante Dominicam XVI. post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Venit Assur in multitúdine fortitúdinis suæ: Dóminus autem omnípotens trádidit eum in manus féminæ, & confódit eum.

Oratio, ut infrà.

DOMINICA XVI.
post Pentecosten.

Ad Benedict. *Ant.* 1. Jesus dixit ad Legisperítos & Pharisæos: Si licet Sábbato curáre? At illi tacuérunt. Ipse verò apprehensum sanávit hydrópicum, ac dimísit.

Oratio.

Tua nos quæsumus, Dómine, grátia semper & prævéniat & sequátur; ac bonis opéribus júgiter præstet esse intentos; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 7. a. Respondens Jesus ad Legisperítos, dixit: Cujus vestrûm ásinus aut bos in púteum cadet, & non continuò extrahet illum die Sábbati? Et non póterant ad hæc respondére illi.

Oratio, Tua nos. *ut suprà.*

SABBATO
ante Dominicam XVII. post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. In diébus Nehémiæ ducis, & Esdræ sacerdotis, in dedicatióne muri Jerúsalem, requisiérunt Levítas de ómnibus locis suis, ut addúcerent eos, & fácerent dedicatiónem & lætítiam in actióne gratiárum.

Oratio, ut infrà.

DOMINICA XVII.
post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 6. F. Primum ómnium mandátum est: Audi, Israël: Dóminus Deus tuus, Deus unus est; &, Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo: Majus áliud

mandátum non est.

Oratio.

SAncti nóminis tui, Dómine, timórem páriter & amórem fac nos habére perpétuum; quia nunquàm tuâ gubernatióne destítuis, quos in soliditáte tuæ dilectiónis instítuis; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 4. f. Interrogávit Pharisæos Jesus, dicens: Quid vobis vidétur de Christo? cújus fílius est? Dicunt ei: David. Ait illis: Quómodò ergo David in spíritu vocat eum Dóminum, dícens: Dixit Dóminus Dómino meo, Sede à dextris meis?

Oratio, Sancti nóminis. *ut suprà.*

SABBATO

ante Dominicam XVIII. post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Multi de pópulo Israël definiérunt apud se, ut non manducárent immunda; & elegérunt magìs mori, quàm cibis coinquinári immundis.

Oratio, *ut infrà.*

DOMINICA XVIII.

post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 1. D. Ait Jesus paralytico: Surge, tolle lectum tuum; & vade in domum tuam; & surrexit, & ábiit in domum suam.

Oratio.

DIrigat corda nostra, quæsumus, Dómine, tuæ miseratiónis operátio; quia tibi sine te placere non póssumus; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Videntes turbæ, timuérunt, & glorificavérunt Deum qui dedit potestátem talem homínibus.

Oratio, Dirigat corda. *ut suprà.*

SABBATO

ante Dominicam XIX. post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Simon Mathathíæ filius, & fratres ejus dedérunt se perículo, & restitérunt adversáriis gentis suæ, ut starent sancta ipsórum, & lex: & glóriâ magnâ glorificavérunt gentem suam.

Oratio, *ut infrà.*

DOMINICA XIX.

post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 8. G. Intrávit Rex ut vidéret discumbentes, & vidit ibi hóminem non vestítum veste nuptiáli, & ait illi: Amíce, quómodò huc intrasti non habens vestem nuptiálem? At ille obmútuit.

Oratio.

OMnípotens & miséricors Deus, universa nobis adversántia propitiátus exclúde; ut mente &

córpore páriter expedíti, quæ tua sunt, liberis méntibus exequámur; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Dixit rex ministris: Ligátis mánibus & pédibus ejus, míttite eum in ténebras exterióres; ibi erit fletus & stridor déntium. Multi enim sunt vocáti, pauci verò electi.

Oratio, Omnípotens. *ut suprà.*

SABBATO
ante Dominicam XX.
post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 3. *a.* Ezéchiel vidit conspectum glóriæ quam ostendit illi Deus in curru Chérubim.

Oratio, *in infrà.*

DOMINICA XX.
post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 3. a. Dixérunt servi: Quia herì horâ séptimâ relíquit eum febris. Cognóvit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Jesus: Fílius tuus vivit.

Oratio.

LArgíre, quæsumus, Dómine, fidélibus tuis indulgentiam placátus & pacem; ut páriter ab ómnibus mundentur offensis, & secúrâ tibi mente desérviant; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Crédidit Régulus, & domus ejus tota. Hoc secundum signum fecit Jesus, cùm venisset à Judæa in Galilæam.

Oratio, Largíre, quæsumus. *ut suprà.*

SABBATO
ante Dominicam XXI.
post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 7. a. Anánias, & Azárias, & Mísael, credentes, liberáti sunt de flamma. Dániel in sua simplicitáte liberatus est de ore leónum.

Oratio, *ut infrà.*

DOMINICA XXI.
post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 8. *G.* Omne débitum dimísi tibi, serve nequam, quóniam rogasti me: nonne ergo opórtuit & te miseréri conservi tui, sicut & ego tuî misertus sum?

Oratio.

FAmíliam tuam, quæsumus, Dómine, continuá pietáte custódi; ut à cunctis adversitátibus, te protegente, sit líbera: & in bonis áctibus tuo nómini sit devóta; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Irátus Dóminus trádidit servum tortóribus, quoadusque rédderet universum débitum; sic & Pater cœlestis fáciet vobis, si non remiséritis unusquisque

fratri suo de córdibus vestris.

Oratio, Famíliam tuam, *ut suprà*. 155.

SABBATO
ante Dominicam XXII. post Pentecosten.

¶ *Si duæ tantùm supersint hebdomadæ usque ad Adventum, (quod contingit quandò Pascha accidit XXIV. vel XXV. Aprilis) Ant.* Omnes habitatóres. *prætermittitur, & pro Officio Dominicæ & hebdomadæ XXII. ponitur Officium Dominicæ & hebdomadæ XXIII. Sabbato verò hujus hebdomadæ fit de Psalterio; ad Laudes verò ponitur Ant. ad* Benedict. *& Oratio de eadem Dominica, quæ dicitur etiam ad omnes Horas usque ad Nonam inclusivè, nisi occurrat Festum semiduplex aut suprà, quo casu fit tantùm commem. prædictæ Dominicæ in Laudibus per Ant. ad* Benedictus, *& Orationem.*]

Ad Magnif. *Ant.* 5. a. Omnes habitatóres terræ apud Altíssimum in níhilum reputáti sunt; juxta voluntátem enim suam fácit, & non est qui resistat mánui ejus, & dicat ei: Quare fecisti?

Oratio, Deus refúgium. *ut infrà.*

DOMINICA XXII.
post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 1. D. Obtulérunt ei denárium. Et ait illis Jesus: Cujus est imágo hæc, & superscríptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo.

Oratio.

DEus, refúgium nostrum & virtus, adesto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, & præsta ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Non potuérunt verbum ejus reprehéndere coram plebe, & miráti in responso ejus, tacuérunt.

Oratio, Deus, *ut suprà.*

SABBATO
ante Dominicam XXIII. post Pentecosten.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Duódecim Prophetárum ossa púllulent de loco suo; nam corroboravérunt Jacob, & redemérunt se in fide virtútis.

Oratio, *ut infrà.*

DOMINICA XXIII.
post Pentecosten.

Ad Bened. *Ant.* 6. C. Dicébat múlier intra se Si tetígero tantùm vestimentum ejus, salva ero.

Oratio.

Oratio.

ABsolve, quæsumus, Dómine, tuórum delicta populórum, ut à peccatórum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte contráximus, tuâ benignitáte liberémur; Per Dóminum.

Ad Magnífic. *Ant.* 1. D. Jesus conversus, dixit: Confide, fília; fides tua te salvam fecit. Et salva facta est múlier ex illa hora.

Oratio, ut suprà.

SABBATO

ante Dominicam XXIV. post Pentencosten.

Ad Magníficat. *Ant.* 5. C. Prophetavérunt Aggæus & Zacharías ad Judæos qui erant in Jerúsalem, in nómine Dei Israel. Et cœpérunt ædificáre templum Dei, & cum eis Prophétæ Dei, adjuvantes eos.

Oratio, ut infrà.

DOMINICA XXIV.

post Pentecosten.

Ad Benedict. *Ant.* 2. D. Surgent Pseudochristi & pseudoprophétæ, & dabunt signa magna; ita ut in errórem inducantur, si fieri potest, étiam electi. Ecce prædixi vobis.

Oratio.

EXcita, quæsumus, Dómine, tuórum fidélium voluntátes; ut divíni óperis fructum propénsius exequentes, pietátis tuæ remédia majóra percípiant; Per Dóminum.

Ad Magnífic. *Ant.* 1. f. Amen dico vobis quia non præteríbit generátio hæc, donec ómnia fiant. Cœlum & terra transíbunt, verba autem mea non præteríbunt.

Oratio, ut suprà.



DOMINICÆ POST EPIPHANIAM RESUMENDÆ,

Quandò post Pentecosten plures fuerint Dominicæ quàm viginti-quatuor.

¶ *Si Dominicæ post Pentecosten fuerint plures quàm XXIV. tunc post XXIV. Hebdomadam, resumentur quæ eo anno superfuerint post Epiphaniam incipiendo à Vesperis Sabbati, & ordine infrà posito.*

Si igitur fuerint Dominicæ XXV. resumetur Officium Dominicæ VI. post Epiphaniam.

Si XXVI. resumetur Officium Dom. V. & VI.

Si XXVII. resumetur Officium Dominic. IV. V. & VI.

Si denique XXVIII. resumetur Officium Dominic. III. IV. V. & VI.]

Sabbato *ante Dominicam III. quæ superfuit post Epiphaniam.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. *Ant.* 2. D. Scientes quòd non justificátur homo ex opéribus legis, nisi per fidem Jesu Christi, & nos in Christo Jesu crédimus.

Oratio, ut infrà.

DOMINICA III. quæ superfuit post Epiph.

Ad Benedict. *Ant.* 1. a. Dómine, puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquétur. Et ait illi Jesus: Ego véniam, & curábo eum.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius réspice; atque, ad protegéndum nos, déxteram tuæ majestátis extende; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Dixit Jesus Centurióni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi, Et sanátus est puer in illa hora.

Oratio, ut suprà.

Sabbato *ante Dominicam IV. quæ superfuit post Epiphaniam.*

Ad Magnífic. *Ant.* 2. D. Omnia detrimentum feci, & árbitror ut stércora, ut Christum lucrifáciam.

Oratio, ut infrà.

DOMINICA IV.

quæ superfuit post Epiph.

Ad Benedict. *Ant.* 8. *G.* Surgens Jesus, imperávit ventis & mari; & facta est tranquíllitas magna.

Oratio.

DEus, qui nos in tantis periculis constitútos, pro humána scis fragilitáte non posse subsístere: da nobis salútem mentis & córporis, ut ea quæ pro peccátis nostris pátimur, te adjuvante, vincámus; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Hómines miráti sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obédiunt ei!

Oratio, ut suprà.

SABBATO *ante Dominicam V. quæ superfuit post Epiphaniam.*

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Christus Jesus dedit redemptiónem semetipsum pro ómnibus, testimónium tempóribus suis.

Oratio, ut infrà.

DOMINICA V.

quæ superfuit post Epiph.

Ad Bened. *Ant.* 3. c. Dómine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? unde ergo habet zizánia? & ait illis: Inimícus homo hoc fecit.

Oratio.

FAmíliam tuam, quæsumus, Dómine, continuâ pietáte custódi; ut quæ in sola spe grátiæ cœlestis innítitur, tuâ semper protectióne muniátur; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Ad Magníſic. *Ant.* 1, g. Collígite primùm zizánia, & alligáte ea in fascículos ad comburendum; tríticum autem congregáte in hórreum meum.

Oratio, ut suprà.

SABBATO *ante Dominicam VI. quæ superfuit post Epiphaniam.*

Ad Magníſic. *Ant.* 6. F. Jesus Christus herì, & hódie: ipse & in sécula.

Oratio, ut infrà.

DOMINICA VI.

quæ superfuit post Epiph.

Ad Benedict. *Ant.* 7. *d.* Símile est regnum cœlórum grano sinápis, quod mínimum quidem est ómnibus semínibus: cùm autem créverit, majus est ómnibus oléribus.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut semper rationabília meditantes, quæ tibi sunt plá-

cita, & dictis exequámur & factis; Per Dóminum nostrum.

Ad Magnífic. *Ant.* 1. a. Símile est regnum cœlorum fermento quod accéptum múlier abscondit in farínæ satis tribus, donec fermentátum est totum.

Oratio, ut suprà.



PROPRIUM SANCTORUM.

PARS ÆSTIVA.

DIE XIX. MAII.
In Festo
S. CÆLESTINI, Papæ. *Simplex.*

Pridiè, *VESPERÆ de Psalt. A Capitulo, de Communi Pontificum. Oratio*, Deus, qui pópulis xvij.

Fit commem. sancti Yvonis, Presbyteri. Ant. Notum fáciet. ℣. Oculi. xxx. *Oratio*, Dómine Deus. xxxj.

AD LAUDES, *commemoratio sancti Yvonis, Ant.* Fidúciam. ℣. Emitte. *Oratio*, Dómine Deus. xxxj.

DIE XXIV.
In Festo
SS. DONATIANI & ROGATIANI, Martyrum. *Simplex.*

Ut in Communi plurium Martyrum.

Oratio, Deus, invisíbilis fortitúdo, xij.

DIE XXVIII.
In Festo
SANCTI GERMANI, Parisiensis Episcopi.
Duplex-minus.

Omnia de Communi Pontificum, xiv.

Oratio.

DEus, Sanctórum tuórum splendor mirábilis, qui hunc diem beáti Germáni Pontíficis tui depositióne consecrasti: da Ecclésiæ tuæ in ejus natalítio exultanti, ut apud misericórdiam tuam exemplis ejus protegátur & méritis; Per Dóminum.

IN I. VESPERIS, *fit commem. sancti Caranni, Mart. Ant.* Ecce. ℣. In Deo. vij. *Oratio*, Da nobis. viij.

AD LAUDES, *pro commem. sancti Caranni, Ant.* Bonum certámen. ℣. Adjútor. *Oratio*, Da nobis. viij.

FESTA JUNII.

DIE II.
In Festo SS. Martyrum
POTHINI, EPISCOPI,
BLANDINÆ, VIRG.
& Sociorum.
Semiduplex.

Omnia de Communi plurium Martyrum.

Oratio.

MArtyrum tuórum Pothíni Pontíficis, Blandínæ vírginis, & Sociórum solémnia recenséntes; súpplices te Dómine, deprecámur, ut in tua caritáte radicáti & fundáti, passiónes hujus témporis, amóre illíus glóriæ quæ revelanda est in nobis, invicto ánimo sustinére valeámus; Per Dóminum.

IN VESP. *fit commem. SS. Marcellini & Petri, Martyrum.*

Ant. Beáti qui persecutiónem patiuntur propter justítiam; quóniàm ipsórum est regnum cœlórum.

℣. Multæ tribulatiónes justórum; ℟. Et de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Oratio.

DA nobis, omnípotens Deus, inter hujus vitæ discrímina, contínuum grátiæ tuæ præsídium; qui sanctis Martyribus Marcellíno & Petro fídei tuæ constántiam, ut hostem antíquum víncerent, contulísti; Per Dóminum.

AD LAUDES, *pro commem. SS. Marcellini & Petri, Ant.* Datæ sunt illis síngulæ stolæ albæ; & dictum est illis ut requiéscerent, donec compleantur conservi eórum, qui interficiendi sunt sicut & illi.

℣. In ætérnum exultábunt: ℟. Et habitábis in eis.

Oratio, Da nobis. *suprà.*

VESP. *à Capitulo, de sancta Clotilde, ut in Communi sanctarum Mulierum.* xxxix. ℣. Averte.

Ad Magnífic. *Ant.* 7. a. Sanctificátus est vir infidélis per mulíerem fidélem.

Oratio, Réspice, quæsumus, Dómine. *infrà.*

Pro comm. sanctor. Pothini & sociorum:

Ant. Datæ sunt illis síngulæ stolæ albæ; & dictum est illis ut requiéscerent, donec compleantur conservi eórum, qui interficiendi sunt sicut & illi.

℣. In ætérnum exultá-

bunt, ℟. Et habitábis in eis.

Oratio, Mártyrum tuórum. *suprà.*

Posteà sancti Erasmi, Episcopi & Mart. Ant. Ecce Deus. ℣. In Deo. vij. *Oratio*, Omnípotens. viij.

DIE III.

In Festo

STÆ CLOTILDIS, Reginæ. *Semiduplex.*

Omnia de Communi sanctarum Mulierum.

Ad Benedict. Ant. 6. F. Cùm invocâsset ómnium rectórem & Salvatórem Deum, convertit Deus spíritum regis.

Oratio.

RESpice, quæsumus, Dómine, ad Francórum benignus Impérium; & quibus, per devótam sanctæ Clotildis instántiam, donum Fídei contulisti, iisdem, per ejus intercessiónem, tríbue sincérum christiánæ pietátis affectum; Per Dóminum.

Pro comm. sancti Erasmi. Ant. Bonum. ℣. Adjútor. vij. *Oratio*, Omnípotens. viij.

Ad Magníf. Ant. 8. G. Tu honorificentia pópuli nostri, quia fecisti viríliter, & confortátum est cor tuum.

Oratio, Réspice. *suprà.*

DIE VI.

In Festo

SANCTI NORBERTI, Episcopi. *Semiduplex.*

Ut in Comm. Pontificum.

Oratio.

DA Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus, ut mérita sancti Epíscopi Norberti pietátem tuam pro ipsa semper exórent, & fructum in nobis labórum ejus custódiant; Per Dóminum.

DIE VIII.

In Festo

SANCTI MEDARDI, Episcopi. *Simplex.*

Ut in Communi Pontific.

Oratio, Deus, qui. xvij.

Fit Commem. sancti Gildardi, Episcopi. Ant. Ego sum. ℣. Elégit. *Oratio*, Deus, fidélium. xvij.

In Laud. pro com. S Gildardi, Ant. Sacerdótes. ℣. Salvum. xviij. *Oratio*, Deus, fidélium. xvij.

DIE X.

In Festo

S. LANDERICI, Parisiensis Episcopi. *Semiduplex.*

Ut in Communi Pontific.

Oratio.

DEus, qui beátum Landericum, Pontíficem tuum misericórdiæ viscéribus implevisti: quæsumus, ut quem páuperum patrem tuâ grátiâ effecisti, beni-

gnum pro nobis intercessórem júgiter esse largiáris; Per Dóminum.

DIE XI.
In Festo
SANCTI BARNABÆ, APOSTOLI.
Duplex-Minus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.

Ant. 2. D. Multitúdinis credéntium erat cor unum & ánima una: nec quisquam eórum quæ possidébat, áliquid suum esse dicébat.

Ant. 6. F. Erant illis ómnia commúnia; & virtúte magnâ reddébant Apóstoli testimónium resurrectiónis Jesu Christi Dómini nostri.

Ant. 1. a. Grátia magna erat in ómnibus illis, neque quisquam egens erat inter illos.

Ant. 5. a. Quotquot possessóres agrórum, aut domórum erant; vendéntes afferébant prétia eórum quæ vendébant.

Ant. 8. G. Ponébant ante pedes Apostolórum: dividebátur autem síngulis, prout cuique opus erat.

Capitulum. Deut. 33.

Qui dixit patri suo & matri suæ: Néscio vos; & frátribus suis: Ignóro vos; & nesciérunt filios suos; hi custodiérunt elóquium tuum, & pactum tuum servavérunt.

℟. br. Omnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut filios, aut agros propter nomen meum, * Céntuplum accípiet, & vitam ætérnam possidébit. ℣. Si déderit homo omnem substántiam domûs suæ pro dilectióne, quasi nihil despíciet eam. * Céntuplum. Glória. * Céntuplum.

Hymnus.

Cœlo datur quiéscere,
Terris relíctis, Bárnaba:
Solemnis hæc affert tuis
Finem dies labóribus.

Quem propter, agro véndito,
Opes cadúcas déseris,
Magno rependens fœnore
En fundus ipse fit tuus.

Tu sacra per jejúnia,
Tu públicas inter preces,
Jubénte sancto Spíritu,
Christi creáris núntius.

Quas non adis mundi plagas,
Pauli labórum párticeps!
Vos unus ambo spíritus,
Vos una junxit cáritas.

Quam vestra gens Christi fidem
Luci rebéllis réppulit,

Nil hæsitántes bárbaris
Portastis illam géntibus.
Fac, Christe, nostris se
tuum
Cùm lumen offert ménti-
bus,
Amóre ne noctis suæ
Cœleste donum réspuant.
Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum
decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Beátus qui intélligit super egénum & páuperem: ℟. In die mala liberábit eum Dóminus.

Ad Magníf. *Ant.* 4. E. Joseph qui cognominátus est Bárnabas ab Apóstolis, cùm habéret agrum, vendidit eum; & áttulit prétium, & pósuit ante pedes Apostolórum.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commem. sancti Landerici, Ant. Sacerdótes tui induantur salútem: Dómine Deus, ne avérteris fáciem Christi tui: memento misericordiárum servi tui.

℣. Salvum fecit Dóminus Christum suum: ℟. Exáudiet illum de cœlo sancto suo.

Oratio, Deus, qui. 163.

AD LAUDES.

Ant. 7. d. Barnabas & Paulus, cùm constituissent per síngulas Ecclésias Presbyteros, & orâssent cum jejunatiónibus, commendavérunt eos Dómino, in quem credidérunt.

Ant. 8. c. Cùm venissent Antiochíam, unde erant tráditi grátiæ Dei, in opus quod complevérunt, retulérunt quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset Géntibus óstium fidei.

Ant. 6. F. Descendentes quidam de Judæa, docébant: Quia nisi circumcidámini, non potestis salvári. Facta est ergo disceptátio non mínima Paulo & Bárnabæ adversus illos.

Ant. 1. a. Statútum est ut ascénderent Paulus & Bárnabas ad Apóstolos: illi ergo deducti ab Ecclésia, pertransíbant narrantes conversiónem Géntium.

Ant. 4. d. Cùm venissent Jerosólymam, suscepti sunt ab Ecclésia, & ab Apóstolis, & à senióribus, annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis.

Capitulum. Act. 15.

Tacuit omnis multitúdo, & audiébant Bárnabam & Paulum narrantes quanta Deus fecisset signa & prodígia in Géntibus per eos.

rio. A Capitulo, de sancto Vito, ut in Communi unius Mart. vj.

Oratio.

DA Ecclésiæ tuæ, quæsumus, Dómine, sancto púero Vito, Martyre tuo, intercedente, superbè non sápere, sed tibi plácitâ humilitáte profícere; ut prava despíciens, quæcumque recta sunt, liberâ exérceat caritáte; Per.

DIE XV.

In Festo

S. VITI, MARTYRIS,

Simplex.

Ut in Communi unius Martyris. vij.

Oratio, Da Ecclésiæ tuæ. *suprà.*

VESPERÆ *de Psalterio.* *A Capitulo, de SS. Ferreolo & Ferrutione, Martyribus, ut in Communi.* x. *Oratio*, Deus invisíbilis fortitúdo. xij.

Fit commemor. sanctorum Cyrici & Julittæ, Mart.

Ant Beáti qui persecutiónem patiuntur propter justítiam, quóniam ipsórum est regnum cœlórum.

℣. Multæ tribulatiónes justórum; ℟. Et de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Oratio.

PIetátem tuam, Dómine, súpplices deprecámur; ut, dum sanctórum Cyrici & Julittæ, matris ejus, passiónem cólimus, peccatórum véniam consequámur; Per Dóminum.

DIE XVI.

In Festo

SS. FERREOLI

& FERRUTIONIS, Mart.

Simplex.

[IN METROP. *Semid.*]

Ut in Communi plurium Martyrum. Oratio, Deus invisíbilis. xij.

AD LAUDES, *pro commem. sanctorum Cyrici & Julittæ.*

Ant. Datæ sunt illis síngulæ stolæ albæ; & dictum est illis ut requiéscerent, donec compleantur conservi eórum qui interficiendi sunt sicut & illi.

℣. In æternum exultábunt, ℟. Et habitábis in eis.

Oratio, Pietátem. *suprà.*

[IN METROP. VESP. *de sanctis Ferreolo & Ferrutione, cum commemor. sancti Aviti, Abbatis.*

Ant. Egrédere de cognatióne tua & de domo patris tui; & veni in terram quam monstrábo tibi: faciamque te in gentem magnam, & benedícam tibi.

℣. Potens in terra erit semen ejus: ℟. Generátio rectórum benedicétur.

Oratio, Deus, bonórum, *infrà.*

EXTRA METROP. VESP. de Psalterio. A Capitulo, de sancto Avito, Abbate, ut in Communi Abbatum.

Oratio.

DEus, bonórum óperum auctor & remunerátor, qui in beáto Avíto, Abbáte, humilitátis & pœniténtiæ nobis exemplar ostendisti: da, quæsumus, ut angustam viam, per quam ille præcessit, fidéliter insistentes, ad cœleste regnum pervenire mereámur; Per Dóminum.

DIE XVII.

In Festo

S. AVITI, ABBATIS.

Simplex.

Ut in Communi Abbatum. xxv.

Oratio, Deus, bonórum. *ut suprà.*

VESP. de Psalterio. A Capitulo, de sancta Marina, Virg. ut in Communi. xxxiv. *Oratio*, Deus, qui habitáculum. xxxvij.

DIE XVIII.

In Festo

STÆ MARINÆ, Virginis. *Simplex.*

Ut in Communi Virginum non Martyrum.

Oratio, Deus, qui habitáculum. xxxvij.

VESP. *de Psalterio. A Capitulo de SS. Gervasio & Protasio, Martyribus, ut in Communi.* x.

Oratio.

MArtyrum tuórum, Dómine, Gervásii & Protásii palmas ánnuâ celebratióne venerantes; súpplices te rogámus ut, quos cœlesti glóriâ sublimâsti, nobis perpeti suffrágio concédas subveníre; Per.

Fit commemorat. sancti Romualdi, Abbatis. Ant. Egrédere. ℣. Potens. xxiv. *Oratio*, Da nobis, quæsumus. xxvj.

DIE XIX.

In Festo

SS. GERVASII & PROTASII, Martyrum.

Semiduplex.

Ut in Communi plurium Martyrum. xij.

Oratio, Mártyrum tuórum. *ut suprà.*

Pro commem. sancti Romualdi, Abb. Ant. Ecce. ℣. Veníte. xxv. *Oratio*, Da nobis, quæsumus. xxvj.

DIE XXI.

In Festo

S. LEUFREDI, Abbatis. *Simplex.*

Ut in Communi Abbatum. xxiij.

Oratio.

DEus, qui beáto Leufrédo, Abbati, in via perfectiónis evangélicæ in-

cédere, & álios dedúcere tribuísti: ejus intercessióne gressus nostros dírige secundum elóquium tuum; ut viam mandatórum tuórum dilatáto corde currámus; Per Dóminum.

Vesperæ de Psalterio. A Capitulo, de sancto Paulino, ut in Communi Pontificum. xv. Oratio, Deus, qui ómnia. infrà.

Die xxii.

In Festo SANCTI PAULINI, Episcopi. Semiduplex.

Ut in Communi Pontificum. xvj.

Oratio.

Deus, qui ómnia pro te relinquéntibus in hoc século céntuplum, & in futúro vitam æternam promisísti: concéde propítius, ut sancti Pontíficis Paulíni vestígiis inhæréntes, & peritúra contemnámus & ad sola mansúra suspirémus; Per.

Die xxiii.

In Vigilia Nativitatis S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Simplex.

Officium de Feria, exceptis quæ sequuntur.


Post Antiph. ad Benedictus. quæ sumitur ex Psalterio, dicuntur Preces flexis genibus.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut família tua per viam salútis incédat; &, beáti Joannis Præcursóris hortaménta sectando, ad eum quem prædixit secúra pervéniat, Dóminum.

Deindè fiunt Commemorationes communes.

Ad Horas, Preces flexis genibus.



DIE XXIV.

IN NATIVITATE S. JOANNIS-BAPTISTÆ.

SOLEMNE-MINUS.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.

Ant. 8. *G.* CUm sacerdótio fungerétur Zacharías in órdine vicis suæ, appáruit illi Angelus Dómini stans à dextris altáris incensi.

Ant. 3. a. Ne tímeas, Zacharía; exaudíta est deprecátio tua; & uxor tua Elizábeth páriet tibi fílium.

Ant. I. Vocábis nomen ejus Joannem: & erit gáudium tibi & exultátio; & multi in nativitáte ejus gaudébunt.

Ant. 5. a. Vinum & síceram non bibet; & Spíritu sancto replébitur adhuc ex útero matris suæ.

Ant. 4. *D.* Multos filiórum Israel convertet ad Dóminum Deum ipsórum, & præcédet paráre Dómino plebem perfectam.

Capitulum. Malach. 4.

ECce ego mittam vobis Elíam Prophétam, ántequàm véniat dies Dómini magnus & horríbilis; & convertet cor patrum ad fílios, & cor filiórum ad patres eórum: ne fortè véniam, & percútiam terram anathémate.

℟. Erit magnus coram Dómino: * Et ipse † Præcédet ante Dóminum in spíritu & virtúte Elíæ, ut convertat corda patrum in fílios, & incrédulos ad prudéntiam justórum. ℣. Scriptus est Elías in judíciis témporum leníre iracúndiam Dómini, conciliáre cor patris ad fílium, & restitúere tribus Jacob: * Et. Glória. † Præcédet.

Hymnus.

CHriste, prolapsi reparátor orbis,
Ut tuum casto celebrémus omnes

Ore Baptistam, máculas profáni
Elue cordis.
Hunc paratúrum Dómino sequenti
Sémitam prisci cecinêre vates:
Vátibus cunctis fuit ipse major,
Júdice Christo.
Hic & inclúsus genitrícis alvo
Sentit exultans Dóminum latentem;
Jamque cœlesti trépidat veníre
Obvius Agno.
Quid fide pendes dúbiâ, Sacerdos?
Muta torpébit tibi vox: at infans
Prótinus nascens pátriæ resolvet
Víncula linguæ.
Quin repromissam, súbitus Prophéta,
Cernis humáno géneri salútem;
Núntias pacem, reserasque fatis
Grándibus ora.
Gaudet admírans pópulus stupetque:
Quis puer, clamant, erit iste, cujus
Se státim prodit manifesta tantis
Glória signis?
Laus sit æternæ sua Trinitáti,
Quæ novam mundo paritúra lucem,
Prævium Soli vóluit Joannem
Súrgere sidus. Amen.

℣. Suscepisti me, Dómine, de útero matris meæ: ℟. Confitébor tibi, quia mirabília ópera tua.

Ad Magnífic. *Ant.* 6. F. Dixit Zacharías ad Angelum: Unde hoc sciam? Et respondens Angelus, dixit: Ecce non póteris loqui usque in diem quo hæc fiant, pro eo quòd non credidisti verbis meis.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD LAUDES.

Ant. 7. d. Existimante pópulo de Joanne, ne fortè esset Christus, respondit: Véniet fórtior me, cujus non sum dignus sólvere corrígiam calceamentórum.

Ant. 4. f. Confessus est; Non sum ego Christus: ego vox clamantis in deserto: Dirígite viam Dómini.

Ant. 1. a. Prædicábat, dicens: Ego baptizávi vos aquâ, ille verò baptizábit vos Spíritu sancto.

Ant. 5. a. Vidit Jesum.

Canticum. Isaïæ, 40.

Super montem excelsum ascende tu, * qui evangelízas Sion,

Exalta in fortitúdine vocem tuam, * qui evangelízas Jerúsalem.

Exalta, noli timére; * dic civitátibus Juda: Ecce Deus vester:

Ecce Dóminus Deus in fortitúdine véniet, * & bráchium ejus dominábitur.

Ecce merces ejus cum eo, * & opus illíus coram illo.

Sicut Pastor gregem suum pascet: * in bráchio suo congregábit agnos, & in sinu suo levábit; fœtas ipse portábit.

Ant. Vidit Jesum, & ait: Ecce Agnus Dei; ecce qui tollit peccátum mundi. Hic est de quo dixi: Post me venit vir qui ante me factus est.

Ant. 2. D. Lex & Prophétæ usque ad Joannem; ex eo regnum Dei evangelizátur, allelúia.

Capitulum. Act. 19.

JOannes baptizávit baptismo pœniténtiæ pópulum, dicens: In eum qui ventúrus esset post ipsum, ut créderent, hoc est in Jesum.

Hymnus.

NUnc suis tandem novus è latébris
Prodit Elías, populisque Christum
Clamat, exprôbrans sua viperínæ
Crímina proli.

En Deus judex, Deus est propinquat
Véntilans fruges: súperis recondet
Tríticum cellis, paleasque diros
Tradet in ignes.

Hujus adventu, rigidum superbi
Déprimant montes caput; erigantur
Vállium passim cava & corrigantur
* Prava viárum.

Sancte Præcursor, date præco lucis,
Excitet somno tua vox inertes;
Ut graves olim fugiámus Agni
Víndicis iras.

Summa laus Patri, genitoque Verbo:
Æquus ambórum sit honos Amóri,
Qui sacrum Christi púgilem potenter
Ungit & armat.
Amen.

℣. Docébo iníquos vias tuas; ℟. Et ímpii ad te converténtur.

Ad Bened. Ant. 3. a. A diébus Joannis-Baptistæ regnum cœlórum vim pátitur, & violenti rápiunt illud.

Oratio.

DEus, qui præsentem diem honorábilem nobis in beáti Joannis Nativitáte fecisti : da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum, & ómnium fidélium mentes dirige in viam salútis ætérnæ; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 7. d. Existimante pópulo.

AD TERTIAM.

Ant. 4. f. Conféssus est.

Capitulum. Isaïæ, 52.

GAudéte, & laudáte simul, deserta Jerúsalem; quia consolátus est Dóminus pópulum suum, redémit Jerúsalem. Parávit Dóminus bráchium sanctum suum in óculis ómnium géntium; & vidébunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri.

℟. *br.* Vox Dómini * concutiéntis desertum, * Allelúia, allelúia. Vox Dómini. ℣. Vox Dómini * revelábit condensa, * Allelúia. Glória. Vox.

℣. Dabit Deus voci suæ vocem virtútis : ℟. Date glóriam Deo super Israel.

AD SEXTAM.

Ant. 1. a. Prædicábat.

Capitulum. Act. 13.

DEus ex sémine David secundum promissiónem eduxit Israel salvatórem Jesum, prædicante Joanne ante fáciem advéntûs ejus baptismum pœniténtiæ omni pópulo Israel.

℟. *br.* Altíssimus * dedit vocem suam, * Allelúia, allelúia. Altíssimus. ℣. Et apparuérunt * fontes aquárum, * Allelúia. Glória Patri. Altíssimus.

℣. Vox Dómini super aquas : ℟. Dóminus dilúvium inhabitáre facit.

AD NONAM.

Ant. 2. D. Lex & Prophetæ.

Capitulum. Act. 13.

CUm impléret Joannes cursum suum, dicébat : Quem me arbitrámini esse, non sum ego; sed ecce venit post me, cujus non sum dignus calceamenta pedum sólvere.

℟. *br.* Parávi lucernam * Christo meo, * Allelúia, allelúia. Parávi. ℣. Super ipsum * efflorébit sanctificátio mea, * Allelúia, allelúia. Glória. Parávi.

℣. Prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum : ℟. Et osténdam illi salutáre meum.

AD II. VESPERAS.

Ant. 6. F. COEpit Jesus dicere ad turbas de Joanne: Quid exístis vidére? Prophétam? Etiam

dico vobis, & plusquàm Prophétam.

Ant. 5. C. Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante fáciem tuam, qui præparábit viam tuam ante te.

Ant. 7. d. Amen dico vobis: Non surrexit inter natos mulíerum major Joanne-Baptistâ.

Ant. 4. E. A ventre matris consecrátus est Prophéta, evértere, & erúere, & pérdere, & iterùm renováre.

Ant. 1. D Si vultis recípere, ipse est Elías qui ventúrus est.

Capitulum. Eccli. 46.

IN fide sua probátus est Prophéta, & cognítus est in verbis suis fidélis; quia vidit Deum lucis.

Hymnus.

QUid moras nectis? Dómino jubenti
Cede: qui sacro lavat igne corda,
Hic tuis ardet mánibus, Joannes,
Amne lavári.

Quis fuit sensus tibi, cùm vidéres,
Súpplicis ritu, dare colla pronum;
Cui pedum summo tépures honóri
Sólvere lora?

Cernis ut, nimbo rutilante, Christo
Spíritus, Patris comitante voce,
Incubat, seseTriadisque tota
Pandit imágo?

Díligens instas óperi minister:
Víctimam mundi scelus auferentem
Prædicas Agnum, digitoque fidus,
Indice monstras.

Immemor laudis própriæ, magistro
Débitos Christo próperas alumnos
Réddere: ardébas mínui, decébat
Créscere Christum.

Nec fidem vitâ sat erit probâsse;
Víndicem læsi rígidum pudóris
Te manet carcer: Dómino cruentâ
Morte præíbis

Lætus æternum célebret Parentem
Orbis; æternum célebret Parentis
Fílium: par sit tibi laus per omne,
Spíritus, ævum.
Amen.

℣. Loquébar de testimóniis tuis, Dómine, in conspectu regum, ℟. Et non confundébar.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Joannes testimónium perhíbuit veritáti: ille erat

lucerna ardens & lucens.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commem. sanctorum Agoardi & Agliberti.

Ant. Cùm vos óderint hómines, & exprobráverint propter Fílium hóminis, gaudéte & exultáte: ecce enim merces vestra multa est in cœlo.

℣. Viríliter ágite, & confortétur cor vestrum, ℟. Omnes qui sperátis in Dómino.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, Dómine, ut sicut pópulus Christiánus Mártyrum tuórum Agoardi, Agliberti & Sociórum, temporáli solemnitáte congaudet, ita perfruátur ætérnâ; & quod votis célebrat, comprehendat effectu; Per Dóminum.

DIE XXV.

In Festo

SS. AGOARDI, AGLIBERTI & Sociorum, Martyrum.

Semiduplex.

Ut in Communi plurium Martyrum. xij.

Oratio, Præsta. *ut suprà.*

AD VESP. *fit commem. sancti Baboleni, Abbatis. Ant.* Egrédere. ℣. Potens. xxiv. *Oratio*, Deus, cujus múnere. xxvj.

Posteà sanctorum Joannis & Pauli, Mart.

Ant. Cùm vos óderint hómines, & exprobráverint propter Fílium hóminis, gaudéte & exultáte: ecce enim merces vestra multa est in cœlo.

℣. Viríliter ágite, & confortétur cor vestrum, ℟. Omnes qui sperátis in Dómino.

Oratio.

QUæsumus, omnípotens Deus, ut nos gemináta lætítia hodiernæ festivitátis excípiat, quæ de beatórum Joannis & Pauli glorificatióne procédit, quos eádem fides & pássio verè fecit esse germános; Per Dóminum.

DIE XXVI.

In Festo

SANCTI BABOLENI, Abbatis. *Simplex.*

Ut in Communi Abbatum. Oratio, Deus, cujus múnere. xxvj.

Pro commemorat. sanctorum Joannis & Pauli.

Ant. Beáti qui persecutiónem patiuntur propter justítiam; quóniam ipsórum est regnum cœlórum.

℣. Multæ tribulatiónes justórum; ℟. Et de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Oratio, Quæsumus. *ut suprà.*

DIE XXVII.

[*Si sit Sabbatum, fit de Vigilia Apostolorum, cum Officio de Sabbato ut in Psalterio, etiam cum precibus ferialibus, flexis genibus, ad omnes Horas.*

Si non sit Sabbatum, VESP. *de sequenti.*]

DIE XXVIII.

In Festo

S. IRENÆI, EPISCOPI, & Ecclésiæ Doctoris, & Sociorum ejus, Mart.

Duplex-minus.

Omnia de Communi plurium Martyrum x. *additis quæ sequuntur.*

Oratio, Deus invisíbilis fortitúdo. xij.

Pro commem. Vigiliæ sanctorum Petri & Pauli, Ant. & ℣. de Psalterio.

Oratio.

DEus, qui nobis beatórum Apostolórum Petri & Pauli natalítia præveníre concédis: tríbue nos, quæsumus, semper & eórum benefíciis confovéri, & oratiónibus adjuvari; Per Dóminum.

VESPERÆ *de sequenti.*



DIE XXIX.

IN FESTO

SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

SOLEMNE-MINUS.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.

Ant. 1. D. RESpíciens Joannes Jesum, dicit: Ecce Agnus Dei. Et audiérunt eum duo discípuli loquentem, & secúti sunt Jesum.

Ant. 2. D. Erat Andreas fráter Simónis Petri, unus ex duóbus qui audíerant à Joanne, & secúti fúerant Jesum.

Ant. 3. à. Invénit hic primùm fratrem suum Simónem, & dixit ei; Invénimus Messíam.

Ant. 4. E. Adduxit Andreas Simónem fratrem suum ad Jesum.

Ant. 5. a. Intúitus Simónem Jesus, dixit: Tu es Simon fílius Jona: tu vocáberis Cephas, quod interpretátur Petrus.

Capitulum. I. Cor. 1.

IGnobília mundi, & contemptibília elégit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrúeret; ut non gloriétur omnis caro in conspectu ejus.

℟. Ecce ego mittam piscatóres multos, dicit Dóminus: & piscábuntur fílios Israël: * Et ostendam eis manum meam; & † Scient quia nomen mihi Dóminus. ℣. Vidit Jesus Simónem & Andréam fratrem ejus, & dixit eis: Fáciam vos fieri piscatóres hóminum: * Et. Glória. † Scient.

Hymnus.

QUos junxit unus, vita dùm mansit labor,
Quos una clarat morte palma Mártyres,
Ambo sacráti príncipes exércitûs,
Cœlo receptos una vos colit dies.
Vos, anguláris, cui subest Christus lapis,
Fundátis Ædem: mystico vos córpori,

Cui præsidére gaudet augustum Caput,
Fulgére clara jussis ambo lúmina.
In te potestas clávium, Petre, éminet;
Te, Paule, flumen írrigat sciéntiæ:
Uterque Pastor, & magister, & parens,
Olimque mundo déstináti júdices.
Infirmitátem carnis experti tamen,
Nostis cadúcam fictilis testam luti;
Et consecúti grátiam, cliéntibus
Præstátis ultrò quam piè poscunt opem.
Vos ergò votis súpplicum solémnibus
Adeste: lapsis impetráte grátiam;
Ut Christiánis assequámur móribus,
Quæ sancta mundo tradidistis dógmata.
Sit sempiterno sempiterna laus Patri;
Petro supernus quem revelávit Pater,
Æterne Fili, laus tibi sit máxima:
Sit par suprémo laus decusque Flámini.
Amen.

℣. Súscitans Dóminus à terra inopem, ℟. Ut cólllocet eum cum princípibus.

Ad Magnif. Ant. 8. *G.* Ait Jesus Simóni qui vocátur Petrus, & Andréæ fratri ejus: Veníte post me. Illi contínuò, relictis rétibus, secúti sunt eum.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commem. sanctorum Irenæi & Sociorum. Mar.

Ant. Datæ sunt illis. ℣. In æternum xiv. *Orat.* Deus, invisíbilis fortitúdo. xij.

AD LAUDES.

Ant. 1. a. Facta est vox ad Petrum: Surge & mandúca: quod Deus purificávit, tu commúne ne díxeris.

Ant. 3. a. Apériens Petrus os suum, dixit: In veritáte cómperi quia non est personárum acceptor Deus.

Ant. 6. F. Adhuc loquente Petro, cécidit Spíritus sanctus super omnes qui audiébant verbum.

Ant. 4. *D.* Obstupuérunt ex circumcisióne fidéles qui vénerant cum Petro, quia & in natiónes grátia Spíritûs sancti effúsa est.

Ant. 5. a. Glorificavérunt Deum, dicentes: Ergo & Géntibus pœniténtiam dedit Deus ad vitam.

Capitulum. Act. 10.

Audiébant illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc res-

pondit Petrus : Numquid aquam quis prohibére potest, ut non baptizentur hi qui Spíritum sanctum accepérunt sicut & nos ? Et jussit eos baptizári in nómine Dómini Jesu Christi.

Hymnus.

JAm nil Hebræis, Géntium plebs, ínvide,
Dignáta eisdem, fausta plebs, honóribus :
Ovíle summus Pastor expandit suum,
Novusque primo grex adunáris gregi.

Promissa Patrum, Christe, natus éxequi,
De stirpe Jacob quæris amissas oves;
Petrumque, primo quem locavisti gradu,
Tanto labóri sufficis vicárium.

Divína Gentes at simul cleméntia
Respectat, illis, Paule, Doctor mítteris :
Arcána profers tu Dei mystéria :
Tu christiánæ præco fulges grátiæ.

Utrimque fervet úberi fructu labor :
Judæus an sis bárbarus, nil ínterest :
Diversa quamquàm sors duóbus óbtigit,
Pars univérsi cura succendit gregis.

Sit sempiterno sempiterna laus Patri;
Petro supernus quem revelávit Pater,
Æterne Fili, laus tibi sit máxima :
Sit par suprémo laus deúsque Flámini.
Amen.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram:
℟. Memores erunt nóminis tui.

Ad Benedict. *Ant.* I. Dei sumus adjutóres : nemo gloriétur in homínibus ; ómnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Cephas: vos autem Christi, Christus autem Dei.

Oratio.

DEus, qui hodiernam diem Apostolórum tuorum Petri & Pauli martyrio consecrasti : da Ecclésiæ tuæ eórum in ómnibus sequi præceptum, per quos Religiónis sumpsit exórdium; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. a. Facta est vox.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Apériens.

Capitulum. Act. 10.

IN omni gente, qui timet Deum & operátur justítiam, acceptus est illi. Verbum misit Deus fíliis Israël, annúntians pacem per Jesum Christum : hic est

est ómnium Dóminus.

℞. br. Deus excelsus * subjécit pópulos nobis, * Allelúia, allelúia. Deus. ℣. Et gentes * sub pédibus nostris, * Allelúia. Glória Patri. Deus.

℣. Benedícite, gentes, Deum nostrum; ℞. Et audítam fácite vocem laudis ejus.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Adhuc.

Capitulum. Act. 15.

AB antíquis diébus Deus in nobis elégit per os meum audíre Gentes verbum Evangélii, & crédere: & qui novit corda Deus, testimónium perhíbuit, dans illis Spíritum sanctum sicut & nobis.

℞. br. Annuntiavérunt cœli * justítiam ejus, * Allelúia, allelúia. Annuntiavérunt. ℣. Vidérunt omnes pópuli * glóriam ejus, * Allelúia. Glória. Annuntiavérunt.

℣. Afferte Dómino, pátriæ géntium, ℞. Afferte Dómino glóriam & honórem.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Glorificavérunt.

Capitulum. Act. 15.

NIhil discrévit Deus inter nos & illos, fide puríficans corda eórum. Nunc ergo quid tentátis Deum, impónere jugum super cervíces discipulórum, quod neque patres nostri, neque nos portáre potúimus? Sed per grátiam Dómini Jesu Christi crédimus salvári, quemádmodùm & illi.

℞. br. Tu es, Deus, * qui facis mirabília, * Allelúia, allelúia. Tu es. ℣. Notam fecísti in pópulis * virtútem tuam, * Allelúia. Glória. Tu es.

℣. Non nobis, Dómine, non nobis, sed nómini tuo da glóriam. ℞. Super misericórdia tua & veritáte tua.

AD II. VESPERAS.

Ant. 2. D. JUstum árbitror, quámdiù sum in hoc tabernáculo, suscitáre vos in commonitióne.

Ant. 3. a. Velox est depósitio tabernáculi mei, secundum quod & Dóminus noster Jesus Christus significávit mihi.

Ant. 7. a. Dabo óperam & frequenter habére vos post óbitum meum, ut horum memóriam faciátis.

Ant. 4. E. Properántes in advéntum diéi Dómini, satágite immaculáti & inviolátí ei inveníri in pace.

Ant. 1. D. Dómini nostri longanimitátem, salútem arbitrémini; sicut & caríssimus frater noster Pau-

pondit Petrus : Numquid aquam quis prohibére potest, ut non baptizentur hi qui Spíritum sanctum accepérunt sicut & nos ? Et jussit eos baptizári in nómine Dómini Jesu Christi.

Hymnus.

JAm nil Hebræis, Géntium plebs, ínvide,
Dignáta eisdem, fausta plebs, honóribus :
Ovíle summus Pastor expandit suum,
Novusque primo grex adunáris gregi.
Promissa Patrum, Christe, natus éxequi,
De stirpe Jacob quæris amissas oves;
Petrumque, primo quem locavisti gradu,
Tanto labóri súfficis vicárium.
Divína Gentes at simul cleméntia
Respectat, illis, Paule, Doctor mítteris :
Arcána profers tu Dei mystéria :
Tu christiánæ præco fulges grátiæ.
Utrimque fervet úberi fructu labor :
Judæus an sis bárbarus, nil ínterest :
Diversa quamquàm sors duóbus óbtigit,
Pars universi cura succendit gregis.
Sit sempiterno sempiterna laus Patri;
Petro supernus quem revelávit Pater,
Æterne Fíli, laus tibi sit máxima :
Sit par suprémo laus decusque Flámini.
Amen.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram:
℞. Memores erunt nóminis tui.

Ad Benedict. *Ant.* J. Dei sumus adjutóres : nemo gloriétur in homínibus; ómnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Cephas: vos autem Christi, Christus autem Dei.

Oratio.

DEus, qui hodiernam diem Apostolórum tuorum Petri & Pauli martyrio consecrasti : da Ecclésiæ tuæ eórum in ómnibus sequi præceptum, per quos Religiónis sumpsit exórdium; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. a. Facta est vox.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Apériens.

Capitulum. Act. 10.

IN omni gente, qui timet Deum & operátur justítiam, acceptus est illi. Verbum misit Deus fíliis Israël, annúntians pacem per Jesum Christum : hic est

est ómnium Dóminus.

℟. br. Deus excelsus * subjécit pópulos nobis, * Allelúia, allelúia. Deus. ℣. Et gentes * sub pédibus nostris, * Allelúia. Glória Patri. Deus.

℣. Benedícite, gentes, Deum nostrum; ℟. Et audítam fácite vocem laudis ejus.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Adhuc.

Capitulum. Act. 15.

AB antíquis diébus Deus in nobis elégit per os meum audíre Gentes verbum Evangélii, & crédere: & qui novit corda Deus, testimónium perhíbuit, dans illis Spíritum sanctum sicut & nobis.

℟. br. Annuntiavérunt cœli * justítiam ejus, * Allelúia, allelúia. Annuntiavérunt. ℣. Vidérunt omnes pópuli * glóriam ejus, * Allelúia. Glória. Annuntiavérunt.

℣. Afférte Dómino, pátriæ géntium, ℟. Afférte Dómino glóriam & honórem.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Glorificavérunt.

Capitulum. Act. 15.

NIhil discrévit Deus inter nos & illos, fide puríficans corda eórum. Nunc ergo quid tentátis Deum, impónere jugum super cervíces discipulórum, quod neque patres nostri, neque nos portáre potúimus? Sed per grátiam Dómini Jesu Christi crédimus salvári, quemádmodum & illi.

℟. br. Tu es Deus, * qui facis mirabília, * Allelúia, allelúia. Tu es. ℣. Notam fecísti in pópulis * virtútem tuam, * Allelúia. Glória. Tu es.

℣. Non nobis, Dómine, non nobis, sed nómini tuo da glóriam. ℟. Super misericórdia tua & veritáte tua.

AD II. VESPERAS.

Ant. 2. D. JUstum árbitror, quámdiu sum in hoc tabernáculo, suscitáre vos in commonitióne.

Ant. 3. a. Velox est depósitio tabernáculi mei, secundum quod & Dóminus noster Jesus Christus significávit mihi.

Ant. 7. a. Dabo óperam & frequenter habére vos post óbitum meum, ut horum memóriam faciátis.

Ant. 4. E. Properántes in advéntum diéi Dómini, frágite immaculáti & inviolati ei invenári in pace.

Ant. 1. D. Dómini nostri longanimitátem, salútem arbitrémini; sicut & caríssimus frater noster Pau-

lus, secundum datam sibi sapiéntiam, scripsit vobis.

Capitulum. II. Petr. 3.

VEstram éxcito in commonitióne sincéram mentem, ut mémores sitis eórum quæ prædixi verbórum à sanctis Prophétis, & Apostolórum vestrórum, præceptórum Dómini & Salvatóris.

Hymnus.

TAndem labórum, gloriósi Príncipes,
Fructum tenétis: fana passim córruunt:
Quin ipsa latè Roma victrix géntium,
Se christiáno jam stupet subdi jugo.
Sævit Tyrannus; at triumphant víctimæ:
Alter per ensem victor, alter per crucem,
Cœlo corónam laureáti póssident,
Fususque sanguis Christiános séminat.
Superba sordent Cæsares cadávera,
Queis urbs litâbat ímpii cultûs ferax:
Apostolórum gloriátur óssibus,
Fixamque adórat cóllibus suis crucem.
Nunc ô cruóre purpuráta nóbili,
Novisque felix Roma conditóribus,
Horum trophæis aucta, quantò vériùs,
Regína fulges orbe toto cívitas!
Sit sempiterno sempiterna laus Patri,
Sit sempiternum Fílio Patris decus:
Qui nectis ambos, æquus ambóbus, tibi,
Divíne, sit laus sempiterna, Spíritus.
Amen.

℣. Príncipes populórum congregáti sunt. ℟. Cum Deo Abraham.

Ad Magníficat *Ant.* 5. C. Príncipes & ínclyti Israel amábiles, & decóri in vita sua, in morte quoque non sunt divísi.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commem. sancti Theobaldi, Antiph. Reliquisti. ℣. In umbra. xxiv. *Oratio*, Quæréntium. xxvij.

DIE XXX.

In Commemoratione

SANCTI PAULI, APOSTOLI.

Duplex-minus.

Si transferatur, pridiè in II. VESP. *Visitationis Beatæ Mariæ fit ejus commemoratio per Ant.* 2. D. Ego sum mínimus Apostolórum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóniàm persecútus sum Ecclésiam

Dei; grátiâ autem Dei sum id quod sum, allelúia.

℣. Quis Deus magnus sicut Deus noster? ℟. Tu es, Deus, qui facis mirabília.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

[*Si habeat I. VESP. Antiph. super Psalmos Feriales sumuntur cum Capitulo de Laudibus.*

℟. Pósitus sum ego prædicátor, & Apóstolus, & magister Géntium : ob quam causam * Pátior, sed non confundor; scio enim cui crédidi. ℣. Ipse Deus meus, & Salvátor meus : in Deo glória mea, & spes mea in Deo est. * Pátior. * Glória Patri. * Pátior.

Hymnus.

SAt, Paule, sat terris datum :
Post multa te certámina,
Cursu peracto, débita
Coróna jam cœlo manet.

Quot tu mari perículis,
Terrâque jactátus malis!
Quot saxa, virgæ, cómpedes!
Quot damna, curæ, fúnera!

Nunc ille confixum suæ
Qui te cruci dudùm tenet,
Te Christus ad vitam vocat;
Tibique lucrum jam mori.

Sed caritátis víscera
Strictis coarctant néxibus;
Christoque quos tu párturis,
Patrem reposcunt fílii.

Verùm parátur jam tibi
Finis labóris árdui,
Mercesque : bissenos thronus
Te poscit inter júdices.

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. *&* *Ant.* *ad* Magníficat. *ut suprà, quando tantùm sit ejus Commemor.*]

AD LAUDES.

Ant. 5. a. NIhil minus fui ab iis qui sunt supra modum Apóstoli, tametsi nihil sum.

Ant. 7. d. Secundum revelatiónem mihi data est grátia hæc, in Géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi, & quæ sit dispensátio sacramenti abscónditi à seculis.

Ant. 1. a. Signa Apostolátûs mei facta sunt in omni patiéntia, in signis, & prodígiis, & virtútibus.

Ant. 3. à. Dóminus mihi ástitit, & confortávit me, ut per me prædicátio impleátur, & áudiant omnes gentes.

Ant. 2. D. Abundántiùs ómnibus laborávi; non ego

autem sed grátia Dei mecum.

Capitulum. Rom. 15.

SIc prædicávi Evangélium hoc, non ubi nominátus est Christus, ne super aliénum fundamentum ædificárem; sed sicut scriptum est: Quibus non est annuntiátum de eo, vidébunt; & qui non audiérunt, intélligent.

Hymnus.

Sudore sat tuo fides,
Crucisque crevit glória;
Multoque per te sanguine
Impléta Christi pássio.
Per sacra sese jam tuæ
Impressa carni stigmata,
Suoque totum Spíritu
In te Magister éxprimit.
Sic, Paule, non vivis; loquens
Sed ipse Christus in tuo
Agensque vivit péctore:
Sat ergo, sat terris datum.
Audíta quondam tértio
Arcána cœlo, nunc tibi
Fruenda se pleno palàm
De fonte produnt lúminis.
Hinc lacte verbi nos tui
Ciboque faxis créscere;
Christumque tritos, quà doces
Præisque, per calles sequi.
Hoc præstet almo cum Patre
Natoque nobis Spíritus,
Tres, Numen unum; cui decus,
Virtusque sit per sécula.
Amen.

℣. Confiteantur tibi pópuli, Deus: ℟. Confiteantur tibi pópuli omnes.

Ad Benedict. Ant. 5. C. Gáudebo in passiónibus, & adímpleo ea quæ desunt passiónum Christi in carne mea, pro córpore ejus, quod est Ecclésia, cujus factus sum ego minister.

Oratio.

DEus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti: da, quæsumus, ut cujus natalítia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus; Per.

Fit commem. sancti Theobaldi Ant. Pars mea. xxvij. ℣. Clamávi. xxvj. *Oratio*, Quæréntium. xxvij.

AD PRIMAM.

Ant. 5. a. Nihil.

AD TERTIAM.

Ant. 7. d. Secundum revelatiónem.

Capitulum. II. Cor. 12.

SCio hóminem in Christo ante annos quatuórdecim, sive in córpore néscio, sive extra corpus néscio, Deus scit, raptum hujusmodi usque ad tértium cœlum. Et scio hujúsmodi hóminem, sive in córpore sive extra corpus, néscio, Deus scit, quó-

niàm raptus est in Paradísum, & audívit arcána verba, quæ non licet hómini loqui.

℟. *br.* Ecce, Dómine, * Veritátem dilexísti. Ecce. ℣. Incerta & occulta sapiéntiæ tuæ * manifestásti mihi. * Veritátem. Glória Patri. Ecce.

℣. Introíbo in poténtias Dómini, ℟. Usque in altíssima quæ fecísti magnália.

AD SEXTAM.

Ant. 1. a. Signa.

Capitulum. Rom. 15.

HAbeo glóriam in Christo Jesu ad Deum. Non enim áudeo áliquid loqui eórum quæ per me non éfficit Christus in obediéntiam Géntium, verbo & factis, in virtúte signórum & prodigiórum, & in virtúte Spíritûs sancti; ita ut ab Jerúsalem per circúitum, usque ad Illyricum repléverim Evangélium Christi.

℟. *br.* Ecce cognóvi * Quóniàm Deus meus es. Ecce cognóvi. ℣. In Deo laudábo verbum, in Dómino laudábo sermónem; * Quóniàm. Glória Patri. Ecce cognóvi.

℣. Posuísti super me manum tuam, Dómine: ℟. Mirábilis facta est sciéntia tua.

AD NONAM.

Ant. 2. D. Abundántiùs.

Capitulum. II. Cor. 11.

EXístimo nihil me minus fecisse à magnis Apóstolis. Nam, etsi imperítus sermóne, sed non sciéntiâ; in ómnibus autem manifestáti sumus vobis.

℟. *br.* Benedixit Dóminus, * Et multiplicáti sunt nimis. Benedixit. ℣. Et pósuit * sicut oves famílias, * Et. Glória. Benedixit.

℣. Confitébor nómini tuo super misericórdia tua; ℟. Quóniàm magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

AD II. VESPERAS.

Ant. 1. D. IN defensiónem Evangélii pósitus sum: pro quo legatióne fungor in caténa, ita ut in ipso áudeam, prout óportet me loqui.

Ant. 3. a. Quæ circa me sunt, magìs ad proféctum venérunt Evangélii; ita ut víncula mea manifesta fíerent in omni prætório; & plures in Dómino confidentes vínculis meis, abundántiùs audérent sine timóre verbum Dei lòqui.

Ant. 4. D. Omnia sustíneo propter eléctos, ut ipsi salútem consequántur, quæ est in Christo Jesu, cum glória cœlesti.

Ant. 5. C. Magnificábitur Christus in córpore meo sive per vitam, sive per mortem : mihi enim vívere Christus est, & mori lucrum.

Ant. 6. F. Responsum mortis in nobismetipsis habúimus; ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui súscitat mórtuos.

Capitulum. II. Tim. 4.

Ego jam delíbor, & tempus resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna justitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex.

Hymnus, Sat, Paule. 183.

℣. Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum, ℟. Quandò véniam & apparébo ante fáciem Dei!

Ad Magníficat. *Ant.* J. Quæ audistis & vidistis in me, hæc ágite; & Deus pacis erit vobiscum.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commemorat. sancti Martialis, Episcopi.

Ant. Elégit ipsum Dóminus ab omni vivente offerre sacrifícium Deo, incensum, & bonum odórem pro pópulo suo.

℣. Beátus quem elegisti & assumpsisti : ℟. Inhabitábit in átriis tuis.

Oratio.

Deus, cujus ineffábili misericórdiâ beátus Póntifex Martiális in géntibus evangelizávit investigábiles divítias Christi : da nos ejus intercessióne créscere in sciéntia tua, & in omni ópere bono fructificantes, secundum Evangélii veritátem coram te ambuláre; Per eumdem.

FESTA JULII.

DIE I. JULII.

In Festo

SANCTI MARTIALIS, Episcopi. *Semiduplex.*

Ut in Communi Pontificum. xv.

Orat. Deus, cujus. *ut suprà.*

VESPERÆ *de sequenti.*

DIE II.

In Festo

VISITATIONIS BEATÆ MARIÆ VIRG.

Duplex-majus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria, & sic in toto Officio.

Ant. 1. g. QUæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromátibus myrrhæ, & thuris, & universi púlveris pigmentárii?

Ant. 4. d. Quàm pulcri sunt gressus tui, Filia príncipis!

Ant. 5. C. Quàm pulcri super montes pedes annuntiantis bonum!

Ant. 8. c. Arca fœderis Dómini véniat in médium nostrî, ut salvet nos.

Ant. 6. F. Descendisti, Dómine, & à fácie tua montes defluxérunt: óculus non vidit absque te, quæ præparasti expectántibus te.

Capitulum. Eccli. 4.

QUi tenúerint sapiéntiam, vitam hæreditábunt; & quò introíbit, benedícet Deus. Qui sérviunt ei, obsequentes erunt Sancto; & eos qui díligunt illam, díligit Deus.

℟. Ecce dilectus meus venit, sáliens in móntibus, transíliens colles: * En ipse stat post paríetem nostrum. ℣. Spíritus dicit: Veni: & qui audit, dicat: Veni. * En. Glória Patri. En.

Hymnus.

QUò sanctus ardor te rapit,
O Virgo, flos ô Vírginum?
Quò tendis, & cito gradu
Conscendis alta móntium?

Urget sacer te Spíritus
Toto replétam Númine:
Matris Dei jam dígnitas
Nil caritáti détrahit.

Tibi propinquam sánguine
Matrem puella vísitas,
Concessa cui divínitùs
Gratáris alvi múnera.

O quanta matrum gáudia!
Stupente natúrâ, gravem
Anum stupes, quæ Vírginem
Fœtam Deo te prædicat.

Abscónditum sub íntimo
Ceu nube portábas sinu
Solem, suo qui prótinùs
Lustrábit orbem lúmine.

Mundo redemptor qui venis,
Fili, tibi laus máxima
Cum Patre: nec tibi minor
Laus, utriusque Spíritus.
Amen.

℣. Vísita nos in salutári tuo, Dómine, ℟. Ad videndum in bonitáte electórum tuórum.

Ad Magnif. Ant. 3. a. Tantùm in te est Deus, & non est absque te Deus. Verè tu es Deus abscónditus, Deus Israel salvátor: in Dómino justificábitur & laudábitur omne semen Israel.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commem. sancti Martialis, Episcopi.

Ant. Sacerdótes tui induántur salútem : Dómine Deus, ne avérteris fáciem Christi tui : memento misericórdiam servi tui.

℣. Salvum fecit Dóminus Christum suum : ℟. Exáudiet illum de cœlo sancto suo.

Oratio, Deus, cujus ineffábili, *ut suprà.* 187.

Ad Complet. Hymn. Virgo Dei génitrix. *hodiè & cras.*

A D L A U D E S.

Ant. 1. *f.* VIdérunt eam, & beatíssimam prædicavérunt, & laudavérunt eam.

Ant. 4. A. Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui.

Ant. 5. a. Ecce ut facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exultávit in gáudio infans in útero meo.

Ant. 4. f. Amícus.

Canticum. Judith, 13.

APeríte portas, quia nobíscum est Deus, * qui fecit virtútem in Israel.

Laudáte Dóminum Deum nostrum, * qui non deséruit sperantes in se.

Et in me ancíllâ suâ adimplévit misericórdiam suam, * quam promísit dómui Israel.

Et interfécit in manu mea * hostem pópuli sui.

Confitémini illi, omnes; quóniàm bonus, * quóniàm in séculum misericórdia ejus.

Ant. 4. f. Amícus sponsi qui audit eum, gáudio gaudet propter vocem sponsi.

Ant. 7. c. Benedíctus Dóminus Deus Israel, qui misit te; & benedíctum elóquium tuum, allelúia.

Capitulum. Prov. 3.

VIæ sapiéntiæ, viæ pulcræ; & omnes sémitæ illíus pacíficæ : lignum vitæ est his qui apprehénderint eam; & qui tenúerit eam, beátus.

Hymnus.

AD prima verba Vírginis :
Intùs movente Spíritu,
In matris alvo cónditus
Infans Joannes géstiit.

Agnóvit infantem Deum:
Quem sensit, ardet pródere :
Vates & infans, quà potest,
Adesse Christum núnciat.

Hic jam Redemptóris vices,
Præcónis ille sústinet :
Materna claustra nón vetant

Quin ambo munus impleant.
Felix puer, felix parens,
Felix sacerdos, & domus,
Qui, per parentem Virginem,
Deo fruuntur hóspite!
Mundo redemptor qui venis,
Fili, tibi laus máxima
Cum Patre: nec tibi minor
Laus, utriusque Spíritus.
Amen.

℣. Benedixisti, Dómine, terram tuam:
℟. Avertisti captivitátem Jacob.

Ad Benedict. *Ant.* 1. D. Benedictus Dóminus Deus Israel, quia visitávit & fecit redemptiónem plebis suæ.

Oratio.

Adesto Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus, & fílios adoptiónis júgiter in ejus sinu purífica, qui, Maríæ clausus útero, Joannem in sinu Elísabeth sanctificasti; Qui vivis & regnas.

Ad Horas, *dicitur in fine Hymn. Doxològia,* Mundo redemptor, &c. *ut suprà.*

AD PRIMAM.

Ant. 1. *f.* Vidérunt.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es.

AD TERTIAM.

Ant. 4. A. Benedicta tu.

Capitulum. Genes. 22.

Benedicam tibi, & benedicentur in sémine tuo omnes gentes terræ, eò quòd obedisti voci meæ.

℟. *br.* Benedicentur in ipso * omnes tribus terræ, * Allelúia, allelúia. Benedicentur. ℣. Omnes gentes * Magnificábunt eum, * Allelúia. Glória. Benedicentur.

℣. Ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum: ℟. Vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Ecce.

Capitulum. Joel. 2.

Sciétis quia in médio Israel ego sum: & ego Dóminus Deus vester, & non est ámpliùs: & non confundétur pópulus meus in æternum. Et erit post hæc: Effundam Spíritum meum super omnem carnem, & prophetábunt fílii vestri & fíliæ vestræ.

℟. *br.* Vox exultatiónis * & salútis, * Allelúia. allelúia. Vox exultatiónis. ℣. In tabernáculis * Justórum, * Allelúia. Glória Patri. Vox.

℣. Signátum est super nos lumen vultûs tui, Dómine: ℟. Dedisti lætítiam in corde meo.

AD NONAM.

Ant. 7. c. Benedictus.

Capitulum. Tob. 12.

BEnedícite Deum cœli, & coram ómnibus vivéntibus confitémini ei, quia fecit vobiscum misericórdiam suam.

℟. *br.* In Dómino * laudábitur ánima mea, Allelúia, allelúia. In Dómino. ℣. Audiant mansuéti * & lætentur, * Allelúia. Glória Patri. In Dómino.

℣. Magnificáte Dóminum mecum; ℟. Et exaltémus nomen ejus in idipsum.

AD II. VESPERAS.

Ant. 6. *C.* REspexit Deus humilitátem ancillæ suæ: ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Ant. 1. D. Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus.

Ant. 4. E. Misericórdia ejus à progénie in progénies timéntibus eum.

Ant. 5. C. Fecit poténtiam in bráchio suo, dispersit superbos, & exaltávit húmiles.

Ant. 8. G. Suscépit Israel púerum suum, recordátus misericórdiæ suæ, sicut locútus est ad patres nostros, Abraham, & semini ejus.

Capitulum. I. Petr. 5.

DEus superbis resistit, humílibus autem dat grátiam. Humiliámini ígitur sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in témpore visitatiónis.

Hymnus.

CEteri nunquàm, nisi vagiendo,
Prímitùs vocem púeri profundunt:
Unus in cunctis álacris Joannes
Prævenit ortum.

Hunc sibi nondùm génitum sacrávit
Patris æterni Génitus prophétam:
Spíritu gaudens canit hinc futúra
Utraque mater.

Ecce quàm fructu génitrix utróque
Digna! quàm fructus genitríce dignus!
Hæc Deum Virgo, stérilis recondit
Illa Prophétam.

Fac tuos puris hódiè clientes,
Virgo, collustret rádiis Redemptor
Ille, quem prodit nova nascitúro
Grátia Vati.

Det sequi certo pede quà præisti,
Dùm Patris summi genitúra Prolem,

Vilis ancillæ titulum modesto
Péctore præfers.
Summa laus Patri, genitoque Verbo;
Et tibi compar, utriusque nexus,
Spíritus semper, Deus unus, omni
Témporis ævo.
Amen.

℣. Exultábit cor meum in salutári tuo: ℟. Cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Mansit María cum Elísabeth quasi ménsibus tríbus, & reversa est in domum suam.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

DIE IV.

In Ordinatione

ET TRANSLATIONE S. MARTINI, EPISCOPI.

Semiduplex.

Ut in Communi Pontificum. xv.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Martínum ministrum tribuisti; præsta ut quem doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cœlis; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat.

DIE VII.

In Festo

SANCTI THOMÆ, Cantuariensis Episcopi, & Martyris.

Semiduplex.

Ut in Communi unius Martyris. vj.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui beáto Thomæ, Pontífici & Mártyri tuo, usque ad mortem pro justítia certáre tribuisti: fac nos, ejus méritis, vitæ frágilis amórem abjícere, & ad te qui solus vera vita es, pervenire; Per Dóminum.

DIE X.

In Festo

SS. SEPTEM FRATRUM, ET SANCTÆ FELICITATIS, eorum matris, Martyrum.

Simplex.

Ut in Communi plurium Martyrum. x.

Oratio.

DA nobis, miséricors Deus, unánimes in fide & dilectióne tua perseveráre, qui sanctos Mártyres tuos esse tribuisti sincérâ caritáte in vita concordes, & gloriósâ confessióne in morte conjunctos; Per Dóminum.

VESP. *de Psalterio; à Capitulo de sequenti, ut in*

Communi Abbatum. xxiij.

Oratio, Deus, qui beátum. *ut infrà.*

DIE XI.

In Festo

SANCTI BENEDICTI, Abbatis. *Semiduplex.*

Ut in Communi Abbatum. xxv.

Oratio.

DEus, qui beátum Benedíctum, Abbátem, de ejus quæ in mundo est concupiscéntiæ corruptióne ereptum, Christo fidéliter adhærére fecisti: quæsumus ut contra sæculi hujus illécebras tuâ virtúte roboráti, bravíum supernæ vocatiónis constanter pérsequi, & felíciter ássequi valeámus; Per eumdem Dóminum.

DIE XIII.

In Festo

SANCTI TURIAVI, Episcopi. *Simplex.*

Ut in Communi Pontificum xv.

Oratio.

FAmulos tuos, quæsumus, Dómine, intercedente beáto Turiávo, Pontífice, tibi fácias, toto corde subjectos: ut tuæ caritátis spíritu repléti, à terrénis mundémur cupiditátibus; & cœlesti beatitúdine, te donante, digni efficiámur; Per.

VESP. *de Psalterio; à Capitulo de sequenti, ut in Communi Doctorum*, xix. *Oratio*, Omnípotens. xxj.

DIE XIV.

In Festo

S. BONAVENTURÆ, Episcopi & Doctoris. *Semiduplex.*

Ut in Communi Doctorum. xx.

Oratio, Omnípotens. xxij.

DIE XVII.

In Festo

SANCTI SPERATI & sociorum ejus, Mart. *Simplex.*

Ut in Communi plurium Martyrum. x.

Oratio, Omnípotens sempiterne Deus. xiij.

VESP. *de sequenti.*

DIE XVIII.

In Festo

SANCTI THOMÆ, AQUINATIS, Ecclesiæ Doctoris, *Duplex-minus.*

Omnia de Communi Doctorum, xiv. *additis quæ sequuntur.*

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Thomæ, Doctóris, mirâ eruditióne claríficas, & sanctâ operatióne fœcundas; da nobis, quæsumus, & quæ dócuit intellectu conspícere, & quæ egit imitatióne complére;

plere; Per Dóminum nostrum.

In I. Vesperis, *fit commem. sancti Arnulfi, Mart. Ant.* Ecce Deus. ℣. In Deo sperávi. vij. *Oratio*, Adesto, Dómine. viij.

Ad Laudes, *pro commem. sancti Arnulfi, Ant.* Bonum. ℣. Adjútor. viij. *Oratio*, Adesto. viij.

Ad II. Vesperas, *fit comem. sancti Vincentii à Paulo, Presbyt. Ant.* Notum. ℣. Oculi. xxx.

Oratio, Deus, qui in Ecclésiæ tuæ. xxxj.

Die xix.

In Festo

S. VINCENTII A PAULO, Presbyteri.

Semiduplex.

Ut in Communi Justorum, iis sumptis quæ sunt propria Sacerdoti.

Oratio, Deus, qui in Ecclésiæ tuæ. xxxj.

Die xxi.

In Festo

SANCTI VICTORIS, Martyris. *Semiduplex.*

Ut in Communi unius Martyris. vj.

Oratio.

Contere, Dómine, sátanam sub pédibus nostris, qui beáto Victóri, Mártyri tuo, in confessióne tui nóminis cultum dæmoniórum calcáre tribuísti; Per Dóminum.

Vesp. *de sequenti.*

Die xxii.

In Festo

SANTÆ MARIÆ MAGDALENES.

Duplex-majus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.

Ant. 4. E. Jesus iter faciébat per civitátes & castella, prædicans & evangelízans regnum Dei; & duódecim cum illo.

Ant. 2. D. Mulíeres, inter quas erat María Magdaléne, cùm esset Jesus in Galilæa, sequebantur eum.

Ant. 7. d. Erant curátæ à spirítibus malignis & infirmitátibus; & ministrábant ei de facultátibus suis.

Ant. 1. D. De María Magdaléne Jesus ejécerat septem dæmónia.

Ant. 8. G. Ejiciébat spíritus verbo, ut adimpleréetur quod dictum est: Ipse infirmitátes nostras accépit, & ægrotatiónes nostras portávit.

Capitulum. Tob. 11.

Benedíco te, Dómine, Deus Israël, quia tu castigasti me, & tu salvasti me.

℟. Egressus es in salútem pópuli tui, * Egressus es in

salútem cum Christo tuo, Dómine: † Maledixisti veniéntibus ut turbo, ad dispergendum me. ℣. In hoc appáruit Fílius Dei, ut dissolvat ópera diáboli. * Egressus es. Glória. † Maledixisti.

Hymnus.

PRocul maligni cédite spíritus,
Nunc imperanti cédite Númini;
Fessamque duris Magdalénam
Párcite nunc agitáre pœnis.
Christi jubentis númine térriti
Fugêre septem: mox sibi réddita
Te, Christe, consectátur unum,
Et mémori tibi mente servit.
Quin & cruentâ de trabe péndulo
Christo litábat mille dolóribus:
Quàm vellet insontis Magistri
Sola graves toleráre pœnas!
Miscére fletus sánguinis æmulos
Non cessat, astans víctima víctimæ:
Christus silendo, nil rependit:
Quàm mélius probat hinc amantem!
Laus summa Patri, summaque Fílio:
Sit summa puro laus quoque Flámini,
Afflante quo semper calescunt
Æthéreis pia corda flammis. Amen.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino, ℟. Qui sanat omnes infirmitátes tuas.

Ad Magníf. *Ant.* 6. *C.* Quod est hoc verbum, quia in potestáte & virtúte ímperat immundis spirítibus, & exeunt?

Oratio, *ut infrà ad Laudes.*

Fit commem. sancti Victoris. *Ant.* Justum non derelíquit Deus donec afferret illi poténtiam adversus eos qui eum deprimébant; & dedit illi claritátem ætérnam.

℣. Posuisti, Dómine, in cápite ejus corónam ℟. De lápide pretióso.

Oratio, Cóntere, Dómine. *ut suprà*, 193.

AD LAUDES.

Ant. 6. F. VIdit Jesum María, & non sciébat quia Jesus est; & dicit ei: Múlier, quid ploras? quem quæris?

Ant. 3. *à.* María existimans quia hortulánus esset,

dicit ei : Dómine, si tu sustulisti eum, dícito mihi ubì posuisti eum ; & ego eum tollam.

Ant. 5. a. Dicit ei Jesus : María. Conversa illa dicit ei : Rabbóni, quod dícitur, Magister.

Ant. 8. *G.* Dicit ei Jesus : Noli me tángere ; nondùm enim ascendi ad Patrem meum.

Ant. 7. 5. Vade ad fratres meos, & dic eis : Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum ; Deum meum, & Deum vestrum.

Capitulum. Prov. 8.

EGo diligentes me díligo ; & qui manè vígilant ad me, invénient me.

Hymnus.

MAría sacro sáucia
vúlnere,
Non jam dolendum quid
Dóminum doles ?
Semper renascens hîc
amóris
Unde tibi vióleutus ardor ?
Quem quæris ipse fúneris
in sinu,
Victo triumphat fúnere
clárior.
Vivit : retecto jam sepulcro,
Ecce jacent revolúta saxa.
Myrrham quid affers, vanaque bálsama ?
Hæc luce functis débita
múnera :
Mox ille donandos Olympo
Non eget his redivívus
artus.
Ingens amantem te dolor
índicat ;
Amans vicissim se Deus
óbtulit :
Agnosce vocem tu Magistri
Nómine te próprio vocantis.
Tu prima testis, primaque
núntia,
Velox in urbem prótinùs
ádvola ;
Christique nutantes Ministros
Plena Deo propióre firma.
Laus summa Patri, súmmaque Fílio ;
Sit summa puro laus
quoque Flámini,
Afflante quo semper calescunt
Æthéreis pia corda flammis. Amen.

℣. Anima mea exultábit in Dómino, ℟. Et delectábitur super salutári suo.

Ad Bened. *Ant.* 4. *D.* Appáruit Jesus primò Maríæ Magdalénæ. Illa vadens nuntiávit his qui cum eo fúerant, lugéntibus & fléntibus.

Oratio.

DEus, cujus Unigénitus post resurrectiónem suam primò Maríæ Magdalénæ appáruit, præsta, quæsumus, ut ejus intercessióne eumdem in déxtera tua sedentem vidére mereámur Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum; Qui tecum.

AD PRIMAM.

Ant. 6. F. Vidit Jesum.

AD TERTIAM.

Ant. 3. à. María.

Capitulum. Cant. 3.

SUrgam, & circuíbo civitátem: per vicos & platéas quæram quem díligit ánima mea.

℟. *br.* Deus, Deus meus, * Ad te de luce vígilo. Deus. ℣. Sitívit in te * ánima mea: * Ad te. Glória Patri. Deus.

℣. Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea: ℟. Fáciem tuam, Dómine, requíram.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Dicit ei Jesus.

Capitulum. Sap. 6.

SApiéntia fácilè vidétur ab his qui díligunt eam, & invenítur ab his qui quærunt illam: Præóccupat qui se concupiscunt, ut illis se prior osténdat.

℟. *br.* Exquisívi Dóminum, * Et exaudívit me. Exquisívi. ℣. Et ex ómnibus tribulatiónibus meis * erípuit me; * Et. Glória. Exquisívi.

℣. Secúndùm multitúdinem dolórum meórum in corde meo, ℟. Consolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.

AD NONAM.

Ant. 7. c. Vade.

Capitulum. Tob. 12.

SAcraméntum regis abscóndere bonum est; ópera autem Dei reveláre & confitéri honoríficum est.

℟. *br.* Confitébor tibi, Dómine, * In toto corde meo. Confitébor. ℣. Narrábo * ómnia mirabília tua, * In toto. Glória. Confitébor.

℣. Ecce lábia mea non prohibébo: ℟. Dómine, tu scisti.

AD II. VESPERAS.

Ant. 1. *f.* REgressæ mulíeres à monumento, nuntiavérunt Undecim ómnia quæ víderant; erat autem María Magdaléne, & Joanna, & céteræ quæ cum eis erant.

Ant. 9. a. Et ecce Jesus occurit illis, dicens: Avéte. Illæ autem accessérunt, & tenuérunt pedes ejus, & adoravérunt eum.

Ant. 4. E. Ait illis Jesus: Nolíte timere: ite, nuntiáte frátribus meis, ut eant in Galilæam; ibi me vidébunt.

Ant. 5. C. Audiérunt Apóstoli quòd víveret Dóminus, & visus esset à María.

Ant. 6. F. Venit María Magdaléne annúntians discípulis, Quia vidi Dóminum.

Capitulum. Act. 10.

QUem occidérunt suspendentes in ligno, hunc Deus suscitávit tértiâ die, & dedit eum manifestum fieri.

Hymnus, María sacro. 193.

℣. Narrábo nomen tuum frátribus meis: ℟. In médio ecclésiæ laudábo te.

Ad Magníf. *Ant.* 8. *G.* Erant Apóstoli perseverantes unanímiter in oratióne cum muliéribus; & repléti sunt omnes Spíritu sancto.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Deinde fit commem. sancti Apollinaris, Episcopi & Martyris: Ant. Ecce Deus salvátor meus, fiduciáliter agam, & non timébo; quia fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, & factus est mihi in salútem.

℣. In Deo sperávi, ℟. Non timébo quid fáciat mihi caro.

Oratio, Deus, qui hunc diem. *infrà.*

DIE XXIII.

In Festo

S. APOLLINARIS, Episcopi & Martyris.

Simplex.

Ut in Communi unius Martyris. vj.

Oratio.

DEus, qui hunc diem beáti Apollináris Sacerdotis & Martyris tui pretiósâ morte consecrasti: tribue nobis fámulis tuis, ut cujus venerandam celebrámus festivitatem, précibus ejus indulgéntiam consequámur; Per.

DIE XXV.

In Festo

SANCTI JACOBI, (*Zebed.*) Apóstoli.

Duplex-majus.

Omnia de Communi Apostolorum, præter ea quæ hìc habentur propria.

Pridiè ad Magníficat. *Ant.* 1. Procédens Jesus, vidit Jacóbum & Joannem fratrem ejus in navi, cum Zebedæo patre eórum, reficientes rétia sua: & vocávit eos: illi autem, relíctis rétibus & patre, secúti sunt eum.

Oratio, Omnípotens *ut infrà.*

Fit commem. sancti Christophori, Mart. Ant. Ecce Deus. ℣. In Deo. viij.

Oratio, Adesto. viij.

Deindè sancti Cucufatis, Mart. Ant. Bonum. ℣. Adjútor. viij. *Oratio*, Annue. *ut infrà.*

Posteà Translationis sancti Germani, Episcopi.

Ant. Elégit. ℣. Beátus. xv.

Oratio, Deus, qui nos. *infrà.*

Ad Bened. Ant. 3. a. Cálicem quem ego bibo, bibetis; & baptismo quo ego baptizor, baptizabímini.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Apostolórum tuórum primítias beáti Jacóbi sánguine dedicasti: da, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, ejus semper & confessióne firmári, & patrocíniis confovéri; Per Dóminum.

Pro commem. sancti Christophori, Antiph. Bonum. ℣. Adjútor. *Oratio*, Adésto. viij.

Pro S. Cucufate, Ant. Justum. ℣. Posuisti. x.

Oratio.

ANnue, quæsumus, omnípotens Deus, ut sicut beátus Martyr tuus Cúcufas ígnium globos, te protegente, evásit; ita fidélis pópulus, ab hujus sǽculi adversitátibus, te auxiliante, liberétur; Per.

Pro Translatione sancti Germani, Ant. Ego sum. ℣. Elégit. xvij.

Oratio.

DEus, qui nos sancti Pontíficis Germáni & doctrinâ pascis, & prótegis præsídio: éxcita in Translatióne córporis ejus, quam adhuc spirant sacri cíneres pietátem, ejusque précibus ab omni nos adversitáte custódi; Per Dóminum.

EXTRA METROP. VESP. *de Communi Apostolorum.*

Post Hymnum, ℣. Pro pátribus tuis nati sunt tibi fílii: ℟. Constítues eos príncipes super omnem terram.

Ad Magníf. *Ant.* 4. *D.* Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia; occídit autem Jacóbum fratrem Joannis, gládio.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commem. Translationis sancti Marcelli, Episc. Ant. In bonitáte & alacritáte ánimæ suæ plácuit Deo pro Israël: ídeò státuit illi testamentum pacis, príncipem sanctórum & gentis

suæ, ut sit illi sacerdótii dígnitas in ætérnum.

℣. Protéctor meus, & in ipso sperávi, ℟. Qui subdit pópulum meum sub me.

Oratio, Deus, qui hunc diem. *infrà*.

[In Metrop. *VESP.* *de sancto Marcello.*

Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.

Ant. 4. C. Cum esset júnior, nihil puerile gessit in ópere; sed pergébat ad templum, & ibi adorábat Dóminum.

Ant. 7 a. Crevit puer & benedixit ei Dóminus; cœpitque Spíritus Dómini esse cum eo.

Ant. 6. F. Erat minister in conspectu Dómini ante faciem sacerdótis.

Ant. 3. à. Amplificávit oblatiónem excelsi Regis: porrexit manum suam in libatióne, & libávit de sánguine uvæ.

Ant. 4. E. Effúdit in fundamento altáris odórem divínum Excelso Príncipi.

Capitulum. I. Tim. 3.

Qui bene ministráverint, gradum bonum sibi acquírent, & multam fidúciam in fide, quæ est in Christo Jesu.

℟. Hæc dicit Dóminus: * Elégi eum ex ómnibus mihi in sacerdótem, ut ascénderet ad altáre meum, & adoléret mihi incensum: & portáret Ephod. ℣. Non de ómnibus dico; ego scio quos elégerim: * Elégi. Glória. * Elégi.

Hymnus, Christe, Pastórum. *ut in Communi*, xv.

℣. Protéctor meus, & in ipso sperávi, ℟. Qui subdit pópulum meum sub me.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. In bonitáte & alacritáte ánimæ suæ plácuit Deo pro Israël: ideò státuit illi testaméntum pacis, príncipem sanctorum & gentis suæ, ut sit illi sacerdótii dígnitas in ætérnum.

Oratio.

Deus, qui hunc diem honorábilem nobis in beáti Marcelli Pontíficis Translatióne tribuisti: da, quæsumus, Ecclésiæ tuæ in hac celebritáte lætítiam; ut cujus membra pio amóre venerátur in terris, ejus intercessiónibus sublevétur in cœlis; Per Dóminum nostrum.

Pro commem. sancti Jacobi, *Ant.* Misit.

℣. Pro pátribus.

Oratio, Omnípotens, *suprà*, 198.

DIE XXVI.
In Translatione
SANCTI MARCELLI.
Semiduplex.
[IN METROP. *Solemne-minus.*]

AD LAUDES.

Ant. 1. a. VIr amátor civitátis, & benè áudiens, pro affectu pater appellabátur.

Ant. 4. f. Curavit gentem suam, & liberávit eam à perditióne; & adeptus est glóriam in conversatióne gentis.

Ant. 7. d. Símilem illum fecit Dóminus in glória sanctórum, & magnificávit eum in timóre inimicórum, & in verbis suis monstra placávit.

Ant. 2. D. Sanctificábat illos, consurgensque offerébat holocausta, dicébat enim: Ne fortè peccáverint.

Ant 6. *C.* Quàm bonum est argúere, & confiténtem in oratióne non prohibére! Quam bonum est correptum manifestáre pœniténtiam!

Capitulum. Ezech. 33.

FIli hominis, dic ad domum Israël: Vivo ego, dicit Dóminus Deus; nolo mortem ímpii, sed ut convertátur ímpius à via sua, & vivat. Convertímini, convertímini à viis vestris péssimis: & quare moriémini, domus Israël?

Hymnus, Jesu, Sacerdótum decus. xvj.

℣. Justítiam tuam non abscondi in corde meo: ℟. Veritátem tuam & salutáre tuum dixi.

Ad Bened. *Ant.* 5. C. Manus suas éxtulit in omnem congregatiónem filiórum Dei dare glóriam Deo à lábiis suis, & in nómine ipsíus gloriári.

Oratio.

DEus, qui hunc diem honorábilem nobis in beáti Marcelli Pontíficis Translatióne tribuisti: da, quæsumus, Ecclésiæ tuæ in hac celebritáte lætítiam; ut cujus membra pio amóre venerátur in terris, ejus intercessiónibus sublevétur in cœlis; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 1. a. Vir.

AD TERTIAM.

Ant. 4. f. Curávit.

Capitulum. II. Cor. 1.

GLória nostra hæc est, testimónium consciéntiæ nostræ, quòd in simplicitáte cordis, & sinceritáte Dei, & non in sapiéntia carnáli, sed in grátia Dei conversáti sumus in hoc mundo; abundántiùs autem ad vos

℟. *br.* Veníte, filii, * Audíte me, * Allelúia, allelúia. Veníte. ℣. Timórem Dómini * docébo vos, * Allelúia. Glória Patri. Veníte.

℣. Constitútus sum super Sion montem sanctum ejus, ℟. Prædicans præceptum ejus.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Similem.

Capitulum. Sap. 16.

Filios tuos, nec dracónum venenatórum vicérunt dentes; misericórdia enim tua advéniens sanabat illos. In memória enim sermónum tuórum examinabantur, & velóciter salvabantur.

℟. *br.* Stetit, & placávit; * Et cessávit quassátio, * Allelúia, allelúia. Stetit. ℣. Et reputátum est ei in justítiam, * Allelúia. Glória Patri. Stetit.

℣. Credidérunt verbis Dómini, ℟. Et laudavérunt laudem ejus.

AD NONAM.

Ant. 6. C. Quàm bonum est.

Capitulum. Prov. 28.

Qui abscondit scélera sua, non dirigétur; qui autem conféssus fúerit, & relíquerit ea, misericórdiam consequetur.

℟. *br.* Dixi iníquis: * Nolíte iníquè ágere, * Allelúia, allelúia. Dixi. ℣. Et delinquéntibus: * Nolíte exaltáre cornu, * Allelúia. Glória Patri. Dixi.

℣. Docébo iníquos vias tuas; ℟. Et ímpii ad te converténtur.

AD II. VESPERAS.

Antiph. de Communi Pontificum. xviij.

Capitulum. IV. Reg. 19.

HÆc dicit Dóminus: Protegam urbem hanc & salvábo eam propter me & servum meum.

Hymnus, Christe xv.

℣. Dómine Deus, ne avérteris fáciem Christi tui: ℟. Memento misericordiárum servi tui.

Ad Magnif. Ant. 6. F. Hic est fratrum amátor & pópuli: hic est qui multùm orat pro pópulo & univérsa civitáte.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commem. sanctorum Georgii & Soc. Martyrum. *Ant.* Cùm vos. ℣. Viríliter. *ut in Communi*, xj. *Oratio*, Omnípotens sempiterne Deus. xiij.

[Extra Metrop. *ubi fit de sancto Marcello ritu semiduplici, omnia ut suprà.*

Ad Horas, *omitt.* Allelúia. *in* ℟℟℟. *br.*]

DIE XXVII.

In Festo SS. Martyrum GEORGII, AURELII, FELICIS, NATALIÆ & LILIOSÆ.

Simplex.

Oratio, Omnípotens sempiterne. xij.

VESPERÆ *de sequenti.*

DIE XXVIII.

In Festo SS. JOACHIM & ANNÆ, Parentum B. Mariæ Virg.

Duplex-minus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.

Ant. 6. F. EGo Dóminus qui appárui Abraham, Isaac & Jacob, in Deo omnipotente: recordátus sum pacti mei.

Ant. 8. *G.* Ego ero vobis in Deum; ut súscitem juramentum quod jurávi pátribus vestris.

Ant. 3. a. Abraham patrem vestrum unum vocávi, & benedixi ei, & multiplicávi eum.

Ant. 7. c. Respíciam vos & créscere fáciam: & firmábo pactum meum vobiscum.

Ant. 1. *f.* Germináre fáciam David germen justitiæ: multiplicábo semen David servi mei.

Capitulum. Is. 55.

INclináte aurem vestram, & veníte ad me: audíte, & vivet ánima vestra; & fériam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fidéles.

℟. Ecce dies veniunt, dicit Dóminus: & * Suscitábo David germen justum; & regnábit rex, & † Fáciet judícium & justítiam in terra. ℣. Dabo vobis sancta David fidélia: * Suscitábo. Glória Patri. † Fáciet.

Hymnus.

REgále Davídis genus,
Et cónjugum par nóbile
Mundo datúri Vírginem,
Matrem futúram Núminis:
Qui sacra nectit víncula,
Vos jungit ínnocens amor;
Piosque sensus ápprobans
Divínus aspírat favor.
Virtúte solâ dívites
Non vos opú fallax decus;
Sed corde fervens cáritas,
Et casta commendat fides.
Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Jurávi in sancto meo, si David méntiar: ℟. Semen ejus in æternum manébit.

Ad Magníf. *Ant.* 1. g. Egrediétur virga de radíce Jesse, & flos de radíce ejus ascendet, & requiéscet super eum Spíritus Dómini.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commemor. sancti Sampsonis, Episcopi. Ant. Elégit. ℣. Beátus. xv. *Oratio*, Dírige. *infrà.*

AD LAUDES.

Ant. 1. g. Laudémus gloriósos parentes in generatióne sua, quorum pietátes non defuérunt.

Ant. 2. D. Semen benedictórum Dómini est, & nepótes eórum cum eis.

Ant. 4. A. Dívites virtúte glóriam adepti sunt, & in diébus suis habentur in láudibus.

Ant. 6. C. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eórum.

Ant. 8. G. Cum sémine eórum pérmanent bona: semen eórum & glória eórum non derelinquétur.

Capitulum. Rom. 9.

Non omnes qui ex Israël sunt, ii sunt Israelítæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes fílii; sed in Isaac vocábitur tibi semen. Id est, non qui fílii carnis, hi fílii Dei; sed qui fílii sunt promissiónis, æstimantur in sémine.

Hymnus, Regále. 202.

℣. Dóminus fáciens misericordiam christo suo David, ℟. Et sémini ejus usque in séculum.

Ad Bened. *Ant.* 1, D. Benedíctus Dóminus Deus Israël, quia erexit cornu salútis nobis in domo David púeri sui.

Oratio.

Deus, qui beátis Jóachim & Annæ tantam grátiam conferre dignátus es, ut ex eis unigéniti Fílii tui mater nascerétur: concéde propítius, ut quorum festivitátem celebrámus, eórum précibus promissam in Christo salútem consequámur; Per eumdem.

Deindè fit commem. sancti Sampsonis, Ant. Ego sum. ℣. Elégit. xvij.

Oratio.

Dirige oves tuas, Dómine, in viam salútis ætérnæ, quam beáti Pontíficis Sampsónis vita cum doctrína monstrávit: & fac nos, eódem intercedente, sic ejus súbsequi vestígia, ut cum ipso coronári mereámur; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 1, g. Laudémus.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Semen.

Capitulum. Act. 3.

VOs estis filii Prophetárum, & testamenti quod dispósuit Deus ad pátres nostros, dicens ad Abraham : Et in sémine tuo benedicentur omnes famíliæ terræ.

℟. *br.* Beáta gens * Cujus est Dóminus Deus ejus. Beáta gens. ℣. Pópulus quem elégit * in hæreditátem sibi, * Cujus. Glória Patri. Beáta.

℣. Firmamentum est Dóminus timéntibus eum, ℟. Et testamentum ipsius ut manifestétur illis.

AD SEXTAM.

Ant. 4. A. Divites virtúte.

Capitulum. Eccli. 10.

SEmen hóminum honorábitur hoc, quod timet Deum : semen autem hoc exhonorábitur, quod præterit mandáta Dómini.

℟. *br.* Custodiébant * Testimónia ejus. Custodiébant. ℣. Et præceptum quod dedit illis, * Testimónia ejus. Glória. Custodiébant.

℣. In nómine tuo exultábunt totâ die, ℟. Quóniam glória virtútis eórum tu es.

AD NONAM.

Ant. 8. G. Cum sémine.

Capitulum. Prov. 17.

COróna senum filii filiórum ; & glória filiórum patres eórum.

℟. *br.* Hæc est generátio * Quæréntium Dóminum. Hæc est generátio. ℣. Quæréntium * fáciem Dei Jacob, * Quæréntium Dóminum. Glória. Hæc est.

℣. Plantáti in domo Dómini, ℟. In átriis domûs Dei nostri florébunt.

AD II. VESPERAS.

Ant. 3. a. EXcelsus jurejurando dedit Abrahæ glóriam in gente sua, & ut stellas exaltáre semen ejus.

Ant. 1. D. In Isaac eódem modo fecit : benedictiónem ómnium géntium dedit illi, & testamentum confirmávit super caput Jácob.

Ant. 4. d. Quæ ad patres repromíssio facta est, hanc Deus adimplévit fíliis.

Ant. 8. c. Státuit testamentum David regi filio Jesse de tribu Juda ? heréditas ipsi & sémini ejus.

Ant. 6. F. Hujus Deus ex semine secundum promissiónem eduxit Israël salvatórem Jesum.

Capitulum. Rom. 9.

SUnt Israelítæ, quorum adóptio est filiórum, & glória, & testamentum, & legislátio,

legislátio, & obséquium, & promissa; quorum patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super ómnia Deus benedíctus in sécula. Amen.

℟. Deo grátias.

Hymnus.

PRomissa mundo gáudia
Jam sperat humánum genus:
Adsunt beáti cónjuges,
Orbique Christum præparant.

Hunc Anna votis ádvocans,
Summi parentem Núminis,
Tori fidélis præmium,
Favente cœlo, cóncipit.

Fœcunda radix púllulans
Florem tenellum próferet;
Qui lætus optáto dabit
Fructum salútis gérmine.

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Recordátus est Dóminus misericórdiæ suæ,
℟. Et veritátis suæ dómui Israël.

Ad Magníf. *Ant.* 7. a. Suscépit Deus Israël púerum suum, recordátus misericórdiæ suæ, sicut locútus est ad patres nostros, Abraham, & sémini ejus in sécula.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commem. sancti Lupi, Episc. Ant. Elegit. ℣. Beátus. *ut in Communi.* xv. *Oratio*, Deus, fidélium. xvij.

DIE XXIX.

In Festo

S. LUPI, EPISCOPI.

Semiduplex.

Oratio. Deus, fidélium. xvij.

DIE XXXI.

In Festo

S. GERMANI, Autissiodorensis Episcopi.

Duplex-majus.

[IN METROP. *Solemne-minus.*]

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.

Ant. ECce ego mittam 3. a. filiis Israël, piscatóres multos, dicit Dóminus; & post hæc mittam eis venatóres, & venabuntur eos de omni monte, & colle, & de cavernis petrárum.

Ant. 6. *C.* Audi, sacerdos magne, tu & amici tui, qui hábitant coram te: ecce enim ego addúcam servum meum.

Ant. 4. E. Abiit vagus in via cordis sui: vias ejus vidi, & sanávi eum, & reduxi eum, & réddidi con-

solatiónes lugéntibus ejus.

Ant. 5. C. Tolle virum, & pone manum tuam super eum; & dabis ei præcepta, cunctis vidéntibus, & partem glóriæ tuæ.

Ant. 1. D. Deosculátus est eum vir Dei, & ait: Ecce unxit te Dóminus super hæreditátem suam in príncipem; & hoc tibi signum: Insíliet in te Spíritus Dómini, & mutáberis in virum álium.

Capitulum. Rom. 9.

Dicit Deus: Miserébor cujus miséreor; & misericórdiam præstábo cujus miserébor. Igitur non est volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.

℟. Dóminus purgávit peccáta ipsíus, & exaltávit in æternum cornu ejus, & * Dedit illi sedem glóriæ in Israël. ℣. Superabundávit grátia Dómini nostri, cum fide & dilectióne. * Dedit illi. Glória Patri. * Dedit illi.

Hymnus.

Secli jam satis est munéribus datum:
Te, Germáne, suum, te répetit Deus;
Et mutáre sacro tela pedo jubet
Cæsis ébria béstiis.
Injectum cápiti rejícies onus
Frustrà. Non álium plebs sibi flágitat;
Rectórem móriens non álium pater
Orbo substítuit gregi.
Ergo quæ jáculis horrúerat diu,
Pastorále pedum jam récipit manus:
Velat sacra comas ínfula: fit novi
Germánus caput ágminis.
O morum súbitas non sine númine
Mirandasque vices! Pontífici novo
Fastus, deliciæ, nomen, opes, genus
Sordent: fit Deus ómnia.
Quæ vis blanda Dei te rápuit tibi,
Compressitque feros grátia spíritus,
Illábens ánimis subdat amábili
Christi nos páriter jugo.
Sit laus summa Patri, súmmaque Fílio;
Æterno páralis glória Flámini,
Quo spirante, sacer cordis ahénei
Mollit durítiem calor.
Amen.

℣. Glorificábo, Dómine, nomen tuum in æternum; ℟. Quia misericórdia tua magna est super me.

Ad Magnif. *Ant.* 7. G. Ecce ábstuli à te iniquitátem tuam : judicábis domum meam, & custódies átria mea, & dabo tibi ambulantes de his qui hìc assistunt.

Oratio.

DA nobis, Dómine, in hac sancti Germáni festivitáte, cœlestis grátiæ, quam ille verbis, opéribus & miráculis asséruit, præsens adesse præsídium; ut dum tanti Præsulis exempla mirámur & cólimus, ejus étiam fidem & actiónes imitémur; Per Dóminum nostrum.

Fit commem. sancti Ignatii, Presbyt. Ant. Notum fáciet. ℣. Oculi. xxx. *Oratio*, Dómine, Deus. xxxj.

AD LAUDES.

Ant. 1. g. FOrtis in bello, máximus in salútem electórum Dei, expugnáre insurgentes hostes, quam glóriam adeptus est in tollendo manus suas!

Ant. 8. *G.* Super eum factus est sermo Dómini in médio turbæ, & ait : Nolíte timére, nec paveátis hanc multitúdinem; non est enim pugna vestra, sed Dei.

Ant. 7. c. Dixit ad eos : Quod me fácere vidéritis, hoc fácite : vos quoque clángite, & conclamáte; & cœperunt clángere.

Ant. 5. C. Allelúia.

Canticum. Judic. 5.

QUi sponte obtulístis de Israël ánimas vestras ad perículum, * benedícite Dómino.

Nova bella elégit Dóminus, & portas hóstium ipse subvertit : * clypeus & hasta si apparúerint in míllibus Israël.

Cor meum díligit príncipes Israël : * qui própria voluntáte obtulístis vos discrímini, benedícite Dño.

Qui sedétis in judício, * qui ambulátis in via, loquímini.

Ubi collísi sunt currus, & hóstium suffocátus est exércitus; * ibi narrentur justítiæ Dómini, & cleméntia in fortes Israël.

Tunc descendit pópulus Dómini ad portas, * & obtínuit principátum.

Salvátæ sunt relíquiæ pópuli : * Dóminus in fórtibus dimicávit.

Sic péreant omnes inimíci tui, Dómine, * qui autem díligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rútilent.

Ant. Allelúia : salus & glória & virtus Deo nostro est. Et íterùm dixérunt : Allelúia.

Ant. 6. F. Cùm personárent, ómnia castra turbáta sunt, & vociferantes ululantesque fugérunt.

Capitulum. I. Mach. 3.

NOn est differéntia in conspectu Dei cœli, liberáre in multis & in paucis; quóniàm non in multitúdine exércitûs victória belli, sed de cœlo fortitúdo est.

Hymnus.

MItte pro caro sólitas ovíli,
Póntifex, curas, (Deus ipse mandat)
Et laboranti fer opem Britanno
Prótinùs orbi.

Hìc venenóso furiále monstrum
Inficit latè loca cuncta flatu,
Dùm triumphanti sua jura Christo
Præripit audax.

Te tamen paulùm Genovéfa sistet,
Nec moræ déerit prétium: puellam
Núminis templum venerandus augur
Ritè sacrábis.

Ut Lupo Præsul comitante tristes
Attigit terras, úlulans fugátur
Error: attríto caput hoste victrix
Grátia tollit.

Intérim Pictæ, fera gens, opímis
Hórridam stragem minitantur agris:
Ne tamen vano trépides timóre,
Anglica tellus.

Ecce vitáli mádidam lavacro
Póntifex miles rápiens cohortem,
Bárbarum festis súbitò fugábit
Cántibus agmen.

O piæ robur fídei, vel ipsos
Efficax montes agitáre nutu!
His tuos gaudes decoráre signis,
Christe, ministros.

Summa laus Patri, genitóque Verbo;
Æquus ambórum sit honos Amóri,
Qui sacros Christi púgiles superno
Róbore firmat.
Amen.

℣. Déxtera tua, Dómine, magnificáta est in fortitúdine: ℟. Déxtera tua, Dómine, percussit inimícum.

Ad Bened. *Ant.* 7. G. Servus Dómini confidentem (hostem) in poténtia sua & in exércitu suo non ferro pugnando, sed précibus sanctis orando dejécit.

Oratio.

DA nobis, Dómine, in hac sancti Germáni festivitáte, cœléstis grátiæ, quam ille verbis, opéribus & miráculis asséruit, præsens adesse præsídium; ut dum tanti Præsúlis exempla mirámur & cólimus, ejus étiam fidem & actiónes imitémur; Per.

Pro commemor. sancti Ignatii, Antiph. Fidúciam. ℣. Emitte. *Oratio*, Dómine Deus. xxxj.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. Fortis in bello.

Canon ad Calcem.

AD TERTIAM.

Ant. 8. G. Super eum.

Capitulum. Deut. 20.

SI exíeris ad bellum.... appropinquante prælio, stabit sacerdos ante áciem, & sic loquetur ad pópulum: Audi, Israël; vos hódiè contra inimícos vestros pugnam commíttitis: non pertimescat cor vestrum; nolíte metúere; nolíte cédere, nec formidétis eos; quia Dóminus Deus vester in médio vestri est, & pro vobis contra adversários dimicábit, ut éruat vos de perículo.

[EXTRA METROPOL. ℞℞. *br.* dicuntur *sine* Allelúia.]

℞. *br.* In nómine tuo, Dómine, * Spernémus insurgentes in nobis, * Allelúia, allelúia. In nómine tuo. ℣. Non enim in arcu sperábo, * Allelúia. Glória. In nómine.

℣. In Deo faciémus virtútem; ℞. Et ipse ad níhilum dedúcet inimícos nostros.

AD SEXTAM.

Ant. 7. c. Dixit ad eos.

Capitulum. Num. 10.

FIlii Aaron sacerdótes clangent tubis: eritque hoc legítimum sempitérnum in generatiónibus vestris. Si exiéritis ad bellum de terra vestra contra hostes qui dimicant adversum vos, clangétis ululántibus tubis; & erit recordátio vestri coram Dómino Deo vestro, ut eruámini de mánibus inimicórum vestrórum.

℞. *br.* Egressus es in salútem * Cum Christo tuo, Dómine, * Allel., allel. Egressus es. ℣. Maledixisti ímpio, * cápiti bellatórum ejus, * All. Glória. Egressus.

℣. Dóminus Deus ejus cum eo est: ℞. Clangor victóriæ regis in illo.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Cum personárent.

Capitulum. Eccli. 46.

INvocávit Dóminum omnipoténtem in oppugnándo

FESTA AUGUSTI.

DIE 1. AUGUSTI.
In Festo
SANCTI PETRI,
Apostoli, ad Vincula.
Duplex-minus
Psalmi de Feria in toto Officio.

[*Si habeat I. VESP. dicuntur ut sequitur.*

Ant. 7. c. DAbo te pópulo huic in murum æreum, & bellábunt adversum te, & non prævalébunt.

Ant. 4. *D.* Ne tímeas, serve meus, neque páveas; quia ecce ego salvábo te.

Ant. 1. g. Liberábo te; éruens liberábo te, & gládio non cades.

Ant. 2. D. In die illa cónteram jugum de collo tuo, & víncula dirúmpam.

Ant. 8. *G.* Ego ante te ibo, & gloriósos terræ humiliábo: portas æreas cónteram & vectes férreos confríngam.

Capitulum. Jerem. 1.

EGo dedi te hódiè in civitátem munítam, & in columnam férream, & in murum æreum super omnem terram, régibus Juda, princípibus ejus, & sacerdótibus, & pópulo terræ: & bellábunt adversum te, & non prævalébunt, quia ego tecum sum, ait Dóminus, ut líberem te.

℟. Eris quasi os meum, dicit Dóminus: converténtur ipsi ad te, & tu non convertéris ad eos: * Ego verò tecum sum, ut salvem te, & éruam te. ℣. Dixit Jesus Petro: Cùm esses júnior, cingébas te, & ambulábas ubi volébas; cùm autem senúeris, álius te cinget: * Ego verò. Glória Patri. * Ego verò.

Hymnus.

QUi Christiáno gloriantur nómine,
Aliéna frustrà vincla captívos tenent;
Frustrà satelles servat insomnis fores:
Inter catenas mente stant libérrimâ.
Ornant revinctos, invidendæ cómpedes;
Nec ponderósæ, quas amor leves facit:
Non densa tetri cárceris nox obsidet,
Æterna summo quos manet cœlo dies.
Dulces catenæ! quæ reum non arguunt,

Sed Christi amantem quæ probant Apóstolum :
Regum corónis, áureis monílibus,
Vos sacra plúris æstimámus víncula.
Patri suprémo sit supréma glória,
Tibíque laudes totus orbis cóncinat,
Ætérne Fili, splendor ætérni Patris :
Compar sit almo laus decúsque Flámini.
Amen.

℣. Dómine Deus meus, *ut suprà*. 211.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Dóminus Deus, *ut suprà*. 211.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commem. sancti Germani, *Ant.* Memória ejus. ℣. Transíbo. 211. *Oratio*, Da nobis, Dómine. 209.

AD LAUDES.

Ant. 2. D. MIsit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia; appósuit autem ut apprehénderet & Petrum, quem misit in cárcerem.

Ant. 3. c. Petrus servabátur in cárcere ; orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo.

Ant. 6. F. Cùm productúrus eum esset Heródes, in ipsa nocte erat Petrus dórmiens inter duos mílites, vinctus caténis duabus.

Ant. 7. d. Angelus Dómini ástitit, & lumen refúlsit in habitáculo ; percussóque látere Petri, excitávit eum, & cecidérunt caténæ de mánibus ejus.

Ant. 5. a. Dixit Angelus ad eum : Circúmda tibi vestiméntum tuum, & séquere me. Et éxiens sequebátur eum, & nesciébat quia verum est quod fiébat per Angelum.

Capitulum. Sap. 10.

SApiéntia justum non derelíquit, sed à peccatóribus liberávit eum ; descendítque cum illo in fóveam, & in vínculis non derelíquit illum.

Hymnus.

PEtrum, tyránne, quid caténis óbruis,
Jubésque condi cárceris nigro specu ?
Quid trux satellés ante limen éxcubat ?
Carcer, satelles, víncla non Petrum tenent.
Fulgens ab alto venit Ales æthere ;
Recedit horror, & fugat noctem dies :
Jubente Christo, rupta víncla cóncidunt ;
Panduntur ultrò clausa ferro límina.

Cœlestis ille ductor ostendit viam :
It Petrus ; atque sómnium quod fit, putat :
Verùm, receptâ mente, victrícem Dei
Suæ salutis certus agnoscit manum.
Lux nostra, Christe, nostra libertas, vides
Quibus caténis vínciant nos crímina,
Et quanta nostris incubet nox méntibus :
Cæcis diem fer, rumpe vinctis víncula.
Patri suprémo sit supréma glória,
Tibique laudes totus orbis cóncinat :
Æterne Fili, splendor æterni Patris :
Compar sit almo laus decusque Flámini.
Amen.

℣. Dirupisti víncula mea : ℟. Tibi sacrificábo hóstiam laudis.

Ad Bened. *Ant.* 5. C. Petrus, ad se reversus, dixit : Nunc scio verè quia misit Dóminus Angelum suum, & erípuit me de manu Heródis ; & de omni expectatióne plebis Judæórum.

Oratio.

DEus, qui beátum Petrum Apóstolum, à vínculis absolútum, illæsum abíre fecisti : nostrórum, quæsumus, absolve víncula peccatórum ; ut, ab eórum néxibus expedíti, viam mandatórum tuórum líberâ mente currámus ; Per.

Fit commem. SS. Machabæorum, *Ant.* Rex mundi defunctos nos pro suis légibus in æternæ vitæ resurrectióne suscitábit.

℣. Judicábit Dóminus pópulum suum, ℟. Et in servis suis deprecábitur.

Oratio.

FRaterna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna lætíficet, quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtútum, & multíplici nos suffrágio consolétur ; Per Christum.

Deindè sancti Exuperii, *Ant.* Ego sum óstium : per me si quis introíerit, salvábitur ; & ingrediétur, & egrediétur, & páscua invéniet.

℣. Elégit Dóminus servum suum, ℟. Páscere hæreditátem suam.

Oratio.

EXaudi, quæsumus, Dómine, preces nostras quas in beáti Exupérii Pontíficis, festivitáte deférimus : & qui tibi dignè méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absolve pec-

cujus; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 2. D. Misit.

AD TERTIAM.

Ant. 3. c. Petrus.

Capitulum. Jac. 5.

ORáte pro ínvicem, ut salvémini; multùm enim valet deprecátio justi, assídua.

℟. *br.* Clamavérunt justi, * Et Dóminus exaudívit eos. Clamavérunt. ℣. Et ex ómnibus tribulatiónibus eórum * liberávit eos, * Et. Glória. Clamavérunt justi.

℣. Exaudívit páuperes Dóminus, ℟. Et vinctos suos non despexit.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Cùm productúrus.

Capitulum. Jerem. 17.

ECce ipsi dicunt ad me: Ubi est verbum Dómini? véniat. Et ego non sum turbátus, te pastórem sequens, & diem hóminis non desiderávi.

℟. *br.* In pace in idipsum * Dórmiam & requiéscam. In pace. ℣. Quóniam tu, Dómine, * singuláriter in spe constituisti me, * Dórmiam. Glória. In pace.

℣. Deus meus, in te confído, non erubéscam; ℟. Neque irrídeant me inimíci mei.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Dixit Angelus.

Capitulum. Genes. 49.

DIssolúta sunt víncula brachiórum, & mánuum illíus per manus Poténtis Jacob.

℟. *br.* Misit de cœlo Dóminus. * Et liberávit me. Misit. ℣. Dedit in oppróbrium * conculcantes me, * Et liberávit me. Glória. Misit.

℣. Salvum me fecit Dóminus, ℟. Quóniàm vóluit me.

AD II. VESPERAS.

Ant. 8. *G.* USque ad mortem periclitátus sum, & liberátus sum grátiâ Dei.

Ant 5. C. Dóminus mihí ástitit, & liberatus sum de ore leónis.

Ant. 6. F. Factus es mihi adjútor, Dómine; & liberasti me à rege iníquo.

Ant. 1. g. Liberasti me secundum multitúdinem misericórdiæ nóminis tui, de mánibus quæréntium ánimam meam.

Ant. 3. a. Cantáte Dómino, laudáte Dóminum: quia liberávit ánimam páuperis de manu malórum.

Capitulum. II. Reg. 22.

PRævénit me in die afflictiónis meæ, & factus est Dóminus firma-

mentum meum, & eduxit me in latitúdinem: liberávit me, quia complácui ei.

Hymnus, Petrum. 213.

℣. Deus, edúcis me ab inimícis meis; ℟. Proptéreà confitébor tibi in géntibus.

Ad Magníf. Ant. 4. D. Narrávit Petrus quómodò Dóminus eduxisset eum de cárcere, dixitque: Nuntiáte Jacobo & frátribus hæc; & egressus ábiit in álium locum.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commem. sancti Stephani, Papæ & Martyris, Ant. Ecce Deus salvátor meus. ℣. In Deo. vij. *Oratio*, Deus, cujus grátia. viij.

DOMINICA I. AUGUSTI.

Id est quæ vel in ipsis Calendis aut post Calend. propior accidit, (nisi occurrat Festum Transfigurationis) fit Officium

SUSCEPTIONIS SANCTÆ CRUCIS.

Duplex-minus.

[In Metrop. *Dupl. maj.*]

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Sabbato.

Ant. 8. G. Radix Jesse, qui stat in signum populórum, ipsum gentes deprecabuntur & erit sepulcrum ejus gloriósum.

Ant. 3. a. Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est spécies ei; neque decor.

Ant. 4. E. Sicut ovis ad occisiónem ducétur; & quasi agnus coram tondente se, non apériet os suum.

Ant. 1. D. Si posúerit pro peccáto ánimam suam, vidébit semen longævum; & voluntas Dómini in manu ejus dirigétur.

Ant 7. d. Justificábit ipse justus multos, & iniquitátes eórum ipse portábit.

Capitulum. Is. 11.

Levábit Dóminus signum in natiónes, & congregábit prófugos Israël, & dispersos Juda cólliget à quátuor plagis terræ.

℟. Filius hóminis tradétur princípibus Sacerdótum & Scribis; & condemnábunt eum morte, & * Tradent eum géntibus ad crucifigendum, & † Tértiâ die resurget. ℣. Occidétur Christus; & non erit ejus pópulus, qui eum negatúrus est: * Tradent. Glória. † Tértiâ die.

Hymnus.

Crux alma, salve, Crux venerábilis,
Torrente Christi sánguinis ébria;

Testis

Testis dolórum, tu supréma
Verba Dei morientis audis.
Tu celsa sedes, undè suos docet;
Vitális, in quo nos péperit, torus;
Currus triumphantis, tribúnal
Júdicis, atque litantis ara.
Non rapta, cæsis hóstibus, ímpia
Hìc arma fulgent; nec dómiti duces
Graves caténis hìc trahuntur:
Nobílior Crucis est triumphus.
Orbis redempti quália pígnora!
Crux tincta Christi sánguine adhuc madet:
Speráte, mortáles; salútem
Plena necis monumenta præstant.
Crux certa Cœli sémita, quæ Patris
Thronum petenti pandis iter Deo:
Nunc álterâ nobis nefas est
Ire viâ malè delicátos.
Laus summa Patri, qui creat ómnia,
Natoque mundum qui réparat Cruce:
Qui cuncta replet, summa sancto
Spirítui: tribus una semper. Amen.

℣. Accípere ánimam meam consiliáti sunt;
℞. Ego autem sperábo in te, Dómine.

Ad Magníficat. *Ant.* J. Ego quasi agnus qui portátur ad víctimam; cogitavérunt super me consília, dicentes: Eradámus eum de terra vivéntium, & nomen ejus non memorétur ámpliùs.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commem. Sabbati ante Dominicam occurrentem.
[*Si transferatur, fit commem. SS. Hippolyti, & Soc. Mart. Ant.* Cùm vos óderint. ℣. Viríliter. xj. *Oratio*, Deus cujus Unigénitus. 231.

AD COMPLETORIUM, *in fine Hymni, Doxologia:*

Qui per Crucem nos líberas,
Fili, tibi laus máxima
Cùm Patre; nec tibi minor
Laus, utriusque Spíritus.
Amen.

AD LAUDES.

Ant. CHristus mórtuus 7. ç. est pro peccátis nostris, & resurrexit tértiâ die secundum Scripturas.

Ant. 4. E. Humiliávit

Redemisti in bráchio tuo pópulum tuum.

AD II. VESPERAS.

Ant. JEsus, convocátâ 1. a. turbâ cum discípulis suis, dixit eis: Si quis vult me sequi, dénegat semetipsum, & tollat crucem suam.

Ant. 2. D. Qui non áccipit crucem suam, & séquitur me, non est me dignus.

Ant. 7. c. Qui sunt Christi, carnem suam crucifixérunt cum vítiis & concupiscéntiis.

Ant. 4. C. Ut Deo vivam, Christi confixus sum cruci: vivo autem, jam non ego; vivit verò in me Christus.

Ant. 4. E. Quòd ego nunc vivo in carne, in fide vivo Fílii Dei, qui diléxit me, & trádidit semetipsum pro me.

Capitulum. I. Petr. 4.

CHristo passo in carne, & vos eâdem cogitatióne armámini; quia qui passus est in carne, désiit à peccátis: ut jam non desidériis hóminum, sed voluntáti Dei, quod relíquum est in carne vivat témporis.

Hymnus, Crux alma. *ut suprà.* 216.

℣. Propter te, Dómine, mortificámur totâ die: ℟. Exurge, Dómine, adjuva nos.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Currámus per patientiam ad propositum nobis certámen, aspicientes in auctórem fídei, & consummatórem Jesum, qui propósito sibi gáudio, sustínuit Crucem, confusióne contemptâ.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commemoratio Dominicæ occurrentis.

DIE II.

In Festo SANCTI STEPHANI, Papæ & Martyris.

Simplex.

Ut in Communi unius Martyris.

Oratio, Deus, cujus grátia. viij.

DIE III.

In Inventione Corporis SANCTI STEPHANI, PROTOMARTYRIS.

Duplex-minus.

Omnia ut in Communi unius Martyris. v. *exceptis quæ sequuntur.*

IN I. VESPERIS.

Post Hymnum. ℣. In Deo sperávi: ℟. Non timébo quid fáciat mihi caro.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. In tribulatióne mea invocábo Dóminum, & ad Deum meum clamábo,

[illegible]audiet de templo suo vocem meam.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD LAUDES.

Post Hymnum, ℣. Scuto bonæ voluntátis tuæ ℟. Coronasti eum, Dómine.

Ad Bened. *Ant.* 7. G. Exclamantes voce magnâ, continuérunt aures suas, & ímpetum fecérunt unanímiter in Stéphanum; & ejicientes eum extra civitátem, lapidábant.

Oratio.

OMnípotens sempiterne Deus, qui primítias Mártyrum in beáti Levítæ Stéphani sánguine dedicasti: tribue, quæsumus, ut pro nobis intercessor exístat, qui pro suis étiam persecutóribus exorávit Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum; Qui tecum.

AD II. VESPERAS.

Post Hymnum, ℣. Omnia ossa mea dicent: ℟. Dómine, quis símilis tibi?

Ad Magnífic. *Ant.* 6. F. Poténtiâ nemo vicit illum, nec superávit illum verbum áliquod: & mórtuum prophetávit corpus ejus.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commemoratio sancti Dominici, *Ant.* Notum. ℣. Oculi. xxx. *Oratio*, Deus, qui. *infrà.*

DIE IV.

In Festo

SANCTI DOMINICI, PRESBYTERI, Institut. Ord. Prædicat.

Semiduplex.

Ut in Communi Justorum.

AD LAUDES *post Hymnum*, ℣. Emitte. *Ad* Benedictus. *Ant.* Fidúciam. xxxj.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici illumináre dignátus es méritis & doctrínis: concéde ut ejus intercessióne, temporálibus non destituátur auxíliis, & spirituálibus semper profíciat increméntis; Per Dóminum.

VESP. à Capitulo de sancto Ionio, ut in Communi unius Mart. vj. *Oratio*, Deus, à quo. viij.

Fit commem. sancti Dominici, *Ant.* Operátus est. ℣. Sacerdótes. xxxiij. *Oratio*, Deus, qui Ecclésiam. *ut suprà.*

Deindè sancti Memmii, Episcopi, *Ant.* Elégit ipsum Dóminus ab omni vivente offerre sacrifícium Deo, incensum & bonum odórem pro pópulo suo.

℣. Beátus quem elegisti

& assumpsisti : ℟. Inhabitábit in átriis tuis.

Oratio, Præsta. *infrà*.

DIE V.

In Festo

SANCTI IONII,

Presbyteri & Martyris.

Semiduplex.

Ut in Communi unius Martyris. Oratio, Deus, à quo. viij.

In Laud. pro comm. sancti Memmii, Ant. Ego sum óstium : per me si quis introíerit, salvábitur ; & ingrediétur & egrediétur, & páscua invéniet.

℣. Elégit Dóminus servum suum, ℟. Páscere hæreditátem suam.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut beáti Mémmii, Pontíficis, natalítia venerantes, & fídei muniámur auxílio, & caritátis proficiámus exemplo ; Per Dóminum.

VESPERÆ *de sequenti*.

DIE VI.

In Festo

TRANSFIGURATIONIS DOMINI.

Duplex-majus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria ; & sic in toto Officio.

Ant. 5.C. MAgnália sapiéntiæ suæ decorávit Dóminus. Quàm considerabília sunt ! & quis satiábitur videns glóriam ejus ?

Ant. 1. g. Laudis ejus plena est terra : splendor ejus ut lux erit.

Ant. 2. D. Confundétur sol, cum regnáverit Dóminus in monte, & in conspectu senum suórum fúerit glorificátus.

Ant. 3. a Ipsi vidébunt glóriam Dómini, & decórem Dei nostri.

Ant. 6. F. Cánticum erit & lætítia cordis, & audítam fáciet Dóminus glóriam vocis suæ.

Capitulum. Isaïæ, 4.

IN die illa erit germen Dómini in magnificéntia & glória, & fructus terræ sublímis, & exultátio his qui salváti fúerint de Israel.

℟. Dicébat Jesus discípulis suis : Amen dico vobis ; sunt de hìc stántibus, qui * Non gustábunt mortem, donec vídeant regnum Dei véniens in virtúte. ℣. Pósuit óculum suum super corda illórum osténdere illis magnália óperum suórum : * Non gustábunt. Glória. * Non gustábunt.

Hymnus.

HOc, jussa quondàm rúmpimus,
Festo die, siléntia :
Celáta dudùm jam decet

Vulgáre nos mystéria.
Montis sub alto vértice,
Tribus vocáris téstibus,
O Christe, visus hactenùs
Terris homo, pates Deus.
Tuæ latens lucis jubar
Sacros in artus éffluit:
Vestis tuo te númine,
Tibique totus rédderis.
Cœlo tonante, prótinùs
Audíta summi vox Patris:
Te, nube ruptâ, Fílium,
Quo gloriátur, ásserit.
Hic est Magister ómnium,
Quem pronus orbis áudiat.
Siléte, mortáles; Deus
Qui nos docet, fatur Deus.
¶ Qui, nube ruptâ, te palàm
Natum vocávit, laus Patri;
Tibique Nato; nec minor
Laus utriusque Fláminis.
Amen.

℣. Apud te est, Dómine, fons vitæ; ℟. Et in lumine tuo vidébimus lumen.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. A seculo non audiérunt, neque áuribus percepérunt; óculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectántibus te.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commemoratio sancti Jonii, Ant. Justum. ℣. Posuisti. x. *Oratio,* Deus, à quo. viij.

Posteà sancti Xysti, Papæ & Martyris. Ant. Ecce Deus salvátor meus, fiduciáliter agam, & non timébo: quia fortitúdo mea, & laus mea Dóminus & factus est mihi in salútem.

℣. In Deo sperávi, ℟. Non timebo quid fáciat mihi caro.

Oratio, Quæsumus, omnípotens Deus. *infrà.*

AD COMPLETORIUM, *in fine Hymni, Doxologia* Qui, nube ruptâ. *ut suprà.*

AD LAUDES.

Ant. 1. g. FIlii Sion, exultáte, & lætámini in Dómino Deo vestro, quia dedit vobis doctórem justítiæ.

Ant. 8. c. Vocem nos audívimus de cœlo allátam, cùm essémus cum ipso in monte sancto.

Ant. 5. a. Venit vox de nube dicens: Hic est Fílius meus caríssimus, audíte illum.

Ant. 7. d. Ipsum audiétis, juxta ómnia quæcumque locútus fúerit vobis.

Ant. 3. d. Omnis ánima quæ non audíerit Prophétam illum, exterminábitur de plebe.

Capitulum. Hebr. 12.

VIdéte ne recusétis loquentem: si enim illi non effugérunt, recusantes eum qui super terram lo-

quebátur, multò magis nos, qui de cœlis loquentem nobis avértimus.

Hymnus.

JEsu dulcédo córdium,
Fons vivus, lumen méntium,
Excédens omne gáudium
Et omne desidérium.

Mane nobíscum, Dómine,
Et nos illustra lúmine,
Pulsâ mentis calígine,
Mundum replens dulcédine.

Quandò cor nostrum vísitas,
Tunc lucet ei véritas:
Mundi vilescit vánitas,
Et intùs fervet cáritas.

Jesu mi bone, séntiam
Amóris tui cópiam:
Da mihi per præséntiam,
Tuam vidére glóriam.

Quem tuus amor ébriat,
Novit quid Jesus sápiat:
Quàm felix est quem sátiat!
Non est ultrà quod cúpiat.

Tu fons misericórdiæ,
Tu verè lumen pátriæ;
Pelle nubem tristítiæ,
Dans nobis lucem glóriæ.
Amen.

℣. Glóriâ & honóre coronasti eum, Dómine, ℟. Et constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Ad Benedict. Ant. J. Amplióris glóriæ Jesus præ Móyse dignus est hábitus, quantò ampliórem honórem habet domûs qui fabricávit illam.

Oratio.

DEus, qui Fídei sacramenta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne, patrum testimónio roborásti; & adoptiónem filiórum perfectam, voce delapsâ, in nube lúcida mirabíliter præsignasti: concéde propítius, ut ipsíus Regis glóriæ nos cohærédes efficias, ut ejusdem glóriæ tríbuas esse consortes; Per eumdem Dóminum.

Fit commemoratio sancti Xysti, Ant. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi: in réliquo reposita est mihi coróna justítiæ.

℣. Adjútor meus, tibi psallam; ℟. Quia Deus susceptor meus es.

Oratio.

QUæsumus, omnípotens Deus, ut nos virtúte sancti Spíritûs & ad credendum dóciles, & ad confitendum fortes effícias; qui beáto Xysto, Pontífici, propter verbum tuum & testimónium Jesu, ánimam suam pónere tribuisti; Per.

AD HORAS, *in fine Hymnorum dicitur Doxologia:*

Qui nube ruptâ, te palàm
Natum vocávit, laus Patri;

Tibique Nato : nec minor Laus utriusque Flámini. Amen.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. Filii Sion.

In ℟. *br.* ℣. Qui accepisti à Deo Patre * honórem & glóriam.

AD TERTIAM.

Ant. 8. c. Vocem.

Capitulum. I. Joan. 5.

SI testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei majus est; quóniàm hoc est testimónium Dei, quod majus est, quóniàm testificátus est de Fílio suo.

℟. *br.* Fílii hóminum, * úsquequò gravi corde? * Allelúia, allelúia. Fílii. ℣. Scitóte quóniàm mirificávit Dóminus * Sanctum suum, * Allelúia. Glória. Fílii.

℣. Accédite ad eum, & illuminámini; ℟. Et fácies vestræ non confundentur.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Venit vox.

Capitulum. Isaïæ, 42.

ECce servus meus, suscípiam eum; electus meus, complácuit sibi in illo ánima mea : dedi Spíritum meum super eum; judícium géntibus próferet.

℟. *br.* Ipse invocábit me : * Pater meus es tu, * Allelúia, allelúia. Ipse. ℣. Deus meus, * & susceptor salútis meæ, * Allelúia. Glória. Ipse.

℣. Hódiè si vocem ejus audiéritis, ℟. Nolíte obduráre corda vestra.

AD NONAM.

Ant. 3. *a.* Omnis ánima.

Capitulum. Hebr. 2.

PRoptéreà abundántiùs oportet observáre nos ea quæ audívimus, nè fortè pereffluámus. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis prævaricátio & inobediéntia accépit justam mercédis retributiónem; quómodò nos effugiémus, si tantam neglexérimus salútem?

℟. *br.* Audiam quid loquátur in me * Dóminus Deus, * Allelúia, allelúia. Audiam. ℣. Quóniàm loquétur pacem * in plebem suam, * Allelúia. Glória. Audiam.

℣. Notas mihi fecisti vias vitæ : ℟. Adimplébis me lætítiâ cum vultu tuo, Dómine.

AD II. VESPERAS.

Ant. 7. c. VOcávit nos Deus vocatióne suâ sanctâ, secundum grátiam quæ manifestáta est nunc per illuminatiónem Salvatóris nostri Jesu Christi.

Non certet unquàm púrpura púrpuræ :
Junco palustri sceptra cedant,
Textílibus diadéma spinis.
His fretus armis, victor ahéneos
Postes revulsit, claustraque tártari;
Cœtusque captívos pióram
In pátrias revocávit arces.
Quin & premébat quos fera sérvitus,
Tristi gementes erípuit jugo;
Et nocte damnátos profundâ,
Ad súperas dedit ire sedes.
Hæc tincta cæsi sánguine prædicat
Dei supellex: hìnc áliam nefas
Ambíre gazam Christiánis,
Morte quibus redimenda vita.
Qui nos creávit, máxima laus Patri:
Qui nos redémit, máxima Fílio:
Qui consecrando nos inungis,
Par tibi laus, utriusque Nexus. Amen.

℣. Da impérium tuum púero tuo, Dómine, ℟. Ut vídeant qui odérunt me, & confundantur.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Conculcábitur coróna supérbiæ : & in die illa erit Dóminus exercítuum coróna glóriæ, & sertum exultatiónis resíduo pópuli sui.

Oratio, Præsta, quæsumus, *ut infrà ad Laudes.*

Pro commem. sancti Laurentii, Ant. Confitébor tibi Dómine, quóniàm liberasti me, secundum multitúdinem misericórdiæ nóminis tui, à pressúra flammæ quæ circúmdedit me.

℣. Igne me examinasti, Dómine; ℟. Et non est invénta in me iníquitas.

Oratio, Da nobis, quæsumus. *ut suprà.* 227.

Postea sanctæ Claræ, Virginis, Ant. Complácuit Dómino. ℣. Audi, fília. *ut in Communi.* xxxv.

Oratio, Fidéles tuos, Dómine. xxxvij.

A D L A U D E S.

Ant. 1. a. Vidi cœlum apertum : & ecce qui sedébat, vocabátur Fidélis & verax; & cum justítia júdicat & pugnat.

Ant. 7. ç. Oculi ejus sicut flamma ignis, & in cápite ejus diadémata multa.

Ant. 6. F. Vestítus erat veste

veste aspersâ sánguine; & vocátur nomen ejus, Verbum Dei.

Ant. 3. c. Habet in vestimento & in fémore suo scriptum: Rex regum, & Dóminus dominántium.

Ant. 4. d. Data est ei Coróna; & exívit vincens, ut vínceret.

Capitulum. Isaïæ, 53.

DIspértiam ei plúrimos, & fórtium dívidet spólia, pro eo quòd trádidit in mortem ánimam suam, & cum sceleràtis reputátus est, & ipse peccáta multórum tulit.

Hymnus.

EXíte, fíliæ Sion,
Regis pudícæ Vírgines:
Christi Corónam cérnite,
Quam mater ipsa téxuit.

Horret, revulsis crínibus,
Spinis cruentátum caput;
Et vultus ille décolor
Mortem propinquam réspicit.

Quæ terra sulcis ínvia,
Dumis rigens & séntibus,
Lugúbre munus prótulit?
Quæ sæva méssuit manus?

Christi rubescens sanguine,
Acúleos mutat rosis,
Palmamque vincens frúctibus,
Spina est triumphis áptior.

Culpis satæ mortálium
Te, Christe, spinæ vúlnerant:
Evelle nostras, córdibus
Tuasque nostris ínsere.

Qui nos creávit, laus Patri:
Laus, qui redémit, Fílio:
Qui nos fovet, laus Flámini:
Uni Deo sit glória. Amen.

℣. Circumdedérunt me; & exarsérunt sicut ignis in spinis; ℟. Et in nómine Dómini ultus sum in eos.

Ad Benedict. *Ant.* 5. a. Christus expólians principátus & potestátes, traduxit confidenter, palàm triumphans illos in semetipso. *Oratio.*

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui, in memóriam passiónis Dómini nostri Jesu Christi, Corónam ejus spíneam venerámur in terris, ab ipso glóriâ & honóre coronári mereámur in cœlis; Qui.

Comm. S. Claræ, Ant. Exultábit. ℣. Sitivit. *Orat.* Fidéles tuos. xxxvij.

AD PRIMAM.

Ad Hymn. Doxologia: Qui per Crucem, &c. p. 217.

Ant. 1. a. Vidi cœlum.

In ℟. *br.* ℣. Qui passus es * pro nobis.

AD TERTIAM.

Ant. 7. ç. Oculi.

Ant. 8. G. Attenuáti sunt óculi mei suspicientes in excelsum, Dómine.

Ant. 5. a. Cunctis diébus quibus nunc mílito, expecto donec véniat immutátio mea.

Ant. 4. E. Quis mihi det te, ut invéniam te foris, & jam me nemo despíciat?

Capitulum. Cantic. 2.

SUrge, amíca mea, speciósa mea, & veni: columba mea, in foramínibus petræ, in caverna macériæ, ostende mihi fáciem tuam.

Hymnus.

QUòd carne Christum, Virgo, paris, vocant
Hinc te beátam: réctiùs óccupas
Nomen beátæ, quæ fidéli
Credíderis, pia Virgo, corde
Orbáta Nato, non muliébriter
Ploras ademptum. Scílicèt áltior
Tellúre cœlestes, triumphans
Quò rédiit, meditáris arces.
Amóris illuc te rapit impetus;
Tardi sed obstant víncula córporis,
Dolesque durum longióris
Exílii toleráre pondus.
Hæc vota tandèm qui cúmulas, Pater,
Succurre nostris, áuspice Fílio:
Infunde sacrum, quo vigémus,
Pectóribus, Deus alme, Flamen. Amen.

℣. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? ℟. Et volábo, & requiescam.

Ad Benedict. *Ant.* 1. D. Veni, dilecte mi, in portis nostris: ómnia, nova & vétera, servávi tibi.

Oratio.

DEus, qui virginálem úterum beátæ Maríæ, in quo requiésceres, elígere dignátus es: da nobis Assumptiónis ejus solemnia præveniéntibus, dignum in córdibus nostris habitáculum tuæ præparáre majestáti; Qui vivis, &c.

AD HORAS.

Duplex minus.

In fine Hymnorum dicitur:

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória, &c.

AD PRIMAM.

Ant. 2. D. Laus mea.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es.

AD TERTIAM.

Ant. 3. *a.* Nomen tuum.

Capitulum. Prov. 13.

SPes quæ differtur, afflígit ánimam; lignum

vitæ, desidérium véniens.

℟. br. Heu mihi, Dómine, * quia incolátus meus prolongátus est! Heu mihi. ℣. Multùm íncola fuit * ánima mea, * Quia. Glória. Heu mihi.

℣. Sitívit in te ánima mea: ℟. Quàm multiplíciter tibi caro mea.

AD SEXTAM.

Ant. 8. G. Attenuáti sunt.

Capitulum. Thren. 3.

OCulus meus afflictus est, nec tácuit, eò quòd non esset réquies, donec respíceret & vidéret Dóminus de cœlis.

℟. br. In salutáre tuum * Defécit ánima mea. In salutáre. ℣. Et in verbum tuum * supersperávi: * Defécit ánima mea. Glória. In.

℣. Defecérunt óculi mei in éloquium tuum, ℟. Dicentes: Quandò consoláberis me.

AD NONAM.

Ant. 4. E. Quis mihi.

Capitulum. Tob. 3.

NUnc, Dómine, secundum voluntátem tuam fac mecum, & præcipe in pace récipi spíritum meum: éxpedit enim mihi magìs mori quàm vívere.

℟. br. Educ de custódia ánimam meam * Ad confitendum nómini tuo. Educ. ℣. Me expectant justi, * donec retríbuas mihi, * Ad confitendum. Glória Patri. Educ.

℣. Mélior est misericórdia tua super vitas: ℟. Lábia mea laudábunt te.



DIE XV.

IN ASSUMPTIONE B. MARIÆ VIRGINIS.

ANNUALE.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Ant. I. ECce tu pulcra es, amíca mea: ecce tu pulcra es; óculi tui columbárum.

Ant. 8. G. Multæ fíliæ congregavérunt divítias: tu supergressa es universas.

Ant. 4. E. Indue te decóre, & honóre ejus, quæ

à Deo tibi est, sempiternæ glóriæ.

Ant. 3. a. Circúmdabit te Deus diplóide justítiæ, & impónet mitram cápiti honóris æterni.

Ant. 5. C. Eris coróna glóriæ in manu Dómini, & diadéma regni in manu Dei tui; quia complácuit Dómino in te.

Capitulum. Cant. 6.

PUlcra es, amíca mea, suávis, & decóra sicut Jerúsalem, terríbilis ut castrórum ácies ordináta.

℟. Concupíscet Rex decórem tuum; quóniàm * Ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum: vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis. ℣. Benedícta tu in muliéribus; invenísti enim grátiam apud Deum. * Ipse est. Glória. * Ipse est.

Hymnus.

O Vos æthérei, pláudite, cives:
Hæc est illa dies clara triumpho,
Quâ matrem plácidâ morte solútam
Natus sidéreâ súscipit aulâ.
Quæ non, Virgo, tibi dona rependit!
Cœli divítias éxplicat omnes:
Verbum vestíeras carne; vicissìm
Te Verbum próprio lúmine vestit.
Qui velo látuit carnis, aperti
Pleno te sátiat Núminis haustu;
Et quem virgíneo lacte cibasti,
In jugém tibi dat se Deus escam.
O concessa tibi quanta potestas!
Per te quanta venit grâtia terris!
Cunctis Cœlítibus célsior una;
Solo facta minor, Virgo, Tonante.
Quæ Regína sedes próxima Christo,
Alto de sólio vota tuórum
Audi; namque potes flectere Natum,
Virgo mater: amas nos quoque natos.
Divínæ Sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri;
Cujus Virgo parens, glória Nato:
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen. Amen.

℣. Magna est glória ejus.
℟. In salutári tuo, Dómine.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. In plenitúdine sancta admirábitur, & in multitúdi-

ne electórum habébit laudem, & inter benedictos benedicétur.

Oratio, Veneranda. 236.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capit. de Feria.

Ant. 4. d. Ego dilecto meo, & ad me convérsio ejus.

Hymnus; Virgo, *ut in Officio parvo*, lxxj.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 3. a. Sub umbra illíus quem desideráveram, sedi; & fructus ejus dulcis gútturi meo.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica.

Ant. 1. g. QUæ est ista quæ ascendit de deserto, delíciis áffluens, innixa super dilectum suum?

Ant. 5. a. Ascendit sicut vírgula fumi ex aromátibus myrrhæ, & thuris, & universi púlveris pigmentárii.

Ant. 7. c. Dóminus cóntulit ei splendórem, ut incomparábili decóre ómnium óculis apparéret.

Ant, 6. *C*. Vidérunt.

Canticum. Judith, 13.

BEnedixit te Dóminus in virtúte sua, * quia per te ad níhilum redégit inimícos nostros.

Benedicta es tu, fília, à Dómino Deo excelso * præ ómnibus mulíeribus super terram.

Benedictus Dóminus, * qui creávit cœlum & terram:

Qui te direxit * in vúlnera cápitis príncipis inimicórum nostrórum;

Quia hódiè nomen tuum ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum.

Et dicitur per Octavam, quandò fit de ea.

Ant. Vidérunt eam fíliæ, & beatíssimam prædicavérunt, & laudavérunt eam.

Ant. 3. a. Benedictus Dóminus, qui exaltávit eam; Amen, allelúia.

Capitulum. Cant. 6.

QUæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consurgens, pulcra ut luna, electa ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta?

Hymnus.

PAráta cùm te póscerent,
O Virgo, cœli præmia,
Purum sacrátis ártubus
Amor resolvit spíritum.
Sed victa partu mors tuo
Te labis expertem nequit,
Suis nec audet stríngere
Vitæ parentem néxibus.
O qualis inter óbvios
Regína scandit cœlites!
Quàm pulcra, celsæ próxima

Sedi Tonantis, assidet!
Amicta sole fémina,
Lunamque subjectam premens,
Bisséna cui cingunt caput
Fulgóre miro sídera.
O tu, clientûm cui preces,
Cui vota cordi, Júdicem
Præbére nobis, quod potes,
Patróna, placátum velis.
Sit nostra per te laus Patri,
Tuoque grata Fílio;
Et utriusque Flámini,
In seculórum sécula.
Amen.

℣. Tu, Dómine, suscéptor meus es, ℟. Glória mea, & exaltans caput meum.

Ad Benedict. *Ant.* 1. D. In plenitúdine sanctórum deténtio mea; quasi cedrus exaltáta sum, & quasi cypressus in monte Sion.

Oratio.

VEneranda nobis, Dómine, hujus diéi festívitas opem cónferat salutárem; in qua sancta Dei Génitrix mortem súbiit temporálem: nec tamen mortis néxibus déprimi pótuit, quæ Fílium tuum Dóminum nostrum Jesum Christum de se génuit incarnátum; Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs.

A D H O R A S, *in fine Hymnorum dicitur:*

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória, &c.

Psalmi de Dominica.

A D P R I M A M.

Ant. 1. g. Quæ est ista.

Capitulum de Dominica.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es * de María Vírgine.

Canon ad Calcem.

A D T E R T I A M.

Ant. 5. a. Ascendit.

Capitulum. Eccli. 24.

SIcut cinnamómum & bálsamum aromatízans odórem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitátem odóris.

℟. *br.* In voluntáte tua * deduxisti me, Dómine, Allelúia, allelúia. In voluntáte. ℣. Et cum glória * suscepisti me, * Allelúia. Glória Patri. In.

℣. Propter innocéntiam suscepisti me, Deus; ℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in ætérnum.

A D S E X T A M.

Ant. 7. c. Dóminus.

Capitulum. Isaïæ, 61.

INdumento justítiæ circúmdedit me Deus meus, quasi sponsum decorátum corónâ, & quasi sponsam ornátam monílibus suis.

℟. *br.* Convertisti planctum meum * in gáudium mihi, * Allelúia, allelúia. Convertisti. ℣. Conscidi-

sti saccum meum, * & circumdedisti me lætitiâ, * Allelúia. Glória. Convertisti.

℣. Dómine, in voluntáte tua ℟. Præstitisti decóri meo virtútem.

AD NONAM.

Ant. 3. a. Benedictus.

Capitulum. Eccli. 24.

IN civitáte sanctificáta requiévi, & in Jerúsalem potestas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei hæréditas illíus, & in plenitúdine sanctórum detentio mea.

℟. *br.* Hæc réquies mea * in séculum séculi, * Allelúia, allelúia. Hæc réquies mea. ℣. Hìc habitábo, * quóniàm elégi eam, * Allelúia. Glória Patri. Hæc.

℣. Surge, Dómine, in réquiem tuam, ℟. Tu & arca sanctificatiónis tuæ.

AD II. VESPERAS.

Psalmi de Officio parvo.

Ant. 1. D. PRæcépit rex iis qui in conspectu ejus ministrábant, ut introdúcerent regínam coram se, pósito super caput ejus diadémate.

Ant. 2. D. Surrexit rex in occursum ejus; posítusque est thrónus matri regis quæ sedit ad déxteram ejus.

Ant. 3. a. Hábuit grátiam & misericórdiam coram rege super omnes mulíeres, fecitque eam regnáre.

Ant. 4. E. Rex dedit regínæ ómnia quæ vóluit & petívit ab eo.

Ant. 5. C. Benedixérunt eam omnes unâ voce, dicentes: Tu glória Jerúsalem, tu honorificéntia pópuli nostri.

Capitulum. Judith, 13.

BEnedictus Dóminus, quia hódiè nomen tuum ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fúerint virtútis Dómini in æternum.

Hymnus, O vos ætherei. *ut in 1. Vesperis.* 234.

℣. Posuisti, Dómine, in cápite ejus corónam ℟. De lápide pretióso.

Ad Magnif. *Ant.* 7. G. Respexit Deus humilitátem ancillæ suæ: ecce ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes; quia fecit mihi magna qui potens est.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capitulum de Dominica. Reliqua, ut heri. 235.

DIEBUS INTRA OCTAVAM ASSUMPTIONIS.

Semiduplex.

Omnia ut in die, præter ea quæ hic notantur.

Psalmi de Feria in toto Officio.

AD LAUDES.

Ant. sola. 6. C. Vidérunt eam fíliæ, & beatíssimam prædicavérunt, & laudavérunt eam.

AD VESPERAS.

Ant. sola. 1. D. Pósuit rex diadéma regni in cápite ejus.

SABBATO INTRA OCTAVAM.

IN VESPERIS, Psalmi de Sabbato sub sola Ant. Pósuit. *suprà. Capitulum (omisso Responsorio.) Hymnus.* ℣. *& Ant. ad* Magníf. *ut in primis Vesperis, cum commem. Dominicæ sequentis.*

DOMINICA INTRA OCTAVAM.

Ut in die, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Dominica in toto Officio.

Cetera ut in die, cum commemor. Dominicæ in Laudibus & Vesperis.

DIE XVI.

DE OCTAVA.

In Laudibus fit commem. sancti Rochi, Just. Ant. Qui facit. ℣. Proba me. xxxj.

Oratio.

Populum tuum, quæsumus, omnípotens Deus, ad te confugientem, intercedente beáto Rocho, paternâ récipe pietáte, ut qui tuæ iracúndiæ flagella formídant, tuâ mereantur misericórdiâ liberári; Per Dóminum.

AD VESP. *fit commem. sancti Mamantis, Martyris. Ant.* Ecce. ℣. In Deo. vij. *Oratio,* Da nobis viij.

DIE XVII.

DE OCTAVA.

In Laudibus fit commem. sancti Mamantis, Martyris. Ant. Bonum certamen. ℣. Adjútor meus. *Oratio,* Da nobis. viij.

DIE XVIII.

DE OCTAVA.

[*In Metropolitanâ tantùm,* COMMEMORATIO Victoriæ Philippi Pulcri.

Duplex-minus.

Omnia, dempto ritu annuali, ut in die Assumptionis.]

¶ PER DIŒCESIM, *fit tantùm de Octava ritu Semiduplici.*

DIE XIX.

DE OCTAVA.

VESPERÆ *de sequenti, ut in Communi Doctorum,*

xix. *Oratio*, Deus, qui. *infrà*.

Fit commemor. Octavæ Assumpt. Ant. Respexit. ℣. Posuisti. 238. *Oratio*, Veneranda. 236.

DIE XX.

In Festo

SANCTI BERNARDI,

Abbatis,

Duplex-minus.

Omnia de Communi Doctorum. xx.

Oratio.

DEus, qui beátum Bernardum Abbátem caritátis tuæ igne succensum, in Ecclésia tua lucére simul & ardére fecisti; ejus intercessióne concéde, eódem nos caritátis Spíritu ferventes, coram te semper ut fílios lucis ambuláre; Per Dóminum nostrum.... in unitáte ejusdem Spíritûs.

Fit commemor. Octavæ Assumpt. Ant. In plenitúdine. ℣. Tu, Dómine. *Oratio*, Veneranda. 236.

AD HORAS, ℟℟. *brev. cum duplici* Allelúia. *nisi transferatur Officium ad diem.* 23.

AD II. VESP. *fit commemor. Octavæ Assumptionis. Ant.* Respexit. ℣. Posuisti. 238. *Oratio*, Veneranda 236.

DIE XXI.

DE OCTAVA.

VESPERÆ *de die Octava, ut in primis Vesperis Festi*, 234.

Fit commemoratio sancti Symphoriani, Martyris. Ant. Ecce. ℣. In Deo. *ut in Communi.* vij. *Oratio*, Sancti Mártyris. *infrà.*

DIE XXII.

Octava

ASSUMPTIONIS

BEATÆ MARIÆ.

Duplex-majus.

Omnia, dempto ritu annuali, ut in die.

Psalmi de Feria in toto Officio.

In Laudib. pro commem. sancti Symphoriani, Ant. Bonum certámen ℣. Adjútor. vij.

Oratio.

SAncti Mártyris Symphoriáni mérita nos, Dómine, pretiósa tueántur; in quibus ópera tua prædicantes, & exemplis ejus accendi, & præmiis sociári mereámur; Per Dóminum.

In Vesperis, commem. sanctæ Joannæ-Franciscæ Fremiotæ, in Communi SS. Mulierum per Ant. Exultávit. ℣. Averte.

Oratio.

OMnípotens & misé cors Deus, quo pro-

tegente beáta Joanna-Francisca, tuo amóre succensa, & admirábili spíritûs fortitúdine per omnes vitæ sémitas in viâ perfectionis donáta, Ecclésiam tuam novâ prole illustrávit: ejus méritis & précibus concéde, ut qui infirmitátis nostræ cónscii de tuâ virtúte confidimus, cœléstis grátiæ auxílio, cuncta nobis adversántia vincámus; Per.

DIE XXIII.

In Festo

SANCTÆ JOANNÆ-FRANCISCÆ FREM.

Viduæ. *Semiduplex.*

In Communi SS. Mulierum. Ad Laudes, ℣. Humiliábam. *Ad Bened. Ant.* Oratio humiliantis. *Oratio, ut suprà.*

Vesperæ de sequenti in Comm. Apostol. Orat. propr. commem. præced. per Ant. Fortitúdo. ℣. Anima, *deindè S. Audoeni, in Communi Pont. Orat.* Deus, fidélium. xvij.

DIE XXIV.

In Festo

S. BARTHOLOMÆI, Apostoli.

Duplex-majus.

Omnia de Communi Apostolorum, j. additis quæ sequuntur.

Ant. Elégit. ℣. Beátus. xv.

Oratio, Deus, fidélium. xvij.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui hujus diéi venerandam sanctámque lætítiam in beáti Apóstoli tui Bartholomæi festivitáte tribuisti: da Ecclésiæ tuæ, quæsumus, & amáre quod crédidit, & prædicáre quod dócuit; Per.

In Laudibus pro commemor. sancti Audoeni, Ant. Ego sum. ℣. Elégit. *Oratio,* Deus, fidélium xvij.

AD VESP. *fit commem. sancti Ludovici, Ant.* Quæsívit Dóminus sibi virum juxta cor suum, & præcépit ei ut esset dux super pópulum suum.

℣. Invéni servum meum. ℟. Oleo sancto meo unxi eum.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

DIE XXV.

In Festo

SANCTI LUDOVICI, REGIS FRANCIÆ.

Duplex-majus.

Psalmi de Feria in toto Officio.

AD LAUDES.

Ant. MAgnificávit eum 1. g. Dóminus, & dedit illi glóriam regni, qualem

lem nullus hábuit ante eum rex.

Ant. 4. E. Operátus est bonum, & rectum & verum coram Dómino Deo suo, volens requírere Deum suum in toto corde suo: fecitque, & prosperátus est.

Ant. 8. G. Fecit judícium & justítiam, judicávit causam páuperis & egéni, quia cognóvit me, dicit Dóminus.

Ant. 7. d. Perambulávit civitátes, & pérdidit ímpios ex eis; & nominátus est usque ad novíssimum terræ.

Ant. 2. D. De omni corde suo laudávit Dóminum, & dilexit Deum qui fecit illum, & dedit illi contra inimícos poténtiam.

Capitulum. Esdr. 7.

BEnedictus Dóminus Deus patrum nostrórum, qui dedit hoc in corde regis ut glorificáret domum Dómini.

Hymnus.

TEmpla nunc fument, resonentque cantu,
En triumpháto Lodoícus hoste
Quærit æternas, tibi militando,
Christe, corónas.

Hic tuos ardet reparáre cultus:
Hic gregem tuto fugitívum ovíli
Reddit; hic armis tua christiánis
Sacra tuétur.

Béllicæ vixdùm memor ille laudis,
Cuncta qui subdit, tibi servit uni:
Imperes unus, satis imperábit,
Te duce, princeps.

Stat tuâ fidens ope, fortiorque
Sumit ex ipsis ánimos ruínis:
Jura dat victus, sedet inter ipsos
Arbiter hostes.

Summa laus summo super astra Patri:
Fílio compar hómini Deóque;
Nec tibi dispar, utriusque sacri
Nexus amóris.
Amen.

℣. Ego primogénitum ponam illum ℟. Excelsum præ régibus terræ.

Ad Benedictus. *Ant.* 3. In tentatióne inventus est fidélis: ídeò dedit illi Dóminus glóriam in gente sua, créscere illum quasi terræ cúmulum, & ut stellas exaltáre semen ejus.

Oratio.

DEus, qui beátum regem Ludovícum, de

terréno regno ad cœléstis regni glóriam transtulísti: ejus, quæsumus, méritis & intercessióne, Regis regum Jesu Christi Fílii tui fácias nos esse consortes; Qui tecum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. Magnificávit.

AD TERTIAM.

Ant. 4. E. Operatus est.

Capitulum. Deut. 17.

DIscat rex timére Deum & custodíre verba ejus, & cæremónias ejus quæ in lege præcepta sunt: nec elevétur cor ejus in supérbiam super fratres suos, neque declínet in partem déxteram vel sinístram; ut longo témpore regnet ipse, & fílii ejus.

℟. *br.* Erudímini, reges * Qui judicátis terram. Erudímini. ℣. Servíte Dómino * in timóre, * Qui. Glória. Erudímini.

℣. Rex qui sperat in Dómino, ℟. In misericórdia Altíssimi non commovébitur.

AD SEXTAM.

Ant. 8. G. Fecit judícium.

Capitulum. Prov. 29.

REx qui júdicat in veritáte páuperes, thronus ejus in ætérnum firmábitur.

℟. *br.* Judicábit páuperes pópuli, * Salvos fáciet fílios páuperum. Judicábit. ℣. Et humiliábit * calumniatórem; * Salvos. Glória. Judicábit.

℣. Ad níhilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus; ℟. Timéntes autem Dóminum, gloríficat.

AD NONAM.

Ant. 2. D. De omni.

Capitulum. Eccli. 47.

STare fecit cantóres contra altáre, & in sono eórum dulces fecit modos: & dedit in celebratiónibus decus, & ornávit témpora usque ad consummatiónem vitæ, ut laudárent nomen sanctum Dómini, & amplificárent mane Dei sanctitátem.

℟. *br.* Confiteántur tibi, Dómine, * Omnes reges terræ. Confiteántur. ℣. Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna est glória Dómini, * Omnes. Glória Patri. Confiteántur.

℣. Deus, cánticum novum cantábo tibi, ℟. Qui das salútem régibus.

AD II. VESPERAS.

Ant. 6. F. IN géntibus non erat rex símilis ei, & diléctus Deo suo erat; & pósuit eum Deus regem super omnem Israël.

Ant. 7. ç. Símilis illi non fuit rex, qui reverteré-

tur ad Dóminum in omni corde suo, & in tota ánima sua, & in universa virtúte sua.

Ant. 3. a. Confirmávit omnes húmiles pópuli sui, & legem exquisívit: sancta glorificávit, & multiplicávit vasa sanctórum.

Ant. 1. f. Hortabatur suos; ne formidárent ad adventum natiónum, sed in mente habérent adjutória sibi facta de coelo.

Ant. 4. E. Spíritu magno vidit última, & consolatus est lugentes in Sion.

Capitulum. Is. 60.

Jerúsalem, aperientur portæ tuæ júgiter: die ac nocte non claudentur, ut afferátur ad te fortitúdo géntium, & reges eárum adducantur; gens enim & regnum quod non servíerit tibi, períbit.

Hymnus.

Te sancte rursùs, Ludovíce, prælia
Divína poscunt: tu crucis clavum tenens,
Speique sacras ánchorâ fundans rates,
Moves tyrannis bella, Christo mílitas.
Vincis cadendo: mors tibi victóriam
Aufert & addit: corpus hîc palmæ tegunt
Nondùm sepultum; sed triumpho nóbili
Coelum parátur, & corónis sídera.
Tuus paternæ rédditus terræ cinis
Regnum tuétur, dùm throno præsens Dei,
Æterna regnans pascis inter lília,
Favensque blando nostra cernis lúmine.
Sit Trinitáti sempiterna glória,
Honor, potestas, atque jubilátio,
In unitáte quæ, gubernans ómnia,
Per cuncta regnat seculórum sécula.
Amen.

℣. Introíbo in domum tuam, Dómine: ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Ambulábunt reges in splendóre ortûs tui, Jerúsalem; & ministrábunt tibi, & vénient, & adorábunt vestígia pedum tuórum.

Oratio, *ut suprà ad Laudes.*

DIE XXVII.

In Festo

SANCTI CÆSARII,

Episcopi & Doctoris.

Duplex-minus.

Omnia de Communi Doctorum. xix.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Cæsárium miniſtrum tribuiſti: præſta ut, quem doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habere mereámur in cœlis; Per Dóminum.

VESPERÆ à *Capitulo de ſequenti.*

DIE XXVIII.
In Feſto
SANCTI AUGUSTINI, Epiſcopi & Eccléſiæ Doctoris.

Duplex-minus.

Omnia de Communi Doctorum, xix. *exceptis quæ ſequuntur.*

Pridiè ad Magníficat, *Ant.* Grátiâ Dei ſum id quod ſum, & grátia ejus in me vácua non fuit.

Oratio, ut infrà.

Fit commem. ſancti Cæſarii, Ant. Qui docti. ℣. Beátus. xxiij. *Oratio*, Deus, qui. *ut ſuprà.*

Deinde S. Juliani, Mart. Ant. Ecce. ℣. In Deo. vij. *Oratio*, Deus, qui. *infrà.*

Ad Benedict. *Ant.* 7. a. Miniſtérium verbi accépi à Dómino Jeſu, teſtificári Evangélium grátiæ Dei.

Oratio.

OMnípotens & miſéricors Deus, qui beátum Auguſtínum Evangélii grátiæ tuæ teſtem & propugnatórem in Eccléſia ſuſcitaſti; ejuſdem grátiæ, quæſumus, in nobis oſtende virtútem; ut & voluntátem tuam, te docente, cognóſcere, & eam corde magno valeámus, te operante, perficere; Per.

Pro commem. ſancti Juliani, Ant. Bonum certámen certávi, curſum conſummávi, fidem ſervávi: in réliquo repóſita eſt mihi coróna juſtítiæ.

℣. Adjútor meus, tibi pſallam; ℟. Quia Deus ſuſceptor meus es.

Oratio.

DEus, qui in corde beáti Martyris Juliáni ignem ſancti tui amóris accendiſti, ut perſecutórum ſupplícia, te vincente, deſpiceret: dà nobis, ut cujus natalítia cólimus, interceſſióne ejus, in tui nóminis amóre roborémur; Per.

VESPERÆ *de ſequenti.*

DIE XXIX.
In Feſto
DECOLLATIONIS ſancti JOANNIS BAPTISTÆ.

Duplex-majus.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria, & ſic in toto Officio.

Ant. 3. a. ECce ego mitto Angelum meum,

& præparábit viam ante fáciem meam.

Ant. 1. g. Mittam vobis Elíam prophétam, ántequàm veniat dies Dómini.

Ant. 2. D. Convertet cor patrum ad filios, & cor filiórum ad patres eórum.

Ant. 6. F. Erit quómodò scriptum est in Fílium hóminis, ut multa patiátur, & contemnátur.

Ant. 4. f. Si vultis recípere, Joannes ipse est Elías qui ventúrus est.

Capitulum. Act. 13.

DEus ex sémine David secundum promissiónem eduxit Israël Salvatórem Jesum, prædicante Joanne ante fáciem adventûs ejus baptismum pœniténtiæ omni pópulo Israël.

℟. Misistis ad Joannem, & testimónium perhíbuit veritáti: * Ille erat lucerna ardens & lucens. ℣. Surrexit Elías Prophéta quasi ignis, & verbum illíus quasi fácula ardébat: * Ille erat. Glória. * Ille erat.

Hymnus.

QUis ille, sylvis è penetrálibus
Egressus, ad se tot pópulos trahit?
Ab ore pendentes loquentis
Quâ súbitò tenet arte turbas?
An ille fastu regífico tumens,
Molli solútus díffluit ótio;
Levis-ne arundo ventilátur
Arbítrio populáris auræ?
Atqui ter annos jam déciès trahit
Vitam in profundis saltibus ásperam,
Virtútis Elíæ futúrus
Atque ánimi generósus hæres.
Ergo sevéram Núminis ómnibus
Ostentat iram, non tímidus mori:
Assertor acer veritátis
In próceres tonat, inque plebem.
Aulâ receptum non rétinet timor,
Non blanda flectit grátia Príncipis,
Contamináti quin reprendat
Flagítium opprobriumque lecti.
Sit summa Patri, summaque Fílio,
Sanctóque compar glória Flámini,
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuo pia corda cultu. Amen.

℣. Dixi iníquis : Nolíte iníquè ágere ; ℟. Et delinquéntibus : Nolíte exaltáre córnu.

Ad Magníf. Ant. 1. Dico vobis quia Elías jam venit, & non cognovérunt eum ; sed fecérunt in eo quæcumque voluérunt.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Pro commem. sancti Augustini, Ant. Máximus in salútem electórum Dei expugnáre insurgentes hostes: quis ante illum restitit ? nam hostes ipse Dóminus perduxit.

℣. Beátus vir qui dispónit sermónes suos in judício : ℟. In æternum non commovébitur.

Oratio, Omnípotens & miséricors Deus. *ut suprà.* 244.

Postèd sancti Mederici, Abbatis. Ant. Egrédere. ℣. Potens. *ut in Communi.* xxiv. *Oratio*, Famíliam tuam. *infrà ad Laudes.*

A D L A U D E S.

Ant. 3. a. Heródes ténuit Joannem, & alligávit eum, & pósuit in cárcerem propter Herodíadem.

Ant. 8. G. Die natális Heródis saltávit fília Herodíadis, & plácuit Heródi ; undè cum juramento pollícitus est ei dare quodcumque postulásset ab eo.

Ant. 7. d. Illa præmónita à matre sua : Da mihi, inquit, hìc in disco caput Joannis Baptistæ.

Ant. 6. C. Contristátus est rex : propter juramentum autem, & eos qui páriter recumbébant, jussit dari.

Ant. 1. a. Misso spiculatóre, præcépit afferri caput ejus in disco.

Capitulum. Jerem. 1.

Ego dedi te hódiè in civitátem munítam, & in columnam ferream, & in murum æreum super omnem terram, régibus Juda, princípibus ejus, & sacerdótibus, & pópulo terræ.

Hymnus.

Ecce, saltantis prétium puellæ,
Fertur in disco caput amputátum ;
Hæc cruentátis nova proferuntur
Fércula mensis.
Quæ rudes sylvis pópulos docébat,
Quæ Deum totâ resonábat aulâ,
Illa vox, eheu! gládio resecta,
Muta silébit.

Occidit Vates, & adhuc timétur;
Vox silet Verbi, cruor ille clamat:
Sancta fraterni temeráta carpit
Fœdera lecti.
Nube sub densa jubar involútum
Vénerat cæcis aperíre seclis:
Sole matúro, velut umbra, cessit
Lúcifer orbe.
Summa laus Patri, genitoque Verbo:
Et tibi compar, utriusque nexus
Spíritus semper, Deus unus, omni
Témporis ævo.
Amen.

℣. Superbi iníquè agébant usquequáque: ℟. A lege autem tua non declinávi.

Ad Bened. *Ant.* 2. D. Misit Heródes, & decollávit Joannem in cárcere; & allátum est caput ejus in disco, & datum est puellæ: & puella dedit matri suæ.

Oratio.

DEus, qui beátum Joannem Baptistam, & nascentis & morientis Fílii tui Præcursórem esse voluisti: concéde, ut sicut ille veritátis & justítiæ Martyr occúbuit, ita nos pro veritáte & justítia ad mortem usque certémus; Per eumdem.

Pro commem. sancti Mederici, *Ant.* Ecce ego. ℣. Veníte. xxvj.

Oratio.

FAmíliam tuam, Deus, in tua misericórdia sperantem, cœlesti prótege benignus auxílio: ut, quæ de beáti Mederíci Abbátis virtútibus gloriátur, ejus méritis & intercessióne, perpétuâ pace & unitáte lætetur; Per Dóminum nostrum.

AD PRIMAM.

Ant. 3. a. Heródes.

AD TERTIAM.

Ant. 8. *G.* Die natális Heródis.

Capitulum. Ecclesf. 5.

NE témerè quid loquáris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermónem coram Deo, Deus enim in cœlo, & tu super terram.

℟. *br.* Deus, iníqui * Insurrexérunt super me. Deus. ℣. Et synagóga poténtium * quæsiérunt ánimam meam, * Insurrexérunt. Glória. Deus.

℣. Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei; ℟. Et qui laudábant me, adversum me jurábant.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Illa præmónita.

Capitulum. If. 5.

VÆ qui potentes estis ad bibendum vinum & viri fortes ad miscendam ebrietátem : qui justificátis ímpium pro munéribus, & justítiam justi aufertis ab eo. Propter hoc sicut dévorat stípulam lingua ignis, & calor flammæ exúrit; sic radix eórum quasi favilla erit, & germen eórum ut pulvis ascendet.

℞. *br.* Adversum me loquebantur, * Qui sedébant in porta. Adversum. ℣. Et in me psallébant * qui bibébant vinum, * Qui sedébant. Glória Patri. Adversum.

℣. Deus, ne derelinquas me in cogitátu illórum; ℞. Et ánimæ irreverenti & infrunitæ ne tradas me.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Misso.

Capitulum. Eccli. 49.

MAlè tractavérunt illum, qui à ventre matris consecrátus est Prophéta, evértere, & erúere, & pérdere; & íterùm ædificáre, & renováre.

℞. *br.* Príncipes * Persecúti sunt me gratis. Príncipes. ℣. Et à verbis tuis * formidávit cor meum: * Persecúti sunt. Glória Patri. Príncipes.

℣. Eripe me, Dómine, de operántibus iniquitátem ℞. Et de viris sánguinum salva me.

AD II. VESPERAS.

Ant. 3. *d.* ACcedentes discípuli Joannis, tulérunt corpus ejus; & sepeliérunt illud.

Ant. 1. f. Audívit Heródes famam Jesu, & ait; Hic est Joannes Baptista: ipse surrexit à mórtuis.

Ant. 5. C. Hæsitábat, & ait: Joannem ego decollávi. Quis est iste de quo tália áudio? Et quærébat vidére eum.

Ant. 8. G. Venientes discípuli Joannis, nuntiavérunt Jesu. Quod cùm audisset Jesus, secessit inde in navícula, in locum desertum seorsùm.

Ant. 6. F. Venérunt multi ad Jesum, & dicébant: Quia Joannes quidem signum fecit nullum: ómnia autem quæcumque dixit de hoc, vera erant. Et credidérunt in eum.

Capitulum. If. 57.

JUstus perit, & non est qui recógitet in corde suo. Et viri misericórdiæ colliguntur, quia non est

qui intélligat: à fácie enim malítiæ colléctus est justus.

Hymnus.

OMnibus manat cruor ecce venis:
Hinc sitim longam sátia, Tyranne,
Et cibos inter paterasque puro
Sánguine liba.
Ut caput vidit dápibus parátis
Triste fumanti nitidáre tabo,
Hæsit, impastis frémuitque mensis
Fúneris auctor.
Non tamen frontis grávitas serénæ
Cessit immíti violáta ferro:
Dura mitescit plácido sub ore
Mortis imágo.
Sic suo rursùm Deus hunc præíre
Núntium Christo jubet, inferisque
Ferre præcónem nova liberandi
Gáudia mundi.
Qui Deo plenus rígidis futúrum
Moribus Christum rudis exprimébat,
Débuit dirâ quoque morte totum
Réddere Christum.
Summa laus Patri, genitoque Verbo;
Et tibi compar, utriusque nexus
Spíritus semper, Deus unus, omni
Témporis ævo.
Amen.

℣. Custódit Dóminus ánimas Sanctórum suórum: ℟. De manu peccatóris liberábit eos.

Ad Magníf. *Ant.* 7. a. Venit Joannes in via justítiæ, & non credidistis ei: publicáni autem & meretríces credidérunt ei, vos autem videntes, nec pœniténtiam habuistis póstea, ut crederétis ei.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commem. sancti Fiacrii, Ant. Reliquisti. xxiv. ℣. In umbra. xxiv. *Oratio*, Quæréntium. xxvij.

DIE XXX.

In Festo.

SANCTI FIACRII,

Solitarii. *Semiduplex.*

Omnia ut in Communi Monachorum, xxv.

AD LAUDES, *Hymn.* Quid tu. xxvj. ℣. Clamávi ad te. *Ant.* Pars mea. *Orat.* Quæréntium. xxvij.

AD VESP. ℣. Plantáti. xxviij. *Ant.* Scimus. xxix. *Orat.*, Quæréntium. xxvij.

FESTA SEPTEMBRIS.

DIE 1. SEPTEMBRIS.
In Festo
SANCTI LUPI,
Senonensis Episcopi.
Semiduplex.

Omnia de Communi Pontificum, &c. additis quæ sequuntur.

Oratio.

TRibue nobis, quæsumus, Dómine, misericórdiam tuam, intercedente beáto Lupo, Pontífice, & quæcumque præcipis ut agámus, ipse ádjuva ut implére possímus; Per Dóminum.

Pridiè AD VESPERAS, *fit commem. sancti Ægidii, Abbatis*, *Ant.* Egrédere de cognatióne tuâ, & de domo patris tui; & veni in terram quam monstrábo tibi: faciamque te in gentem magnam, & benedícam tibi.

℣. Potens in terra erit semen ejus; ℞. Generátio rectórum benedicétur.

Oratio, Sancti Abbatis Ægídii, *infrà.*

AD LAUDES, *pro commem. sancti Ægidii.*

Ant. Ecce ego & púeri mei, quos dedit mihi Dóminus in signum & in portentum Israël à Dómino exercítuum, qui hábitat in monte Sion.

℣. Veníte, fílii, audíte me: ℞. Timórem Dómini docébo vos.

Oratio.

SAncti Abbátis Ægídii supplicatiónibus tríbue nos, Deus, adjuvári; ut quæ piè crédidit appetámus, & quod justè sperávit, consequámur; Per Dóminum nostrum.

VESP. *de sequenti.*

DIE II.
In Festo
SS. LAZARI, MARTHÆ ET MARIÆ,
Christi Hospitum.
Duplex-minus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.

Ant. 6. F. INtrávit Jesus in quoddam castellum; & múlier quædam, Martha nómine, excépit illum in domum suam.

Ant. 8. G. Huic erat soror, nómine María, quæ étiam sedens secus pedes Dómini, audiébat verbum illíus; Martha autem satagébat circa frequens ministérium.

Ant. 3. a. Stetit Martha, & ait: Dómine, non est tibi curæ quòd soror mea relíquit me solam ministráre? dic ergo illi ut me ádjuvet.

Ant. 5. a. Dixit illi Dóminus: Martha, Martha, sollicita es, & turbáris erga plúrima! porrò unum est necessárium.

Ant. 1. D. María óptimam partem elégit, quæ non auferétur ab ea.

Capitulum. Hebr. 13.

CAritas fraternitátis máneat in vobis: & hospitalitátem nolíte oblivísci; per hanc enim latuérunt quidam, Angelis hospítio receptis.

℟. Si quis díligit me, sermónem meum servábit; & * Pater meus díliget eum, & ad eum veniémus. & † Mansiónem apud eum faciémus. ℣. Sapiéntia súscipit inquiréntes se; & qui illam díligit, díligit vitam. * Pater. Glória. † Mansiónem.

Hymnus.

FLagrans amóre, pérditos
Dùm nos Redemptor quæreret,
Defessus ad Martham Deus
Sese recépit hóspitam.

Beáta quæ tantum suis
Amíca tectis hóspitem
Fovére gaudet; & Deo
Inferre convívæ dapes!

Dùm Martha pascit, páscitur
María felix, ac sedens
Magnóque tuta Júdice,
Partem potítur óptimam.

Nunc, Martha, nunc sedens Deo,
Et ipsa Verbo pásceris;
Et juge se tuus tibi
Convíva dat convívium.

Da, Christe, sanctórum quies,
Sic nos ad unum téndere
Per multa, posthàc óptimâ
Ut parte possímus frui.
Amen.

℣. Oculi mei ad fidéles terræ, ut sédeant mecum: ℟. Ambulans in via immaculáta, hic mihi ministrábat.

Ad Magnífic. Ant. 5. C. Diligébat Jesus Martham, & sorórem ejus Maríam, & Lázarum.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commem. sancti Lupi, Ant. Sacerdótes tui induántur salútem: Dómine Deus, ne avértas fáciem Christi tui: meménto misericordiárum servi tui.

℣. Salvum fecit Dóminus Christum suum; ℟. Exaúdiet illum de cœlo sancto suo.

Deindè sancti Antonini, Martyris, Ant. Ecce Deus. ℣. In Deo. *ut in Communi*, vij. *Oratio*, Adesto, Dómine. viij.

AD LAUDES.

Ant. 3. *d.* JEsus venit ad monumentum Lázari. Erat autem spelunca, & lapis superpósitus erat ei. Ait Jesus: Tóllite lápidem.

Ant. 8. G. Dicit Martha, soror ejus qui mórtuus fúerat: Dómine, jam fœtet; quatriduánus est enim.

Ant. 4. A. Dicit Marthæ Jesus: Nonne dixi tibi quóniàm, si credíderis, vidébis glóriam Dei?

Ant. 7. a. Voce magnâ clamávit Jesus: Lázare, veni foràs; & statim pródiit qui fúerat mórtuus.

Ant. 1. a. Pródiit Lázarus, ligátus pedes & manus ínstitis, & fácies illíus sudário erat ligáta. Dixit Jesus: Sólvite eum.

Capitulum. Ezech. 37.

HÆc dicit Dóminus Deus: Ecce ego apériam túmulos vestros, & edúcam vos de sepulcris vestris, & sciétis quia ego Dóminus.

Hymnus.

PAnditur saxo túmulus remóto,
Intimos clamor pénetrat recessus,
Et Deum sentit dócili jubentem
Aure cadáver.

Proh stupor! notas répetit medullas
Spíritus; cæcam pédibus revinctus
Dùm viam carpit, síbimet superstes
Prodit & hæres.

Ipsa sic ruptis inimíca vinclis
Mors fugit, vinci pátiens: futúris
Summa prælúdit tua sic triumphis,
Christe, potestas.

Ut Patrem semper pia Spíritumque
Omne plebs tecum célebret per ævum,
Christe, credentes ánimas secundæ
Eripe morti.
Amen.

℣. Eripuisti ánimam meam de morte, ℟. Ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

Ad Benedict. Ant. 2. D. Multi ex Judæis, qui vénerant ad Maríam & Martham, & víderant quæ fecit Jesus, credidérunt in eum.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, Dómine, ut cum Lázaro

zaro in novitáte vitæ ambulantes, te in tuis cum Martha páscere, & à te cùm María verbi tui meditatióne pasci mereámur; Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.

Pro commemoratione S. Antonini, *Ant.* Bonum, ℣. Ajutor. *Oratio*, Adesto. viij.

AD PRIMAM.

Ant. 3. *d.* Jesus venit.

AD TERTIAM.

Ant. 8. G. Dicit Martha.

Capitulum. Thren. 3.

LApsa est in lacum vita mea, & posuérunt lápidem super me. Inundavérunt aquæ super caput meum: dixi, Périi: invocávi nomen tuum de lacu novíssimo.

℟. *br.* De ventre ínferi clamávi, * Et exaudísti vocem meam. De ventre. ℣. Projecísti me * in profundum, * Et exaudísti. Glória. De ventre.

℣. Sublevábis de corruptióne vitam meam, ℟. Dómine, Deus meus.

AD SEXTAM.

Ant. 4. A. Dicit Marthæ Jesus.

Capitulum. Eccli. 2.

SUstine, & in humilitáte tua patiéntiam habe; quóniàm in igne probatur aurum & argentum, hómines verò receptíbiles in camíno humiliatiónis. Crede Deo, & recuperábit te.

℟. *br.* Spera in Dómino, * Et ipse fáciet. Spera. ℣. Et dabit tibi * petitiónes cordis tui, * Et ipse fáciet. Glória Patri. Spera in Dómino.

℣. Dóminus amat judícium, ℟. Et non derelinquet sanctos suos.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Pródiit.

Capitulum. Osée, 13.

DE manu mortis liberábo eos, de morte rédimam eos: ero mors tua, ô mors; morsus tuus ero, inferne.

℟. *br.* Humiliátus sum, * Et liberávit me Dóminus. Humiliátus sum. ℣. Erípuit ánimam meam * de morte, * Et liberávit me. Glória Patri. Humiliátus sum.

℣. Conscidísti saccum meum, ℟. Ut cantet tibi glória mea.

AD II. VESPERAS.

Ant. 4. *D.* JEsus venit Bethániam, ubi Lázarus fúerat mórtuus quem suscitávit Jesus.

Ant. 8. *G.* Cognóvit turba multa ex Judæis quia illìc est, & venérunt, non

propter Jesum tantùm, sed ut Lázarum vidérent, quem suscitâvit à mórtuis.

Ant. 7. *d.* Fecérunt ei cœnam ibi, & Martha ministrábat; Lázarus verò unus erat ex discumbéntibus cum eo.

Ant. 6. *C.* María accépit libram unguenti nardi pístici, pretiósi, & unxit pedes Jesu, & extersit capillis suis; & domus impléta est ex odóre unguenti.

Ant. 1. D. Ubicumque prædicátum fúerit Evangélium istud in universo mundo, & quod fecit hæc, narrábitur in memóriam ejus.

[*A Capitulo fit de sancto Gregorio Papa & Doctore Ecclesiæ, ut in Communi,* xix. *Oratio, infrà, cum commemoratione SS. Lazari & sororum, ut infrà, nisi transferatur Festum sancti Lazari, quod tunc habet secundas Vesperas integras, quæ continuantur ut sequitur.*]

Capitulum. Apoc. 3.

ECce sto ad óstium, & pulso: si quis audíerit vocem meam, & aperúerit mihi jánuam, intrábo ad illum, & cœnábo cum illo, & ipse mecum.

Hymnus.

INtrante Christo Bethánicam domum,
Currámus omnes: hóspite spléndidam
Simóne cœnam præparante,
Tam célebrem penetrémus aulam.

Hìc dum ministrat Martha celer gradu,
Fraterque lætas ássidet ad dapes;
María, Christo tu fragranti
Vasa reples pretiósa nardo.

Pedes inungens, térgere crínibus
Gaudes; liquórem fundis & in caput:
Et, vase fracto, mox inundans,
Tecta novo récreas odóre.

Sed cur iníquo dente lacésseris,
Dum gloriósis obséquiis vacas?
Unguenta fundens, antevertis
Exéquias morientis Agni.

Quantùm per orbem Christíadum fides
Diffúsa vastas subjíciet plagas,
Tantùm Mariæ grande factum
Per pópulos resonábit omnes.

Laus summa Patri, summaque Filio:
Sanctoque compar glória Flámini,
Quo dante jam nunc sponsa Christi
Perpétuâ frúitur quiéte.
Amen.

℣. Myrrha, & gutta, & cásia à véstimentis tuis, ℟. Ex quibus delectavérunt te fíliæ regum.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Veníte, benedícti Patris mei, possidéte parátum vobis regnum: esurívi enim, & dedistis mihi manducáre: Sitívi, & dedistis mihi bíbere: hospes eram, & collegistis me.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

DIE III.

In Festo

S. GREGORII PAPÆ, & Ecclesiæ Doctoris.

Duplex-minus.

Omnia ut in Communi Doctorum.

Oratio.

DEus, coróna Pontíficum, & lucerna Doctórum, qui beátum Gregórium Ecclésiæ tuæ providisti Pontíficem & Doctórem: quæsumus, ut ejus nos semper & documentis erúdias, & exemplis informes; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

AD VESP. *fit commemor. sancti Marcelli, Martyris, Antiph.* Ecce Deus. ℣. In Deo. *ut in Communi.* vij. *Orat.* Deus, qui. *infrà.*

DIE IV.

In Festo

SANCTI MARCELLI, Martyris. *Simplex.*

Omnia ut in Communi unius Martyris.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Marcelli, Mártyris tui natalítia gloriósa celebráre concédis; tríbue, quæsumus, ejus nos semper & benefíciis præveníri, & oratiónibus adjuvári; Per Dóminum nostrum.

DIE VII.

In Festo

S. CLODOALDI, Presbyteri.

Semiduplex.

Omnia de Communi Justorum. Pridiè ad Vesp. ℣. Oculi. *Ad* Magníficat. *Ant.* Notum. xxx. *Oratio,* Deus, qui beátum. *infrà.* 256.

Fit commem sancti Evurtii, Episc. Ant. Elégit. ℣. Beátus. *ut in Communi Pontif.* xv. *Oratio*, Ecclésiam. *infrà.* 256.

Ad Laudes, ℣. Emitte.

Ad Benedictus. *Ant.* Fidúciam habémus. xxxj.

Laus summa Patri, summaque Fílio:
Sanctoque compar glória Flámini,
Quo dante jam nunc sponsa Christi
Perpétuâ frúitur quiéte. Amen.

℣. Myrrha, & gutta, & cásia à véstimentis tuis,
℟. Ex quibus delectavérunt te filiæ regum.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Veníte, benedícti Patris ... possidéte parátum vo... ...num : esurívi enim, ...is mihi manducá... , & dedístis mihi ...ospes eram, & ... me.

... , *ut suprà ad*...

...E III.

...n Festo
...ORII PAPÆ,
...siæ Doctoris.
...lex-minus.

...ut in Communi

...atio.

...róna Pontífi... lucerna Doc... beátum Gregó... æ tuæ providi... n & Doctórem: ...ut ejus nos sem... ...entis erúdias, ...informes; Per ...ostrum Jesum

Ad Vesp. *fit commemor. sancti Marcelli, Martyris, Antiph.* Ecce Deus. ℣. In Deo. *ut in Communi.* vij. *Orat.* Deus, qui. *infrà.*

Die iv.

In Festo
SANCTI MARCELLI,
Martyris. *Simplex.*

Omnia ut in Communi unius Martyris.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Marcelli, Mártyris tui natalítia gloriósa celebráre concédis; tríbue, quæsumus, ejus nos semper & benefíciis præveníri, & orationibus adjuvári; Per Dóminum nostrum.

Die vii.

In Festo
S. CLODOALDI,
Presbyteri.
Semiduplex.

Omnia de Communi Justorum. Pridiè ad Vesp. ℣. Oculi. *Ad* Magníficat. *Ant.* Notum. xxx. *Oratio,* Deus, qui beátum. *infrà.* 256.

Fit commem sancti Evurtii, Episc. Ant. Elégit. ℣. Beátus. *ut in Communi Pontif.* xv. *Oratio*, Ecclésiam. *in*...
Ad ... mitte.
Ad ... nt. Fi...

Laus summa Patri, summaque Fílio:
Sanctoque compar glória Flámini,
Quo dante jam nunc sponsa Christi
Perpétuâ frúitur quiéte. Amen.

℣. Myrrha, & gutta, & cásia à véstimentis tuis,
℟. Ex quibus delectavérunt te fíliæ regum.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Veníte, benedicti Patris mei, possidéte parátum vo... gnum: esurívi enim, ...stis mihi manducá... i, & dedistis mihi ... hospes eram, & ... me.

..., *ut suprà ad-*

...e iii.
In Festo
...GORII PAPÆ,
...esiæ Doctoris.
...plex-minus.
... *ut in Communi*

...ratio.

...coróna Pontífi... & lucerna Doc... beátum Gregó... iæ tuæ providi... m & Doctórem: ut ejus nos sem... mentis erúdias, ... infórmes; Per ... nostrum Jesum

Ad Vesp. *fit commemor. sancti Marcelli, Martyris, Antiph.* Ecce Deus. ℣. In Deo. *ut in Communi.* vij. *Orat.* Deus, qui. *infrà.*

D I E IV.
In Festo
SANCTI MARCELLI,
Martyris. *Simplex.*

Omnia ut in Communi unius Martyris.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Marcelli, Mártyris tui natalítia glorióſa celebráre concédis; tríbue, quæsumus, ejus nos semper & benefíciis præveníri, & oratiónibus adjuvári; Per Dóminum nostrum.

D I E VII.
In Festo
S. CLODOALDI,
Presbyteri.
Semiduplex.

Omnia de Communi Justorum. Pridiè ad Vesp. ℣. Oculi. *Ad* Magníficat. *Ant.* Notum. xxx. *Oratio*, Deus, qui beátum. *infrà.* 256.

Fit commem sancti Evurtii, Episc. Ant. Elégit. ℣. Beátus. *ut in Communi Pontif.* ... *Oratio*, Ecclésiam. ...

Ad ... Emitte.
A... *Ant.* Fi... xj.

Laus summa Patri, summaque Filio:
Sanctoque compar glória Flámini,
Quo dante jam nunc sponsa Christi
Perpétuâ frúitur quiéte.
Amen.

℣. Myrrha, & gutta, & cásia à véstimentis tuis, ℟. Ex quibus delectavérunt te fíliæ regum.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Veníte, benedícti Patris mei, possidéte parátum vo-... regnum: esurívi enim, ...istis mihi manducá-...i, & dedistis mihi ... hospes eram, & ...s me. ...., *ut suprà ad-*

...E III.
In Festo
...GORII PAPÆ,
...lesiæ Doctoris.
...*plex-minus.*
... *ut in Communi*
...
...ratio.
... coróna Pontífi-... & lucerna Doc-...i beátum Gregó-...siæ tuæ providi-...em & Doctórem: ..., ut ejus nos sem-...mentis erúdias, ...s informes; Per ... nostrum Jesum

Ad Vesp. fit commemor. sancti Marcelli, Martyris, Antiph. Ecce Deus. ℣. In Deo. *ut in Communi.* vij. *Orat.* Deus, qui. *infrà.*

D I E IV.
In Festo
SANCTI MARCELLI,
Martyris. *Simplex.*

Omnia ut in Communi unius Martyris.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Marcelli, Mártyris tui natalítia glorióſa celebráre concédis; tribue, quæsumus, ejus nos semper & benefíciis præveníri, & oratiónibus adjuvári; Per Dóminum nostrum.

D I E VII.
In Festo
S. CLODOALDI,
Presbyteri.
Semiduplex.

Omnia de Communi Justorum. Pridiè ad Vesp. ℣. Oculi. *Ad* Magníficat. *Ant.* Notum. xxx. *Oratio,* Deus, qui beátum. *infrà.* 256.

Fit commem sancti Evurtii, Episc. Ant. Elégit. ℣. Beátus. *ut in Communi Pontif.* ... *Oratio*, Ecclésiam. ... 6.
... ℣. Emitte.
... *Ant.* Fi-

xxj.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Cæsárium ministrum tribuisti: præsta ut, quem doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habere mereámur in cœlis; Per Dóminum.

VESPERÆ à *Capitulo de sequenti.*

DIE XXVIII.

In Festo

SANCTI AUGUSTINI, Episcopi & Ecclésiæ Doctoris.

Duplex-minus.

Omnia de Communi Doctorum, xix. exceptis quæ sequuntur.

Pridiè ad Magníficat, *Ant.* Grátiâ Dei sum id quod sum, & grátia ejus in me vácua non fuit.

Oratio, ut infrà.

Fit commem. sancti Cæsarii, Ant. Qui docti. ℣. Beátus. xxiij. *Oratio,* Deus, qui. *ut suprà.*

Deinde S. Juliani, Mart. Ant. Ecce. ℣. In Deo. vij. *Oratio,* Deus, qui. *infrà.*

Ad Benedict. *Ant.* 7. a. Ministérium verbi accépi à Dómino Jesu, testificári Evangélium grátiæ Dei.

Oratio.

OMnípotens & miséricors Deus, qui beátum Augustínum Evangélii grátiæ tuæ testem & propugnatórem in Ecclésia suscitasti; ejusdem grátiæ, quæsumus, in nobis ostende virtútem; ut & voluntátem tuam, te docente, cognóscere, & eam corde magno valeámus, te operante, perfícere; Per.

Pro commem. sancti Juliáni, Ant. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi: in réliquo repósita est mihi coróna justítiæ.

℣. Adjútor meus, tibi psallam; ℟. Quia Deus susceptor meus es.

Oratio.

DEus, qui in corde beáti Martyris Juliáni ignem sancti tui amóris accendisti, ut persecutórum supplícia, te vincente, despíceret: dâ nobis, ut cujus natalítia cólimus, intercessióne ejus, in tui nóminis amóre roborémur; Per.

VESPERÆ *de sequenti.*

DIE XXIX.

In Festo

DECOLLATIONIS sancti JOANNIS BAPTISTÆ.

Duplex-majus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria, & sic in toto Officio.

Ant. 3. a. ECce ego mitto Angelum meum,

& præparábit viam ante fáciem meam.

Ant. 1. g. Mittam vobis Elíam prophétam, ántequàm véniat dies Dómini.

Ant. 2. D. Convertet cor patrum ad fílios, & cor filiórum ad patres eórum.

Ant. 6. F. Erit quómodò scriptum est in Fílium hóminis, ut multa patiátur, & contemnátur.

Ant. 4. f. Si vultis recípere, Joannes ipse est Elías qui ventúrus est.

Capitulum. Act. 13.

DEus ex sémine David secundum promissiónem eduxit Isräel Salvatórem Jesum, prædicante Joanne ante fáciem advéntûs ejus baptismum pœniténtiæ omni pópulo Isräel.

℟. Misistis ad Joannem, & testimónium perhíbuit veritáti: * Ille erat lucerna ardens & lucens. ℣. Surrexit Elías Prophéta quasi ignis, & verbum illíus quasi fácula ardébat: * Ille erat. Glória. * Ille erat.

Hymnus.

QUis ille, sylvis è penetrálibus
Egressus, ad se tot pópulos trahit?
Ab ore pendentes loquentis
Quâ súbitò tenet arte turbas?
An ille fastu regífico tumens,
Molli solútus díffluit ótio;
Levis-ne arundo ventilátur
Arbítrio populáris auræ?
Atqui ter annos jam déciès trahit
Vitam in profundis sáltibus ásperam,
Virtútis Elíæ futúrus
Atque ánimi generósus hæres.
Ergo sevéram Núminis ómnibus
Ostentat iram, non tímidus mori:
Assertor acer veritátis
In próceres tonat, inque plebem.
Aulâ receptum non rétinet timor,
Non blanda flectit grátia Príncipis,
Contamináti quin reprendat
Flagítium opprobriúmque lecti.
Sit summa Patri, summaque Fílio,
Sanctóque compar glória Flámini,
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuo pia corda cultu. Amen.

propter Jesum tantùm, sed ut Lázarum vidérent, quem suscitâvit à mórtuis.

Ant. 7. *d.* Fecérunt ei cœnam ibi, & Martha ministrábat; Lázarus verò unus erat ex discumbéntibus cum eo.

Ant. 6. *C.* María accépit libram unguenti nardi pístici, pretiósi, & unxit pedes Jesu, & extersit capillis suis; & domus impléta est ex odóre unguenti.

Ant. 1. D. Ubicumque prædicátum fúerit Evangélium istud in universo mundo, & quod fecit hæc, narrábitur in memóriam ejus.

[*A Capitulo fit de sancto Gregorio Papa & Doctore Ecclesiæ, ut in Communi,* xix. *Oratio, infrà, cum commemoratione SS. Lazari & sororum, ut infrà, nisi transferatur Festum sancti Lazari, quod tunc habet secundas Vesperas integras, quæ continuantur ut sequitur.*]

Capitulum. Apoc. 3.

Ecce sto ad óstium, & pulso: si quis audíerit vocem meam, & aperúerit mihi jánuam, intrábo ad illum, & cœnábo cum illo, & ipse mecum.

Hymnus.

Intrante Christo Bethánicam domum,
Currámus omnes: hóspite spléndidam
Simóne cœnam præparante,
Tam célebrem penetrémus aulam.

Hìc dum ministrat Martha celer gradu,
Fraterque lætas ássidet ad dapes;
María, Christo tu fragranti
Vasa reples pretiósa nardo.

Pedes inungens, térgere crínibus
Gaudes; liquórem fundis & in caput:
Et, vase fracto, mox inundans,
Tecta novo récreas odóre.

Sed cur iníquo dente lacésseris,
Dum gloriósis obséquiis vacas?
Unguenta fundens, antevertis
Exéquias morientis Agni.

Quantùm per orbem Christíadum fidès
Diffúsa vastas subjíciet plagas,
Tantùm

Laus summa Patri, summaque Filio:
Sanctoque compar glória Flámini,
Quo dante jam nunc sponsa Christi
Perpétuâ frúitur quiéte. Amen.

℣. Myrrha, & gutta, & cásia à véstimentis tuis, ℟. Ex quibus delectavérunt te filiæ regum.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Veníte, benedicti Patris mei, possidéte parátum vobis regnum: esurívi enim, & dedistis mihi manducáre: Sitívi, & dedistis mihi bíbere: hospes eram, & collegistis me.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

DIE III.

In Festo
S. GREGORII PAPÆ, & Ecclesiæ Doctoris.

Duplex-minus.

Omnia ut in Communi Doctorum.

Oratio.

DEus, coróna Pontíficum, & lucerna Doctórum, qui beátum Gregó- ... Ecclésiæ tuæ providi- ... & Doctóre ... no...

AD VESP. *fit commemor. sancti Marcelli, Martyris, Antiph.* Ecce Deus. ℣. In Deo. *ut in Communi.* vij. *Orat.* Deus, qui. *infrà.*

DIE IV.

In Festo
SANCTI MARCELLI, Martyris. *Simplex.*

Omnia ut in Communi unius Martyris.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Marcelli, Mártyris tui natalítia gloriósa celebráre concédis; tríbue, quæsumus, ejus nos semper & benefíciis præveníri, & oratiónibus adjuvári; Per Dóminum nostrum.

DIE VII.

In Festo
S. CLODOALDI, Presbyteri.

Semiduplex.

Omnia de Communi Justorum. Pridiè ad Vesp. ℣. Oculi. *Ad* Magníficat. *Ant.* Notum. xxx. *Oratio*, Deus, qui beátum. *infrà.* 256.

Fit commem sancti Evurtii, Episc. Ant. Elégit. ...atus. *ut in Communi* ... xv. *Oratio*, Ecclé... *frà.* 256.
...*udes*, ℣. Emitte. ...edictus. *Ant.* Fi... abémus. xxxj.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Illa præmónita.

Capitulum. Is. 5.

Væ qui potentes estis ad bibendum vinum & viri fortes ad miscendam ebrietátem: qui justificátis ímpium pro munéribus, & justítiam justi aufertis ab eo. Propter hoc sicut dévorat stípulam lingua ignis, & calor flammæ exúrit; sic radix eórum quasi favílla erit, & germen eórum ut pulvis ascendet.

℟. *br.* Adversum me loquebantur, * Qui sedébant in portâ. Adversum. ℣. Et in me psallébant * qui bibébant vinum, * Qui sedébant. Glória Patri. Adversum.

℣. Deus, ne derelinquas me in cogitátu illórum; ℟. Et ánimæ irreverenti & infrunitæ ne tradas me.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Misso.

Capitulum. Eccli. 49.

Malè tractavérunt illum, qui à ventre matris consecrátus est Prophéta, evértere, & erúere, & pérdere; & iterùm ædificáre, & renováre.

℟. *br.* Príncipes * Persecúti sunt me gratis. Príncipes. ℣. Et à verbis tuis * formidávit cor meum: * Persecúti sunt. Glória Patri. Príncipes.

℣. Eripe me, Dómine, de operántibus iniquitátem ℟. Et de viris sánguinum salva me.

AD II. VESPERAS.

Ant. 3. *d.* Accedentes discípuli Joannis, tulérunt corpus ejus; & sepeliérunt illud.

Ant. 1. f. Audívit Heródes famam Jesu, & ait; Hic est Joannes Baptista: ipse surrexit à mórtuis.

Ant. 5. C. Hæsitábat, & ait: Joannem ego decollávi. Quis est iste de quo tália áudio? Et quærébat vidére eum.

Ant. 8. G. Venientes discípuli Joannis, nuntiavérunt Jesu. Quod cùm audisset Jesus, secessit inde in navícula, in locum desertum seorsùm.

Ant. 6. F. Venérunt multi ad Jesum, & dicébant: Quia Joannes quidem signum fecit nullum; ómnia autem quæcumque dixit de hoc, vera erant. Et credidérunt in eum.

Capitulum. Is. 57.

Justus perit, & non est qui recógitet in corde suo. Et viri misericórdiæ colliguntur, quia non est

qui intélligat: à fácie enim malítiæ colléctus est justus.

Hymnus.

OMnibus manat cruor ecce venis:
Hinc sitim longam sátia, Tyranne,
Et cibos inter paterasque puro
Sánguine liba.
Ut caput vidit dápibus paráris
Triste fumanti nitidáre tabo,
Hæsit, impastis frémuitque mensis
Fúneris auctor.
Non tamen frontis grávitas serénæ
Cessit immíti violáta ferro:
Dura mitescit plácido sub ore
Mortis imágo.
Sic suo rursùm Deus hunc præíre
Núntium Christo jubet, inferisque
Ferre præcónem nova liberandi
Gáudia mundi.
Qui Deo plenus rígidis futúrum
Moribus Christum rudis exprimébat,
Débuit dirâ quoque morte totum
Réddere Christum.
Summa laus Patri, genitoque Verbo;
Et tibi compar, utriusque nexus
Spíritus semper, Deus unus, omni
Témporis ævo.
Amen.

℣. Custódit Dóminus ánimas Sanctórum suórum: ℟. De manu peccatóris liberábit eos.

Ad Magníf. *Ant.* 7. a. Venit Joannes in via justítiæ, & non credidistis ei: publicáni autem & meretríces credidérunt ei, vos autem videntes, nec pœniténtiam habuistis póstea, ut crederétis ei.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commem. sancti Fiacrii, Ant. Reliquisti. xxiv. ℣. In umbra. xxiv. *Oratio*, Quæréntium. xxvij.

DIE XXX.

In Festo.

SANCTI FIACRII,

Solitarii. *Semiduplex.*

Omnia ut in Communi Monachorum, xxv.

AD LAUDES, *Hymn.* Quid tu. xxvj. ℣. Clamávi ad te. *Ant.* Pars mea. *Orat.* Quæréntium. xxvij.

AD VESP. ℣. Plantáti. xxviij. *Ant.* Scimus. xxix. *Orat.*, Quæréntium. xxvij.

propter Jesum tantùm, sed ut Lázarum vidérent, quem suscitâvit à mórtuis.

Ant. 7. *d.* Fecérunt ei cœnam ibi, & Martha ministrâbat; Lázarus verò unus erat ex discumbéntibus cum eo.

Ant. 6. *C.* María accépit libram unguenti nardi pístici, pretiósi, & unxit pedes Jesu, & extersit capillis suis; & domus impléta est ex odóre unguenti.

Ant. 1. D. Ubicumque prædicâtum fúerit Evangélium istud in universo mundo, & quod fecit hæc, narrábitur in memóriam ejus.

[*A Capitulo fit de sancto Gregorio Papa & Doctore Ecclesiæ, ut in Communi,* xix. *Oratio, infrà, cum commemoratione SS. Lazari & sororum, ut infrà, nisi transferatur Festum sancti Lazari, quod tunc habet secundas Vesperas integras, quæ continuantur ut sequitur.*]

Capitulum. Apoc. 3.

ECce sto ad óstium, & pulso: si quis audíerit vocem meam, & aperúerit mihi jánuam, intrábo ad illum, & cœnábo cum illo, & ipse mecum.

Hymnus.

INtrante Christo Bethánicam domum,
Currámus omnes: hóspite spléndidam
Simóne cœnam præparante,
Tam célebrem penetrémus aulam.

Hìc dum ministrat Martha celer gradu,
Fraterque lætas ássidet ad dapes;
María, Christo tu fragranti
Vasa reples pretiósa nardo.

Pedes inungens, térgere crínibus
Gaudes; liquórem fundis & in caput:
Et, vase fracto, mox inundans,
Tecta novo récreas odóre.

Sed cur iníquo dente lacéssceris,
Dum gloriósis obséquiis vacas?
Unguenta fundens, antevertis
Exéquias morientis Agni.

Quantùm per orbem Christíadum fidès
Diffúsa vastas subjíciet plagas,
Tantùm Mariæ grande factum
Per o[illegible]

Laus summa Patri, summaque Fílio:
Sanctoque compar glória Flámini,
Quo dante jam nunc sponsa Christi
Perpétuâ frúitur quiéte.
Amen.

℣. Myrrha, & gutta, & cásia à véstimentis tuis, ℟. Ex quibus delectavérunt te fíliæ regum.

Ad Magníf. Ant. 6. F. Veníte, benedícti Patris mei, possidéte parátum vobis regnum: esurívi enim, & dedistis mihi manducáre: Sitívi, & dedistis mihi bíbere: hospes eram, & collegistis me.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

DIE III.

In Festo

S. GREGORII PAPÆ, & Ecclesiæ Doctoris.

Duplex-minus.

Omnia ut in Communi Doctorum.

Oratio.

DEus, coróna Pontíficum, & lucerna Doctórum, qui beátum Gregórium Ecclésiæ tuæ providísti Pontíficem & Doctórem: quæsumus, ut ejus [illegible]

AD VESP. *fit commemor. sancti Marcelli, Martyris, Antiph.* Ecce Deus. ℣. In Deo. *ut in Communi.* vij. *Orat.* Deus, qui. *infrà.*

DIE IV.

In Festo

SANCTI MARCELLI, Martyris. *Simplex.*

Omnia ut in Communi unius Martyris.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Marcelli, Mártyris tui natalítia glorióſa celebráre concédis; tríbue, quæsumus, ejus nos semper & benefíciis præveníri, & oratiónibus adjuvári; Per Dóminum nostrum.

DIE VII.

In Festo

S. CLODOALDI, Presbyteri.

Semiduplex.

Omnia de Communi Justorum. Pridiè ad Vesp. ℣. Oculi. *Ad* Magníficat. *Ant.* Notum. xxx. *Oratio,* Deus, qui beátum. *infrà.* 256.

Fit commem sancti Evurtii, Episc. Ant. Elégit. ℣. Beátus. *ut in Communi* [illegible]*if.* xv. *Oratio,* Ecclé- [illegible] *infrà.* 256.
[illegible] *Laudes,* ℣. Emitte.
[illegible]enedictus. *Ant.* Fi- [illegible] habémus. xxxj.

propter Jesum tantùm, sed ut Lázarum vidérent, quem suscitâvit à mórtuis.

Ant. 7. *d.* Fecérunt ei cœnam ibi, & Martha ministrábat; Lázarus verò unus erat ex discumbéntibus cum eo.

Ant. 6. C. María accépit libram unguenti nardi pístici, pretiósi, & unxit pedes Jesu, & extersit capillis suis; & domus impléta est ex odóre unguenti.

Ant. 1. D. Ubicumque prædicátum fúerit Evangélium istud in universo mundo, & quod fecit hæc, narrábitur in memóriam ejus.

[*A Capitulo fit de sancto Gregorio Papa & Doctore Ecclesiæ, ut in Communi,* xix. *Oratio, infrà, cum commemoratione SS. Lazari & sororum, ut infrà, nisi transferatur Festum sancti Lazari, quod tunc habet secundas Vesperas integras, quæ continuantur ut sequitur.*]

Capitulum. Apoc. 3.

ECce sto ad óstium, & pulso: si quis audíerit vocem meam, & aperúerit mihi jánuam, intrábo ad illum, & cœnábo cum illo, & ipse mecum.

Hymnus.

INtrante Christo Bethánicam domum,
Currámus omnes: hóspite spléndidam
Simóne cœnam præparante,
Tam célebrem penetrémus aulam.

Hìc dum ministrat Martha celer gradu,
Fraterque lætas ássidet ad dapes;
María, Christo tu fragranti
Vasa reples pretiósa nardo.

Pedes inungens, térgere crínibus
Gaudes; liquórem fundis & in caput:
Et, vase fracto, mox inundans,
Tecta novo récreas odóre.

Sed cur iníquo dente lacésseris,
Dum gloriósis obséquiis vacas?
Unguenta fundens, antevertis
Exéquias morientis Agni.

Quantùm per orbem Christíadum fidès
Diffúsa vastas subjíciet plagas,
Tantum Maria grande factum
[illegible]

Laus summa Patri, summaque Filio:
Sanctoque compar glória Flámini,
Quo dante jam nunc sponsa Christi
Perpétuâ frúitur quiéte. Amen.

℣. Myrrha, & gutta, & cásia à véstimentis tuis, ℟. Ex quibus delectavérunt te fíliæ regum.

Ad Magníf. *Ant. 6.* F. Veníte, benedícti Patris mei, possidéte parátum vobis regnum: esurívi enim, & dedistis mihi manducáre: Sitívi, & dedistis mihi bíbere: hospes eram, & collegistis me.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

DIE III.

In Festo

S. GREGORII PAPÆ, & Ecclesiæ Doctoris.

Duplex-minus.

Omnia ut in Communi Doctorum.

Oratio.

DEus, coróna Pontíficum, & lucerna Doctórum, qui beátum Gregórium Ecclésiæ tuæ providísti Pontíficem & Doctórem: quæsumus, ut ejus nos semper & documentis & exemplis [illegible]

AD VESP. *fit commemor. sancti Marcelli, Martyris, Antiph.* Ecce Deus. ℣. In Deo. *ut in Communi.* vij. *Orat.* Deus, qui. *infrà.*

DIE IV.

In Festo

SANCTI MARCELLI, Martyris. *Simplex.*

Omnia ut in Communi unius Martyris.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Marcelli, Mártyris tui natalítia gloriósa celebráre concédis; tríbue, quæsumus, ejus nos semper & benefíciis prævenîri, & oratiónibus adjuvári; Per Dóminum nostrum.

DIE VII.

In Festo

S. CLODOALDI, Presbyteri.

Semiduplex.

Omnia de Communi Justorum. Pridiè ad Vesp. ℣. Oculi. *Ad* Magníficat. *Ant.* Notum. xxx. *Oratio,* Deus, qui beátum. *infrà.* 256.

Fit commem sancti Evurtii, Episc. Ant. Elégit. ℣. Beátus. *ut in Communi* [illegible]f. xv. *Oratio,* Ecclé[illegible] *infrà.* 256.

[illegible] *Laudes,* ℣. Emitte. [illegible] Benedictus. *Ant.* Fi[illegible] habémus. xxxj.

Vulnus hæc sanat, tumidíque colla
Cónterit anguis.
Quò dolus cessit? Dómini potente.
Totius sperat sóbolis ruínam:
Omnibus reddet Sóboles paréntis
Una salútem.
Sic lucro cedunt, Dómino volente,
Damna, dùm gratâ vice per Maríam
Delet antiquam nova vita mortem,
Grátia culpam.
Diceris mater quoque nostra, Virgo,
Te proba nostram, pia Virgo, Matrem,
Efficax blandis précibus sevérum
Fléctere numen.
Laus sit ætérnæ sua Trinitáti,
Quæ laborantem miseráta mundum,
Próximos Christi, præeunte matre,
Núntiat ortus.
Amen.

℣. Usque in æternum præparábo semen tuum, ℟. Et ædificábo in generatiónem & generatiónem sedem tuam.

Ad Magníf. Ant. 1. D. Dómine, sermo quem locútus es David & super domum ejus, confirmétur in perpétuum, & magnificétur nomen tuum usque in sempitérnum.

Oratio.

DEus qui secundum propósitum voluntátis tuæ, mundum tibi reconciliáre voluisti: præsta, quæsumus, ut qui Nativitátem Vírginis Maríæ, de qua natus est nobis Christus Salvátor, cum gáudio celebrámus, ipsam quam Fílius operátus est salútem, Matris intercessióne, consequámur; Per eumdem Dóminum nostrum.

Non fit commem. præced.

AD COMPLETORIUM.

Psalm. & Capit. de Feria.

Ant. 2. D. Ecce ténebræ opérient terram, & calígo pópulos; super te autem oriétur Dóminus, allelúia.

Hymnus, Virgo Dei génitrix. lxxj.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 1. g. In splendore ortûs tui, omnes vénient, laudem Dómino annuntiantes, allelúia.

A D L A U D E S.

Psalmi de Dominica.

Ant. 1. g. QUæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consurgens, pulchra ut luna, elecra ut sol?

Ant. 4. E. Una est columba mea, perfecta mea,

una est matris suæ, electa genetríci suæ.

Ant. 6. *C.* Vidérunt eam fíliæ, & beatíssimam prædicavérunt; & regínæ, & laudavérunt eam.

Ant. 5. a. Surge.

Canticum. Judicum, 5.

AUdíte, reges, áuribus percípite, príncipes: * Ego sum, ego sum quæ Dómino canam, psallam Dómino Deo Israel.

Dómine, cùm exíres de Seïr, * & transíres per regiónes Edom,

Terra mota est, * cœlique ac nubes distillavérunt aquis.

Montes fluxérunt à fácie Dómini, * & Sínaï à fácie Dómini Dei Israel.

Cessavérunt fortes in Israel, & quievérunt, * donec súrgeret mater in Israel.

Nova bella elégit Dóminus, * & portas hóstium ipse subvertit.

Salvátæ sunt relíquiæ pópuli: * Dóminus in fórtibus dimicávit.

Benedícta inter mulíeres; * benedicátur in tabernáculo suo.

Qui autem díligunt te, Dómine, * sicut sol in ortu suo splendet, ità rútilent.

Et dicitur per Octavam, quandò fit de ea.

Ant. 5. a. Surge & veni, columba mea: ostende mihi fáciem tuam.

Ant. 3. a. Quàm pulchra es & quàm decóra, caríssima in delíciis!

Capitulum. Baruch, 5.

DEus ostendet splendórem suum in te, omni qui sub cœlo est. Nominábitur enim tibi nomen tuum à Deo: Pax justítiæ, & honor pietátis.

Hymnus.

MOrtále, cœlo tolle, genus, caput:
En noctis horror désiit; en jubar
Nascentis auróræ propinquum
Admónuit properáre Solem.

Sacro tumentes gérmine jam polus
Terras amícis ímbribus írrigat:
De stirpe Jesse virga surgit
Conspícuum paritúra florem.

Cœlestis illum grátia Spíritûs
Inunget: illi justítia & Fides
Timorque castus, Verítasque
Et píetas cómites præíbunt.

Hunc ergo, quem tot secla fidélibus

Vulnus hæc sanat, tumídique colla
Cónterit anguis.
Quò dolus cessit? Dómitâ parente,
Totíus sperat sóbolis ruínam:
Omnibus reddet Sóboles parentis
Una salútem.
Sic lucro cedunt, Dómino volente,
Damna, dùm gratâ vice per Maríam
Delet antíquam nova vita mortem,
Grátia culpam.
Díceris mater quoque nostra, Virgo,
Te proba nostram, pia Virgo, Matrem,
Efficax blandis précibus sevérum
Fléctere numen.
Laus sit ætérnæ sua Trinitáti,
Quæ laborantem miseráta mundum,
Próximos Christi, præeunte matre,
Núntiat ortus.
Amen.

℣. Usque in æternum præparábo semen tuum, ℟. Et ædificábo in generatiónem & generatiónem sedem tuam.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Dómine, sermo quem locútus es David & super domum ejus, confirmétur in perpétuum, & magnificétur nomen tuum usque in sempitérnum.

Oratio.

DEus qui secundum propósitum voluntátis tuæ, mundum tibi reconciliáre voluisti: præsta, quæsumus, ut qui Nativitátem Vírginis Maríæ, de qua natus est nobis Christus Salvátor, cum gáudio celebrámus, ipsam quam Fílius operátus est salútem, Matris intercessióne, consequámur; Per eumdem Dóminum nostrum.

Non fit commem. præced.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capit. de Feria.

Ant. 2. D. Ecce ténebræ opérient terram, & calígo pópulos; super te autem oriétur Dóminus, allelúia.

Hymnus, Virgo Dei génitrix. lxxj.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 1. g. In splendore ortûs tui, omnes vénient, laudem Dómino annuntiantes, allelúia.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica.

Ant. 1. g. QUæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol?

Ant. 4. E. Una est columba mea, perfecta mea,

una est matris suæ, elécta genetríci suæ.

Ant. 6. *C.* Vidérunt eam fíliæ, & beatíssimam prædicavérunt; reginæ, & laudavérunt eam.

Ant. 5. a. Surge.

Canticum. Judicum, 5.

AUdíte, reges, áuribus percípite, príncipes: * Ego sum, ego sum quæ Dómino canam, psallam Dómino Deo Israel.

Dómine, cùm exíres de Seïr, * & transíres per regiónes Edom,

Terra mota est, * cœlique ac nubes distillavérunt aquis.

Montes fluxérunt à fácie Dómini, * & Sínaï à fácie Dómini Dei Israel.

Cessavérunt fortes in Israel, & quievérunt, * donec súrgeret mater in Israel.

Nova bella elégit Dóminus, * & portas hóstium ipse subvertit.

Salvátæ sunt relíquiæ pópuli: * Dóminus in fórtibus dimicávit.

Benedícta inter mulíeres; * benedicátur in tabernáculo suo.

Qui autem díligunt te, Dómine, * sicut sol in ortu suo splendet, ità rútilent.

Et dicitur per Octavam, quandò fit de ea.

Ant. 5. a. Surge & veni, columba mea: ostende mihi fáciem tuam.

Ant. 3. a. Quàm pulchra es & quàm decóra, caríssima in delíciis!

Capitulum. Baruch, 5.

DEus ostendet splendórem suum in te, omni qui sub cœlo est. Nominábitur enim tibi nomen tuum à Deo: Pax justítiæ, & honor pietátis.

Hymnus.

MOrtále, cœlo tolle, genus, caput:
En noctis horror désiit; en jubar
Nascentis auróræ propinquum
Admónuit properáre Solem.

Sacro tumentes gérmine jam polus
Terras amícis ímbribus írrigat:
De stirpe Jesse virga surgit
Conspícuum paritúra florem.

Cœlestis illum grátia Spíritûs
Inunget: illi justítia & Fides
Timorque castus, Veritasque
Et píetas cómites præíbunt.

Hunc ergo, quem tot secla fidélibus

Vulnus hæc sanat, tumídique colla
Cónterit anguis.
Quò dolus cessit? Dómitâ parente,
Totius sperat sóbolis ruínam:
Omnibus reddet Sóboles parentis
Una salútem.
Sic lucro cedunt, Dómino volente,
Damna, dùm gratâ vice per Maríam
Delet antíquam nova vita mortem,
Grátia culpam.
Díceris mater quoque nostra, Virgo,
Te proba nostram, pia Virgo, Matrem,
Efficax blandis précibus sevérum
Fléctere numen.
Laus sit æternæ sua Trinitáti,
Quæ laborantem miseráta mundum,
Próximos Christi, præeunte matre,
Núntiat ortus.
Amen.

℣. Usque in æternum præparábo semen tuum, ℟. Et ædificábo in generatiónem & generatiónem sedem tuam.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Dómine, sermo quem locútus es David & super domum ejus, confirmétur in perpétuum, & magnificétur nomen tuum usque in sempitérnum.

Oratio.

DEus qui secundum propósitum voluntátis tuæ, mundum tibi reconciliáre voluisti: præsta, quæsumus, ut qui Nativitátem Vírginis Maríæ, de qua natus est nobis Christus Salvátor, cum gáudio celebrámus, ipsam quam Fílius operátus est salútem, Matris intercessióne, consequámur; Per eumdem Dóminum nostrum.

Non fit commem. præced.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capit. de Feria.

Ant. 2. D. Ecce ténebræ opérient terram, & calígo pópulos; super te autem oriétur Dóminus, allelúia.

Hymnus, Virgo Dei génitrix. lxxi.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 1. g. In splendore ortûs tui, omnes vénient, laudem Dómino annuntiántes, allelúia.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica.

Ant. 1. g. QUæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consurgens, pulchra ut luna, elécta ut sol?

Ant. 4. E. Una est columba mea, perfécta mea,

una est matris suæ, electa genetrici suæ.

Ant. 6. *C.* Vidérunt eam filiæ, & beatíssimam prædicavérunt; regínæ, & laudavérunt eam.

Ant. 5. a. Surge.

Canticum. Judicum, 5.

AUdite, reges, áuribus percípite, príncipes: * Ego sum, ego sum quæ Dómino canam, psallam Dómino Deo Israel.

Dómine, cùm exíres de Seïr, * & transíres per regiónes Edom,

Terra mota est, * cœlique ac nubes distillavérunt aquis.

Montes fluxérunt à fácie Dómini, * & Sinaï à fácie Dómini Dei Israel.

Cessavérunt fortes in Israel, & quievérunt, * donec súrgeret mater in Israel.

Nova bella elégit Dóminus, * & portas hóstium ipse subvertit.

Salvátæ sunt relíquiæ pópuli: * Dóminus in fórtibus dimicávit.

Benedicta inter mulíeres; * benedicátur in tabernáculo suo.

Qui autem díligunt te, Dómine, * sicut sol in ortu suo splendet, ità rútilent.

Et dicitur per Octavam, quandò fit de ea.

Ant. 5. a. Surge & veni, columba mea: ostende mihi fáciem tuam.

Ant. 3. a. Quàm pulchra es & quàm decóra, caríssima in delíciis!

Capitulum. Baruch, 5.

DEus ostendet splendórem suum in te, omni qui sub cœlo est. Nominábitur enim tibi nomen tuum à Deo: Pax justítiæ, & honor pietátis.

Hymnus.

MOrtále, cœlo tolle, genus, caput:
En noctis horror désiit; en jubar
Nascentis auróræ propinquum
Admónuit properáre Solem.
Sacro tumentes gérmine jam polus
Terras amícis ímbribus írrigat:
De stirpe Jesse virga surgit
Conspícuum paritúra florem.
Cœlestis illum grátia Spíritûs
Inunget: illi justítia & Fides
Timorque castus, Verítasque
Et píetas cómites præíbunt.
Hunc ergo, quem tot secla fidélibus

Votis anhélant; quem mísero Deus
Promísit orbi, spem salútis,
Accélera, pia Virgo, fructum.
Sit Trinitáti perpétuum decus,
Inflícta mundo quæ míserans mala,
In matre pignus nascitúri
Non dúbium dat habére Christi. Amen.

℣. Vultum tuum deprecabuntur. ℟. Omnes dívites plebis.

Ad Benedict. *Ant.* 7. G. Benedícta tu à Deo tuo in omni tabernáculo Jacob; quóniàm in omni gente quæ audíerit nomen tuum, magnificábitur super te Deus Israel.

Oratio.

DEus, qui secundum propósitum voluntátis tuæ, mundum tibi reconciliáre voluisti: præsta, quæsumus, ut qui Nativitátem Vírginis Maríæ, de quâ natus est nobis Christus salvátor, cum gáudio celebrámus, ipsam quam Fílius operátus est salútem, Matris intercessióne, consequámur, Per eumdem Dóminum.

AD HORAS, *in fine Hymnorum, dicitur;*

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória, &c.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Non dicitur Symb. Quicumque.

Ant. 1. g. Quæ est ista.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es.

Canon proprius ad calcem.

AD TERTIAM.

Ant. 4. E. Una est.

Capitulum. Eccli. 24.

QUi creávit me, requiévit in tabernáculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhábita, & in Israel hæreditáre, & in electis meis mitte radíces.

℟. *br.* De ventre matris meæ * Deus meus es tu, * Allelúia, allelúia. De ventre. ℣. Spes mea * ab ubéribus, * Allelúia. Glória Patri. De ventre.

℣. Dómine, spes mea à juventúte mea: ℟. In te cantátio mea semper.

AD SEXTAM.

Ant. 6. C. Vidérunt.

Capitulum. Judith, 13.

LAudáte Dóminum Deum nostrum, qui non deséruit sperantes in se, & in me ancillâ suâ adimplévit misericórdiam suam quam promísit dómui Israel.

℟. *br.* Prope timentes Dóminum * Salutáre ipsíus, Allelúia, allelúia.

Prope. ℣. Ut inhábitet glória * in terra nostra, * Allelúia. Glória. Prope.

℣. Véritas de terra orta est, ℟. Et justítia de cœlo prospexit.

AD NONAM.

Ant. 3. a. Quàm pulchra es.

Capitulum. Isaïæ, 41.

ELégi te, & non abjéci te: ne tímeas, quia ego tecum sum.

℟. *br.* Pópuli confitebuntur tibi * In æternum, * Allelúia, allelúia. Pópuli. ℣. Mémores érunt * nóminis tui, * Allelúia. Glória Patri. Pópuli.

℣. Concupíscet rex decórem tuum; ℟. Quóniàm ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

AD II. VESPERAS.

Psalmi de Officio parvo.

Ant. 6. F. LAuda & lætáre, fília Sion; quia ecce ego vénio, & habitábo in médio tuî, ait Dóminus.

Ant. 8. G. Rex Israel Dóminus in médio tuî; non timébis malum ultrà.

Ant. J. Dóminus Deus tuus in médio tuî; fortis, ipse salvábit.

Ant. 5. C. Gaudébit super te in lætítia, silébit in dilectióne sua, exultábit super te in laude.

Ant. 4. E. Applicabuntur gentes multæ ad Dóminum in die illa, & erunt mihi in pópulum, & habitábo in médio tuî.

Capitulum. Apoc. 21.

ECce tabernáculum Dei cum homínibus, & habitábit cum eis: & ipsi pópulus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eórum Deus.

Hymnus.

UNus bonórum fons, Deus, ómnium,
Quàm liberáli fundis opes manu!
Non antè concessis Maríam
Quot próperas cumuláre donis!
Inter rigentes, ceu rosa, cláuditur
Spinas, & acres vincit acúleos;
Præsens amáram viru-lenti
Grátia vim frúticis retundit.
Quantùm pudícas íncly‌ta vírgines
Præstat, remóto quæ dóminam gradu
Sequuntur, & Regis parentem
Sidéreâ comitantur aulâ!
Nec Angelórum par decus: hi Deo
Adstant sedenti; fert hóminem Deum

Votis anhélant; quem
mísero Deus
Promísit orbi, spem salútis,
Accélera, pia Virgo, fructum.
Sit Trinitáti perpétuum decus,
Inflícta mundo quæ mi-
serans mala,
In matre pignus
túri
Non dúbium da
Christi. Am
℣. Vultum
cabuntur. ℟.
tes plebis.
Ad Bene dat habére,
Benedíctio Amen.
omni ficávit taber-
quóculum suum Altíssimus:
quæ in médio ejus.
Magníf. Ant. 3. a.
D egrediétur qui sit do-
minátor in Israel, & egres-
sus ejus ab inítio, à diébus
æternitátis; & erit iste
pax, allelúia.
Oratio, ut suprà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capit. de Dominica. Reliqua ut heri 258.

DIEBUS INTRA OCTAVAM NATIVITATIS B. M. V.

Semiduplex.

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur.

Qui
Jesu
Ps

de Feria in toto

LAUDES.

5. a. Surge
umba mea
hi fáci

SPER.

sola. 6. F. Lauda-
etáre, fília Sion; quia
ecce ego vénio, & habitá-
bo in médio tuî, ait Dóminus.

DOMINICA INTRA OCTAVAM.

Totum Officium fit de Dominica, ut in Psalterio, incipiendo à I. Vesperis, quæ erunt integræ de Sabbato ante Dominicam occurr. cum commem. Nativitatis B. M. in utrisque Vesperis & Laudibus.

DIE IX.

DE OCTAVA.

AD LAUDES, *pro commem. sancti Audomari, Ant.* Ego sum. ℣. Elégit. *Oratio,* Deus, qui pópulis. xvij.

AD VESP. *fit commem. sancti Nicolai Tolentinatis, Eremitæ, Ant.* Qui confídunt. ℣. Sperent, *ut in Communi Justorum.* xxx. *Oratio,* Fac, quæsumus. xxxj.

María, nomen dulce matris
Virgineo sócians honóri.
Regína mundi virgo, cliéntium
Tutéla, mœstis perfúgium reis,
Fer nostra Nato vota: tristem
Non pátitur génitrix repulsam.
Sit Trinitáti perpétuum decus,
Inflícta mundo quæ míserans mala,
In matre pignus nascitúri
Non dúbium dat habére, Christi. Amen.

℣. Sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus: ℟. Deus in médio ejus.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Ex te egrediétur qui sit dominátor in Israel, & egressus ejus ab inítio, à diébus æternitátis; & erit iste pax, allelúia.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capit. de Dominica. Reliqua ut herì 258.

DIEBUS INTRA OCTAVAM NATIVITATIS B. M. V.

Semiduplex.

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria in toto Officio.

AD LAUDES.

Ant. sola. 5. a. Surge & veni, columba mea, ostende mihi fáciem tuam.

AD HORAS, *non dicitur* Allelúia. *in* ℟℟. *brevibus.*

AD VESPERAS.

Ant. sola. 6. F. Lauda & lætáre, fília Sion; quia ecce ego vénio, & habitábo in médio tuî, ait Dóminus.

DOMINICA INTRA OCTAVAM.

Totum Officium fit de Dominica, ut in Psalterio, incipiendo à I. Vesperis, quæ erunt integræ de Sabbato ante Dominicam occurr. cum commem. Nativitatis B. M. in utrisque Vesperis & Laudibus.

DIE IX.

DE OCTAVA.

AD LAUDES, *pro commem. sancti Audomari, Ant.* Ego sum. ℣. Elégit. *Oratio,* Deus, qui pópulis. xvij.

AD VESP. *fit commem. sancti Nicolai Tolentinatis, Eremitæ, Ant.* Qui confídunt. ℣. Sperent, *ut in Communi Justorum.* xxx. *Oratio,* Fac, quæsumus. xxxj.

DIE X.

DE OCTAVA.

AD LAUDES, *pro commem. sancti Nicolai*, *Ant.* Qui facit. ℣. Proba me. *Oratio*, Fac, quæsumus. xxxj.

DIE XIII.

DE OCTAVA.

VESPERÆ *de sequenti.*

DIE XIV.

In Festo

EXALTATIONIS SANCTÆ CRUCIS.

Duplex-majus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.

Ant. 8. G. RAdix Jesse, qui stat in signum populórum, ipsum gentes deprecabuntur; & erit sepulcrum ejus gloriósum.

Ant. 3. a. Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est spécies ei, neque decor.

Ant. 4. E. Sicut ovis ad occisiónem ducétur; & quasi agnus coram tondente se, non apériet os suum.

Ant. 1. D. Si posúerit pro peccáto ánimam suam, vidébit semen longævum; & voluntas Dómini in manu ejus dirigétur.

Ant. 7. d. Justificábit ipse justus multos, & iniquitátes eórum ipse portábit.

Capitulum. Is. 11.

LEvábit Dóminus signum in natiónes, & congregábit prófugos Israel, & dispersos Juda cólliget à quátuor plagis terræ.

℟. Filius hóminis tradétur Princípibus sacerdótum, & Scribis; & condemnábunt eum morte, & * Tradent eum géntibus, ad crucifigendum; & † Tértiâ die resurget. ℣. Occidétur Christus; & non erit ejus pópulus, qui eum negatúrus est. * Tradent. Glória Patri. † Tértiâ die.

Hymnus.

CRux alma, salve, Crux venerábilis,
Torrente Christi sánguinis ébria;
Testis dolórum, tu supréma
Verba Dei morientis audis.

Tu celsa sedes, unde suos docet:
Vitális, in quo nos péperit, torus;
Currus triumphantis, tribúnal
Júdicis, atque litantis ara.

Non rapta cæsis hóstibus impia
Hîc arma fulgent; nec dómiti duces
Graves caténis hîc trahuntur:

Nobílior Crucis est triumphus.
Orbis redempti quália pígnora!
Crux tincta Christi sánguine adhuc madet:
Speráte, mortáles: salútem
Plena necis monumenta præstant.
Crux certa cœli sémita, quæ Patris
Thronum petenti pandis iter Deo:
Nunc áltera nobis nefas est
Ire viâ malè delicátos.
Laus summa Patri qui creat ómnia,
Natoque mundum qui réparat Cruce:
Qui cuncta replet, summa sancto
Spirítui: tribus una semper. Amen.

℣. Accípere ánimam meam consiliáti sunt: ℟. Ego autem in te sperávi, Dómine.

Ad Magnífic. *Ant.* J. Ego quasi Agnus qui portátur ad víctimam; cogitavérunt super me consília, dicentes: Eradámus eum de terra vivéntium, & nomen ejus non memorétur ámpliùs.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commem. de Nativitate B. Mariæ. Ant. Ex te egrediétur. ℣. Sanctificávit. 262. *Oratio*, Deus, qui secundum. 260.

Posteà sancti Cornelii, Papæ & Mart. Ant. Ecce Deus. ℣. In Deo. vij. *Oratio*, Deus, cujus. viij.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feria cum sua Antiph. ut in Psalterio.

Hymnus, Grates. *cum Doxologia sequenti, quæ dicitur etiam cras ad Horas:*

Qui per crucem nos líberas,
Fili, tibi laus máxima
Cum Patre: nec tibi minor
Laus, utriusque Spíritus.
Amen.

Ad Nunc dimittit. *Ant.* Dómine, dabis. *ut in Psalterio.*

AD LAUDES.

Ant. Christus mórtuus 7. ç. est pro peccátis nostris, & resurrexit tértiâ die secundum Scriptúras.

Ant. 4. E. Humiliávit semetipsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis; propter quod & Deus exaltávit illum.

Ant. 2. D. Cùm esset Fílius Dei, dídicit ex eis quæ passus est obediéntiam, & consummátus, factus est ómnibus obtemperántibus sibi causa salútis ætérnæ.

Cantic. de Festis, secundùm Feriam.

Ant.

Ant. 3. a. Sic oportébat Christum pati & resúrgere, & prædicári in nómine ejus pœniténtiam, & remissiónem peccatórum in omnes gentes.

Ant. 8. G. Verbum Crucis pereúntibus quidem stultítia est, iis autem qui salvi fiunt, nobis, Dei virtus est.

Capitulum. I. Cor. 1.

PRædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scándalum, Géntibus autem stultítiam; ipsis autem vocátis Judæis atque Græcis, Christum Dei virtútem & Dei sapiéntiam.

Hymnus.

UNcta Crux Dei cruóre
Quàm potens & éfficax!
Hujus attactu jacentes
Erígunt se mórtui:
Christus olìm quâ pependit,
Tanta vis fuit Crucis!

Públici fontes salútis,
Sacra Christi vúlnera,
Vulnerátos illa sanant
Anguis instar ænei:
Quisquis æger speret, & spe
Non suâ fraudábitur.

Crux tribúnal, quo sedébit
Justus ultor críminum;
Sponte sed nos judicémus
Cedet ira Júdicis:
Nosque primi puniámus,
Ne secundus púniat.

Totíus fons sanctitátis,
Sancta quo sunt ómnia,
Qui tuo quodcumque crimen
Expiasti sánguine,
Labe puros, Christe, serves
Christiános móribus.

Sempiterna laus Parenti
Qui creávit ómnia,
Filioque qui redémit
Morte nos volens suâ:
Par & illi cujus almo
Recreámur hálitu.
Amen.

℣. Omnis terra adóret te, & psallat tibi: ℟. Psalmum dicat nómini tuo, Dómine.

Ad Benedict. *Ant.* 1. D. Dignus est Agnus qui occísus est, accípere virtútem, & divinitátem, & sapiéntiam, & fortitúdinem, & honórem, & glóriam, & benedictiónem.

Oratio.

DEus qui nos hodiernâ die Exaltatiónis sanctæ Crucis ánnuâ solemnitáte lætíficas: præsta, quæsumus, ut cujus mystérium in terra cognóvimus, ejus redemptiónis præmia in cœlo mereámur; Per eúmdem.

Pro commem. de Nativit. B. M. Ant. Benedícta tu.

℣. Vultum. *Oratio*, Deus qui secundum, 260.

Posteà sancti Cornelii.

Ant. Bonum. ℣. Adjútor. *Oratio*, Deus, cujus grátia. viij.

AD PRIMAM.

Ant. 7. c. Christus.

In ℟. *br.* ℣. Qui passus es * pro nobis.

AD TERTIAM.

Ant. 4. E. Humiliávit.

Capitulum. Act. 10.

Nos testes sumus ómnium quæ fecit in regióne Judæórum & Jerúsalem, quem occidérunt suspendentes in ligno: hunc Deus suscitávit tértiâ die.

℟. *br.* Lápidem quem reprobavérunt ædificantes, * Hic factus est in caput ánguli. Lápidem. ℣. A Dómino factum est istud, * & est mirábile in óculis nostris. * Hic. Glória Patri. Lápidem.

℣. Deus noster, Deus salvos faciendi, ℟. Et Dómini Dómini éxitus mortis.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Cùm esset.

Capitulum. Hebr. 2.

Decébat eum propter quem ómnia, & per quem ómnia, qui multos fílios in glóriam addúxerat, auctórem salútis eórum per passiónem consummáre.

℟. *br.* Deus rex noster * Operátus est salútem. Deus. ℣. In médio * terræ * Operátus est. Glória Patri. Deus.

℣. Apud Dóminum misericórdia, ℟. Et copiósa apud eum redemptio.

AD NONAM.

Ant. 8. G. Verbum Crucis.

Capitulum. Ephes. 3.

Deus det vobis ut possítis comprehéndere cum ómnibus sanctis, quæ sit latitúdo, & longitúdo, & sublímitas, & profundum; scire étiam supereminentem sciéntiæ caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

℟. *br.* Magnus Dóminus noster, * Et magna virtus ejus. Magnus. ℣. Et sapiéntiæ ejus * non est númerus, * Et magna. Glória Patri. Magnus.

℣. Notam fecisti in pópulis virtútem tuam: ℟. Redemisti in bráchio tuo pópulum tuum.

AD II. VESPERAS.

Ant. 1, D. Christus nos redémit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum; quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno.

Ant. 8. G. Eum qui non nóverat peccátum, pro no-

bis peccátum fecit Deus; ut nos efficerémur justítia Dei in ipso.

Ant. 6. F. Commendat caritátem suam Deus in nobis; quóniàm justificáti in sánguine Christi, salvi érimus ab ira per ipsum.

Ant. 5. C. Gloriámur in Deo per Dóminum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliatiónem accépimus.

Ant. 3. a. Semel oblátus est ad multórum exhauriénda peccáta; secundò sine peccáto apparébit expectántibus se, in salútem.

Capitulum. Act. 10.

PRæcépit nobis prædicáre pópulo, & testificári quia ipse est qui constitútus est à Deo judex vivórum & mortuórum. Huic omnes Prophétæ testimónium pérhibent, remissiónem peccatórum accípere per nomen ejus omnes qui credunt in eum.

Hymnus, Crux alma. *ut in I. Vesperis.* 263.

℣. In te confídit ánima mea, Deus; ℣. Et in umbra alárum tuárum sperábo.

Ad Magníﬁc. *Ant.* 7. *d.* Parébit signum Filii hóminis in cœlo; & tunc plangent omnes tribus terræ, & vidébunt Fílium hóminis veniéntem in núbibus cœli cum virtúte multa & majestáte.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Deindè fit commem. de Octava Nativ. B. M. per Ant. Dómine. ℣. Usque. *Oratio*, Deus, qui secundum. 258.

COMPLETORIUM, *ut heri*, 264.

QUATUOR TEMPORA *Septembris celebrantur Feriâ iv. Feriâ vj. & Sabbato post Festum Exaltationis sanctæ Crucis.*

Officium fit de Feria, additis, & exceptis quæ hic in his tribus Feriis propria sunt.

Si hodiè, vel Feriâ vj. aut Sabbato sequenti occurrat Festum Semiduplex, aut suprà, Officium fit de Festo, cum commem. de Feria per Ant. ℣. *& Oratione propria Feriis Quatuor Temporum.*

FERIA QUARTA QUATUOR TEMPORUM.

℣. Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam; ℟. Quia in te sperávi.

Ad Benedict. *Ant.* 7. d. Increpávit Jesus spíritum immúndum, & sanávit púerum, & réddidit illum patri ejus. Stupébant autem omnes in magnitúdine Dei.

Preces flexis genibus.

Oratio.

MIsericórdiæ tuæ remédiis, quæsumus, Dómine, nostram ádjuva fragilitátem; ut quæ suâ conditióne attéritur, tuâ cleméntiâ reparétur; Per.

Et dicitur ad Horas tantùm.

Fiunt Suffragia de Cruce, &c.

Canon proprius, ad calcem.

AD VESPERAS, *si sint de Feria, dicitur ad* Magníficat. *Antiph. ut in Psalterio, cum precibus, flexis genibus, & Oratione de Dominica, & Suffragiis.*

FERIA SEXTA QUATUOR TEMPORUM.

℣. Exultábo manè misericórdiam tuam; ℟. Quia factus es suscéptor meus in die tribulatiónis.

Ad Benedict. *Ant.* 6. F. Dixit Jesus ad mulíerem; Fides tua te salvam fecit; vade in pace.

Preces flexis genibus.

Oratio.

ADesto, quæsumus, omnípotens Deus, & in jejúnio corporáli mentem nostram opéribus tuórum réfice mandatórum; Per.

Et dicitur ad Horas tantùm. Canon proprius, ad calcem.

SABBATO. QUATUOR TEMPORUM.

℣. Deduc me, Dómine, & ingrédiar in veritáte tua: ℟. Lætétur cor meum, ut tímeat nomen tuum.

Ad Benedict. *Ant.* 8. *G.* Hypócritæ, unusquisque vestrûm Sábbato non solvit bovem suum, & ducit adaquáre? Hanc autem fíliam Abrahæ non opórtuit solvi à vínculo isto, die sábbati?

Preces flexis genibus.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui per continéntiam salutárem, corpóribus medéris, & méntibus: majestátem tuam supplíces exorámus, ut piâ jejunántium deprecatióne placátus, & præséntia nobis subsídia tribuas, & futúra; Per Dóminum.

Et dicitur ad Horas tantùm.

Canon proprius ad calcem.

DIE XV.

Octava NATIVITATIS B. M. VIRGINIS.

Duplex-minus.

Psalmi de Feria; cetera ut in die.

AD II. VESPERAS, *fit commem. sancti Cypriani, Episc. & Mart. Ant.* Ecce Deus. ℣. In Deo. vij. *Oratio.* Beáti Cypriáni, *infrà.*

Posteà sanctæ Euphemiæ, Virg. & Mart. Ant. Infirma. ℣. Deus. xxxiv. *Oratio,* Deus, qui inter. xxxvj.

DIE XVI.

In Festo
SANCTI CYPRIANI,
Carthaginensis Episcopi
& Martyris.

Semiduplex.

Ut in Communi unius Martyris. vij.

Oratio.

BEáti Cypriani, quæsumus, Dómine, nos tibi sancta comméndet orátio, qui simul & vigóre sacerdótii cláruit, & gloriósæ passiónis triumpho refulsit; Per Dóminum.

Fit commem. sanctæ Euphemiæ, Ant. Pactus est. ℣. Hæréditas. *Oratio*, Deus, qui inter. xxxvj.

AD VESPERAS, *fit commem. sancti Lamberti, Episc. & Mart. Ant.* Ecce. ℣. In Deo. viij. *Oratio*, Omnípotens. *infrà.*

DIE XVII.

In Festo
SANCTI LAMBERTI,
Episcopi & Martyris.

Simplex.

Ut in Communi unius Martyris. vij.

Oratio.

OMnípotens sempiterne Deus, qui beáto Lamberto, Pontífici & Mártyri tuo, usque ad mortem pro justítia certáre tribuísti: fac nos ejus méritis, vitæ frágilis amórem abjícere; & ad te, qui solus vera vita es, perveníre; Per Dóminum.

VESP. *de Psalterio.*
A Capitulo de sequenti.

DIE XVIII.

In Festo
SANCTI JOANNIS
CHRYSOSTOMI,
Episcopi, & Eccl. Doct.

Semiduplex.

Ut in Communi Doctorum. xix.

Oratio.

DA nobis in sacro ministério, Dómine, spíritum sapiéntiæ & fortitúdinis, quo beátus Joannes Chrysóstomus peccantes argúere non déstitit, & multíplices ærumnas pro tui nóminis amóre superávit; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

DIE XX.

In Vigilia
SANCTI MATTHÆI,
Apostoli.

Officium de Feria occur. ut in Psalterio.

[*In Feriis Quatuor Temporum nihil fit de hac Vigilia.*]

℣. *& Ad* Benedictus. *Ant. de Psalterio.*

Preces flexis genibus.

Oratio.

ACceptum tibi sit, quæsumus, Dómine, jejúnium nostrum; & ad sancti Apóstoli tui & Evangelistæ Matthæi, putióres fáciat nos veníre festivitátem; Per Dóminum.

Fiunt Suffragia.

DIE XXI.

In Festo

SANCTI MATTHÆI, Apostoli & Evangel.

Duplex majus.

Omnia de Communi Apostolorum, exceptis quæ sequuntur.

IN I. VESP. ad Magníficat. *Ant.* 8. *G.* Vidit Jesus hóminem sedentem in telónio, Matthæum nómine; & ait illi: Séquere me.

Oratio, ut infrà.

Ad Benedict. *Ant.* 3. a. Relictis ómnibus, Levi secútus est Jesum, & fecit ei convívium magnum in domo sua.

Oratio.

DEus, qui ineffábili misericórdiâ, beátum Matthæum ex publicáno Apóstolum elígere dignátus es: da nobis, ejus exemplo & intercessióne, ut post te, relictis ómnibus, ambulantes, tibi fírmiter adhærére valeámus; Qui vivis & regnas.

Ad Magníf. *Ant.* 6. *C.* Misericórdiam volo, & non sacrifícium; non enim veni vocáre justos, sed peccatóres ad pœniténtiam.

Fit commem. sancti Mauricii, & Soc. Mart. Ant. Cùm vos óderint. ℣. Viríliter. *ut in Communi.* xj. *Oratio*, Deus, pro te certántium. *infrà.*

DIE XXII.

In Festo

SS. MAURICII, & Sociorum ejus, Mart.

Semiduplex.

Ut in Communi plurium Martyrum. xij.

Oratio.

DEus, pro te certántium fortitúdo, & coróna per te vincéntium: da nobis, quæsumus, ut qui in beatórum Mártyrum Mauríciì & Sociórum passióne virtútem tuam prædicámus, per eamdem contra salútis hóstes firmâ fide roborémur; Per.

VESP. *à Capitulo de sancta Thecla, Virg. & Mart. ut in Communi Virginum.* xxxiij. *Oratio*, Præsta, quæsumus. *infrà.* 171.

Fit commem. SS. Mauricii & sociorum. Ant. Datæ sunt illis síngulæ stolæ albæ; & dictum est illis ut requiéscerent, donec compleantur conservi eórum,

qui interficiendi sunt sicut & illi.

℣. In æternum exultábunt, ℟. Et habitábit in eis.

Oratio, Deus, pro te certántium. *suprà.*

Deinde sancti Paxentii, Mart. Ant. Ecce Deus. ℣. In Deo. *ut in Communi unius Mart.* vij. *Oratio*, Adesto. viij.

DIE XXIII.

In Festo

SANCTÆ THECLÆ, Virginis & Martyris.

Semiduplex.

Omnia de communi Virginum & Mart. xxxiij.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut præclára virgo Thecla, sicut in mulíebri sexu prima Domínicæ passiónis imitátrix enítuit, ita fragilitáti nostræ promptam se adjutrícem exhíbeat; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Pro commem. sancti Paxentii, Ant. Bonum. ℣. Adjútor. *Oratio*, Adesto. viij.

AD VESP. *pro commem. sanctorum Andochii & Sociorum, Martyrum, Ant.* Cùm vos. ℣. Viríliter. xj. *Oratio*, Protegat. *infrà.*

DIE XXIV.

In Festo

SS. ANDOCHII, THYRSI, FELICIS & ANDEOLI, Martyrum. *Simplex.*

Ut in Communi plurium Martyrum. xij.

Oratio.

PRótegat Ecclésiam tuam, Deus, sanctórum Mártyrum tuórum Andóchii, Thyrsi, Felícis & Andeoli veneranda orátio: & quorum natálem celebrámus, præsta pérpeti auxílio sublevári; Per.

VESP. *de Psalterio. A Capitulo de sequenti, ut in Communi unius Mart.* vj. *Oratio*, Deus, qui per beátum, *infrà.*

DIE XXV.

In Festo

SANCTI FIRMINI, Episcopi & Martyris.

Simplex.

Ut in Communi unius Martyris. vij.

Oratio.

DEus, qui per beátum Firmínum Mártyrem tuum atque Pontíficem, infidéles pópulos de ténebris ad lucem veritátis veníre tribuisti: da nobis, ejus intercessióne, in fide stábiles, & à spe Evangélii quod prædicávit, immóbiles permanére; Per.

DIE XXVII.
In Festo
SS. COSMÆ & DAMIANI, Mart.
Semiduplex.

[IN METR. *Duplex-minus. Omnia de Communi plurium Martyrum.*

Oratio.

MAgnificet te, Dómine, sanctórum tuórum Cosmæ & Damiáni veneranda solémnitas; quâ & illis glóriam sempitérnam, & opem nobis ineffábili providéntiâ contulísti; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

VESP. *de sanctis Cosma & Damiano, cum comm. sancti Cerauni, Episcopi, Antiph.* Elégit. ℣. Beátus. *ut in Communi Pontificum.* xv. *Oratio*, Omnípotens. *infrà.*]

EXTRA METROP. *ubi fit ritu Semiduplici, omnia de Communi Martyrum.*

Oratio, Magníficet te. *ut suprà.*

AD VESP. *à Capitulo de sancto Ceranno, Episcopo, ut in Communi Pontificum.* xv. *Oratio*, Omnipotens. *infrà.*

Fit commem. SS. Cosmæ & Damiani, Ant. Datæ sunt. ℣. In æternum. xiv. *Oratio*, Magníficet te. *ut suprà.*

DIE XXVIII.
In Festo
SANCTI CERAUNI, Parisiensis Episcopi.
Semiduplex.

Ut in Communi Pontificum. xvj.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui beátum Ceraunum Antístitem pópulo tuo præesse; & quibus præerat, verbo & exemplo prodesse voluísti: eódem intercedente, pastóres Ecclesiæ tuæ cum grégibus sibi commissis, dírige in viam salútis æternæ; ut omnes, te donante, tibi plácita cúpiant, & totâ virtúte perfíciant. Per Dóminum.

VESP. *de sequenti.*

DIE XXIX.
In Festo
SANCTI MICHAELIS, & omnium Angelorum.
Duplex-majus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria, & sic in toto Officio.

Ant. 1. D. VIdi Dóminum sedentem super sólium excelsum & elevátum: & ea quæ sub ipso erant replébant templum.

Ant. 2. D. Séraphim stabant super illud, & clamábant alter ad álterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus exercítuum.

Ant. 3. à. Eleváta est glóriaDómini désuperCherub : & sónitus alárum Chérubim audiebátur,quasi vox Dei omnipotentis loquentis.

Ant. 5. C. De throno procedébant fúlgura, & voces, & tonítrua & septem lámpades ardentes ante thronum, qui sunt septem Spíritus Dei.

Ant. 6. F. Thronus ejus flammæ ignis : míllia míllium ministrábant ei, & décies míllies centéna míllia assistébant ei.

Capitulum. Coloss. 1.

In Christo cóndita sunt universa in cœlis, & in terra; visibília & invisibília, sive Throni, sive Dominatiónes, sive Principátus, sive Potestátes : ómnia per ipsum & in ipso creáta sunt.

℟. Dómine exercítuum, Deus Israël, * Qui sedes super Chérubim, tu es Deus solus ómnium regnórum terræ : † Tu fecisti cœlum & terram. ℣. Dómine Deus noster, tu creasti ómnia ; & propter voluntátem tuam erant, & creáta sunt.*Qui. Glória.†Tu.

Hymnus.

CHriste, qui sedes olympo,
Par Deo Patri Deus,
Quem tremiscunt intuendo
Purióres Spíritus :
Da choris junctos supernis
Ore puro psállere.

Inter omnes fulguranti
Ense victor émicat,
Qui dracónis insolentem
Cóntudit feróciam,
De polo trusit rebellem
In profunda tártara.

Dùm superbum sternis hostem,
Intonas : Quis ut Deus ?
Obstináta turba præceps
Clade commúni ruit :
Te triumphantem corónat
Qui tibi dat víncere.

Tu decóre vincis omnes,
Alitûm pulchérrime :
Assides Deo propinquus;
Consilî tu párticeps :
Astra claudis & reclúdis,
Nosque sistis Judici.

Te tremendo poscat æger
Mortis in luctámine,
Advolantis efficácem
Séntiet præséntiam :
Córporis vinclis solútum
Mox ad astra tránsferes.

Sit supréma laus Parenti,
Qui creávit ómnia ;
Filioque qui redémit
Morte nos volens suâ :
Par & illi, cujus almo
Confovémur hálitu.
Amen.

℣. Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino :
℟. Benedícite, omnes An-

geli Dómini, Dómino.

Ad Magnífic. *Ant.* 8. G. Quis pósuit mensúras terræ, vel quis tetendit super eam líneam, cùm me laudárent simul astra matutína, & jubilárent omnes fílii Dei?

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commem. sancti Cerauni, Ant. Sacerdótes. ℣. Salvum. xviij. *Oratio*, Omnípotens. *ut suprà.* 271.

AD LAUDES.

Ant. 8. *G.* Vidi in médio throni Agnum stantem tanquam occísum; & audívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni.

Ant. 1. a. Erat númerus eórum míllia míllium, dicéntium voce magnâ: Dignus est Agnus qui occísus est, accípere virtútem & divinitátem.

Ant. 2. D. Cecidérunt in conspectu throni in fácies suas, & adoravérunt Deum.

Ant. 6. F. Projectus est accusátor fratrum nostrórum; & ipsi vicérunt eum: proptéreà lætámini, cœli, & qui habitátis in eis.

Ant. 4. E. Omnes audívi, dicentes: Sedenti in throno, & Agno, benedíctio, & honor, & glória, & potestas in sécula seculórum.

Capitulum. Daniel. 3.

Benedictus es, Dómine, in throno regni tui; & superlaudábilis, & superexaltátus in sécula. Benedictus es, qui intuéris abyssos, & sedes super Cherubim.

Hymnus.

Mille, quem stipant sólio sedentem
Córporis putæ sine mole mentes,
Christe, quos fuso tibi consecrasti
Sánguine, serva.

Quas tenent cœlas super astra sedes
Spíritus, nobis quoque præparasti:
Ut viam monstrent, sócios fidéles
Próvidus addis.

Qui Dei numquàm temeranda jura
Víndicat sacris metuendus armis,
Prompta perdendos Míchael in hostes
Arma ministret.

Núntius felix melióris ævi
Fausta qui mundo Gábriel tulisti,
Creber è cœlo vénias, amíca
Núntia portans.

Córporis morbos, tenebrasque mentis

Pelle, divínas médicus per artes,
Qui seni cæco, Raphael, dedisti
Cérnere solem.
Grátias Regi súperûm canámus,
Fonte de cujus bona cuncta manant:
Quem fides veri studiósa Trinum
Credit & Unum.
Amen.

℣. Adoráte Dóminum, omnes Angeli ejus: ℟. Audívit, & lætáta est Sion.

Ad Benedict. *Ant.* 1. *D.* Poténtiam virtútis operátus est Deus in Christo, illum constituens ad déxteram suam, supra omnem Principátum, & Potestátem, & Virtútem, & Dominatiónem.

Oratio.

DEus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominumque dispensas: concéde propítius, ut à quibus tibi ministrántibus in cœlo semper assístitur, ab his, in terra, vita nostra muniátur; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 8. *G.* Vidi.

AD TERTIAM.

Ant. 1. a. Erat.

Capitulum. Hebr. 12.

ACcessistis ad Sion montem & civitátem Dei viventis, Jerúsalem cœlestem, & multórum millium Angelórum frequéntiam, & Ecclésiam primitivórum qui conscripti sunt in cœlis, & júdicem ómnium Deum & spíritus Justórum perfectórum, & testámenti novi mediatórem Jesum.

℟. *br.* Benedícite Dómino, * Omnes Virtútes ejus. Benedícite. ℣. Ministri ejus, * qui fácitis voluntátem ejus, * Omnes. Glória Patri. Benedícite.

℣. Benedícite Dómino, omnia ópera ejus, ℟. In omni loco dominatiónis ejus.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Cecidérunt.

Capitulum. Apoc. 22.

CEcidi ut adorárem ante pedes Angeli qui mihi hæc ostendébat; & dixit mihi: Vide ne féceris; consérvus enim tuus sum, & fratrum tuórum Prophetárum, & eórum qui servant verba prophetíæ libri hujus; Deum adóra.

℟. *br.* In conspectu Angelórum * Psallam tibi, Dómine. In conspectu. ℣. Adorábo * ad templum sanctum tuum, * Psallam. Glória. In conspectu.

℣. Adorábo ad templum sanctum tuum. ℟. In timóre tuo.

AD NONAM.

Ant. 4. E. Omnes.

Capitulum. Hebr. 1.

CUm introdúcit Primogénitum in orbem terræ, dicit: Et adórent eum omnes Angeli Dei: Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos, spíritus; & ministros suos, flammam ignis.

℟. *br.* Laudáte Dóminum, * Omnes Angeli ejus. Laudáte. ℣. Laudáte eum, * omnes Virtútes ejus, * Omnes. Glória Patri. Laudáte.

℣. Benedícite, Angeli Dómini, Dómino: ℟. Laudáte & superexaltáte eum in sǽcula.

AD II. VESPERAS.

Ant. 5. a. VIdi septem Angelos stantes in conspectu Dei; & datæ sunt illis septem tubæ.

Ant. 6. F. Mittet Fílius hóminis Angelos suos cum tuba, & voce magnâ; & congregábunt electos ejus à quátuor ventis.

Ant. 8. c. Ipse Dóminus in jussu, & in voce Archángeli, & in tuba Dei descendet de cœlo; & mórtui qui in Christo sunt resurgent primi.

Ant. 2. D. Exíbunt Angeli, & separábunt malos de médio justórum.

Ant. 7. ç. Angeli cólligent de regno Dei ómnia scándala, & eos qui fáciunt iniquitátem; & mittent eos in camínum ignis.

Capitulum. II. Thess. 1.

DIgni habeámini in regno Dei, pro quo & patímini, si tamen justum est apud Deum retribúere tribulatiónem iis qui vos tríbulant; & vobis, qui tribulámini, réquiem nobiscum in revelatióne Dómini Jesu de cœlo cum Angelis virtútis ejus.

Hymnus, Christe. *ut in I. Vesperis.* 273.

℣. Qui sedes super Chérubim, manifestáre ℟. Coram Ephraim, Bénjamin & Manasse.

Ad Magníficat. *Ant.* J. Qui digni habebuntur sǽculo illo, & resurrectióne ex mórtuis, æquáles Angelis sunt, & fílii sunt Dei; cùm sint fílii resurrectiónis.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit comm. S. Hieronymi.

Ant. Beátus qui. ℣. Beátus homo. xx. *Oratio*, Deus, qui Ecclésiæ. *infrà.* 277.

DIE XXX.

In Festo

S. HIERONYMI,

Presb. & Eccl. Doct.

Duplex-minus.

Omnia de Communi Doctorum. xx.

Oratio.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiæ tuæ in exponendis sacris Scriptúris beátum Hierónymum Doctórem máximum providére dignátus es: præsta, quæsumus, ut, ejus suffragántibus méritis, quod ore simul & ópere dócuit, te adjuvante, exercére valeámus; Per.

Ad Vesp. *fit commem. sancti Remigii, Episcopi.* *Ant.* Elégit. ℣. Beátus. xv. *Oratio*, Deus, qui pópulo tuo. *infrà.*

Deindè sancti Piatonis, Mart. Ant. Ecce. ℣. In Deo. vij. *Oratio*, Da nobis. viij.

FESTA OCTOBRIS.

Die I. Octobris.

In Festo

SANCTI REMIGII, Episcopi. *Semiduplex.*

Omnia de Com. Pont. xvj.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo æternæ salútis beátum Remígium minístrum tribuisti: præsta, ut quem doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cœlis; Per.

Pro comm. S. Piatonis. Ant. Bonum. ℣. Adjútor. *Oratio*, Da nobis. viij.

VESP. *de sequenti.*

Die II.

In Festo

SS. ANGELORUM CUSTODUM.

Duplex-minus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.

Ant. 7. a. ECce ego mittam Angelum meum, qui præcédat te, & custódiat in via, & introdúcat in locum quem parávi.

Ant. 4. D. Observa eum, & audi vocem ejus, nec contemnendum putes; quia non dimittet cùm peccáveris, & est nomen meum in illo.

Ant. 8. G. Si audíeris vocem Angeli mei, & féceris ómnia quæ loquor; inimícus ero inimícis tuis, præcedetque te Angelus meus.

Ant. 5. a. Edúcam vos cum pace, dicit Dóminus; Angelus enim meus vobiscum est: ipse autem exquíram ánimas vestras.

Ant. 6. C. Ne dicas coram Angelo: Non est providéntia; ne irátus Deus díssipet cuncta ópera mánuum tuárum.

Capitulum. Is. 63.

DIxit Dóminus: Pópulus meus est, filii non

negantes; & factus est eis Salvátor. In omni tribulatióne eórum non est tribulátus, & Angelus faciéi ejus salvávit eos: in dilectióne sua & in indulgéntia sua ipse redémit eos, & portávit eos.

℟. Non accédet ad te malum; * Quóniàm Angelis suis Deus mandávit de te, ut consérvent te: & † In manibus tollent te, ne unquàm offendas ad lápidem pedem tuum. ℣. Dicit mihi Angelus: Consérvus tuus sum, & fratrum tuórum, Deum adóra; * Quóniàm Angelis. Glória Patri. † In mánibus.

Hymnus.

Custódes hóminum psállimus Angelos,
Natúræ frágili quos Pater áddidit
Cœlestis cómites, insidiántibus
Ne succúmberet hóstibus.
Nam quòd corrúerit próditor Angelus,
Concessis méritò pulsus honóribus,
Ardens invídiâ, péllere nítitur
Quos cœlo Deus ádvocat.
Huc Custos ígitur pérvigil ádvola,
Avertens pátriâ de tibi créditâ
Tam morbos ánimi, quàm requiéscere
Quidquid non sinit íncolas.
Qui lucis Pater est, glória sit Patri:
Qui lux ipsa Patris, glória Fílio:
Amborumque tibi, nexus amábilis,
Compar glória, Spíritus. Amen.

℣. Qui hábitat in adjutório Altíssimi, ℟. In protectióne Dei cœli commorábitur.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Deus viros ìustruit disciplínâ, ut avertat hóminem ab his quæ facit: si fúerit pro eo Angelus loquens, miserébitur ejus, & dicet: Líbera eum; & vidébit faciem ejus.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commem. sancti Remigii, Ant. Sacerdótes. ℣. Salvum. xviij. *Oratio,* Deus, qui pópulo tuo. *ut suprà.* 277.

Deindè sancti Leodegarii, Episc. & Mart. Ant. Ecce Deus. ℣. In Deo. vij. *Oratio,* Omnípotens. *ut infrà.* 280.

AD LAUDES.

Ant. 4. E. Angelus Dómini dixit: Dómine exercítuum, úsquequò tu

non miseréberis Jerúsalem, & úrbium Juda, quibus irátus es?

Ant. 6. F. Respondit Dóminus Angelo verba consolatória, dicens: Consolábitur adhuc Dóminus Sion, & éliget adhuc Jerúsalem.

Ant. 1. a. Angelus egrediebátur, dicens: absque muro habitábitur Jerúsalem; & ego ero ei, ait Dóminus, murus ignis in circúitu ejus.

Ant. 7. d. Suscitavit me Angelus qui loquebátur in me, & ait: Sciétis quia Dóminus exercítuum misit me ad vos.

Ant. 3. à. Próteget Dóminus habitatóres Jerúsalem; & erit domus David quasi Dei, sicut Angelus Dómini in conspectu eórum.

Capitulum. Isaïæ, 61.

SUper muros tuos, Jerúsalem, constítui custódes: totâ die & totâ nocte, in perpétuum non tacébunt. Qui reminiscímini Dómini, ne taceátis, & ne detis siléntium ei, donec stabíliat, & donec ponat Jerúsalem laudem in terra.

Hymnus.

REgnátor orbis summus & árbiter,
Cui prona servit cúria Cœlitûm;
Quæ voce solâ tu creasti,
Perpétuâ regis ipse curâ.
Nobis fidéles próvidus Angelos
Missos olympo suppéditas duces,
Qui nos tot obsessos perículis
Incólumes sine labe servent;
Ne nos malignis fráudibus óccupet,
Incauta fallat pectora súbdolus
Svásor malórum: ne redemptam
Abrípiat lanietque prædam.
Laus summa Patri, summaque Fílio;
Tibique compar glória, Spíritus,
Qui per salútis tot minístros
Das pátrias remeáre sedes. Amen.

℣. Inclinávit cœlos, & descendit Dóminus: ℟. Ascendit super Chérubim.

Ad Bened. Ant. 5. C. Cùm páriter prompto ánimo procéderent Jerosólymis, appáruit præcedens eos eques in veste cándida; tunc omnes simul benedixérunt misericordem Dóminum.

Oratio.

DEus, qui ineffábili providéntiâ sanctos Angelos tuos ad nostram custódiam míttere dignáris: largíre supplícibus tuis, & eórum semper protectióne defendi, & ætérnâ societáte gaudére; Per.

Pro commemor. sancti Leodegarii, Ant. Bonum. ℣. Adjútor. viij.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui beáto Leodegário, Pontífici & Mártyri tuo, usque ad mortem pro justítia certáre tribuísti: fac nos, ejus méritis, vitæ frágilis amórem abjícere, & ad te, qui solus vera vita es, perveníre; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 4. E. Angelus.

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Respondit.

Capitulum. Zach. 1.

DIxit ad me Angelus qui loquebátur in me: Clama, dicens: Zelátus sum Jerúsalem & Sion zelo magno: & irâ magnâ ego irascor super gentes opulentas; quia ego irátus sum parùm, ipsi verò adjuvérunt in malum. Proptéreà hæc dicit Dóminus: Revertar ad Jerúsalem in misericórdiis.

℟. *br.* Surge, Dómine, * Et dissipentur inimíci tui. Surge. ℣. Et fúgiant qui odérunt te, * à fácie tuâ, * Et dissipentur. Glória Patri. Surge, Dómine.

℣. Fiat via illórum ténebræ, & lúbricum; ℟. Et Angelus Dómini pérsequens eos.

AD SEXTAM.

Ant 1. a. Angelus.

Capitulum. Zach. 9.

CIrcúmdabo domum meam ex his qui mílitant mihi, euntes & revertentes: & non transíbit super eos ultrà exactor; quia nunc vidi in óculis meis.

℟. *br.* Dómine Deus meus, * Magnificátus es vehementer. Dómine. ℣. Qui facis Angelos tuos, spíritus; * & ministros tuos ignem urentem, * Magnificátus es. Glória Patri. Dómine.

℣. Currus Dei decem míllibus múltiplex, míllia lætántium: ℟. Dóminus in eis.

AD NONAM.

Ant. 3. à. Próteger.

Capitulum. II. Mach. 15.

DOminátor cœlórum, mitte Angelum tuum bonum ante nos, in timóre & tremóre magnitúdinis bráchii tui; ut métuant qui

cum blasphémia véniunt adversus sanctum pópulum tuum.

℟. *br.* Qui sedes super Chérubim, * Dómine Deus virtútum. Qui sedes. ℣. Ostende fáciem tuam, * & salvi érimus, * Dómine. Glória Patri. Qui sedes.

℣. Dóminus virtútum nobiscum, ℟. Susceptor noster, Deus Jacob.

AD II. VESPERAS.

Ant. 3. a. Vidéte ne contemnáris unum de pusillis qui in me credunt; dico enim vobis quia Angeli eórum semper vident fáciem Patris mei qui in cœlis est.

Ant. 4. E. Dico vobis; gáudium erit coram Angelis Dei super uno peccatóre pœniténtiam agente.

Ant. 6. F. Mittet Dóminus Angelos suos: & congregábunt electos ejus.

Ant. 8. G. Omnes sunt administratórii Spíritus, in ministérium missi propter eos qui hæreditátem cápient salútis.

Ant. 5. C. Cecidérunt coram Agno, habentes sínguli cítharas, & phíalas plenas odoramentorum, quæ sunt oratiónes Sanctórum.

Capitulum. Apoc. 8.

Angelus venit, & stetit ante altáre, habens thuríbulum áureum; & data sunt illi incensa multa, ut daret de oratiónibus Sanctórum ómnium super altáre áureum quod est ante thronum Dei: & ascendit fumus incensórum de oratiónibus Sanctórum de manu Angeli coram Deo.

Hymnus, Custódes. 278.

℣. In conspectu Angelórum psallam tibi, Deus meus: ℟. Adorábo ad templum Sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Unus de Angelis ostendit mihi civitátem sanctam Jerúsalem: & habébat murum habentem portas duódecim; & in portis Angelos duódecim.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit cammem. sancti Dionysii Areopagitæ, *Ant.* Ecce. ℣. In Deo. vij. *Oratio*, Illúmina. *infrà.* 282.

DIE III.

In Festo

SANCTI DIONYSII, AREOPAGITÆ, primi Athenarum Episcopi, & Martyris.

Semiduplex.

Ut in Communi unius Martyris. vij.

Oratio.

ILlúmina, quæsumus, Dómine, mentis nostræ ténebras, qui ad beáti Pauli Apóstoli prædicatiónem Dionysium Areopagítam in admirábile lumen Evangélii transtulisti; Per.

Vesp. *à Capitulo de sancto Francisco, ut in Communi Justorum, non Presb.* xxix. *Oratio*, Deus, qui te parvulis. *infrà.*

Fit commemoratio sancti Dionysii Areopagitæ, Ant. Justum. ℣. Pósuisti. x. *Oratio*, Illúmina. *suprà.*

Die iv.

In Festo

SANCTI FRANCISCI Assisinatis. *Semiduplex.*

Ut in communi Justorum non Presby. xxx.

Oratio.

DEus, qui te párvulis & humílibus reveláre non dedignaris: tríbue nobis, quæsumus, imitatióne beáti Francisci, & stultam hujus mundi dedíscere sapiéntiam, & solum edíscere Jesum Christum crucifixum; Qui tecum.

Vesp. *à Capitulo de sancta Aurea, ut in Communi Virginum*, xxiv. *Oratio*, Deus, qui habitáculum. xxxvij.

Fit commem. sancti Francisci, Antiph. Tu fecisti. ℣. Innocens. xxxiij. *Oratio*, Deus, qui te. *suprà.*

Die v.

In Festo

SANCTÆ AUREÆ, Virginis. *Semiduplex.*

Ut in Communi Virginis non Martyris. xxxv.

Vesp. *à Capitulo de sancto Brunone, ut in Communi sanctorum Monachorum*, xxiij. *Oratio*, Sancti Brunónis. *infrà.*

Fit commem. sanctæ Aureæ, Ant. In resurrectióne. ℣. Vírgines. xxxix. *Oratio*, Deus, qui habitáculum. xxxvij.

Deindè sanctæ Fidis, Virg. & Mart. Ant. Infirma. ℣. Deus præcinxit. xxxiv. *Oratio*, Omnípotens. xxxvj.

Die vi.

In Festo

SANCTI BRUNONIS, Monachi. *Semiduplex.*

Omnia de Communi Monachorum. xxv.

In Laudibus Hymn. O pulchras ácies. xxv. ℣. Clamávi. *Ant.* Pars mea. xlvij.

Oratio.

SAncti Brunónis, quæsumus, Dómine, intercessiónibus adjuvémur; ut qui majestátem tuam júgiter delinquendo offéndimus, ejus méritis & précibus, nostrórum delícto-

rum véniam consequámur; Per Dóminum.

Pro commem. sanctæ Fidis, Ant. Factus est. ℣. Hæréditas. *Oratio*, Omnípotens. xxxvj.

Ad Vesp. ℣. Plantáti. xxviij. *Ad* Magnífic. *Ant.* Scimus. xxix.

Fit commem. SS. Sergii & Bacchi, Mart. Ant. Cum vos. ℣. Virílitér. xj. *Oratio*, Sanctórum. *infrà.*

Die vii.

In Festo SS. Martyrum SERGII & BACCHI.

Simplex.

Ut in Communi plurium Martyrum. xij.

Oratio.

Sanctórum Mártyrum tuórum nos, Dómine, Sérgii & Bacchi beáta merita prosequantur, & tuo semper fáciant amóre ferventes; Per Dóminum.

Vesp. *de Psalterio, cum commem. sancti Demetrii, Mart. Ant.* Ecce Deus. ℣. In Deo. vij. *Oratio*, Adesto. viij.

Deindè fiunt Suffragia.

Die viii.

In Vigilia SS. Martyrum DIONYSII ET SOC.

Simplex.

Officium fit de Feria, ut in Psalterio.

Preces flexis genibus.

Oratio.

Concéde nobis, quæsumus, omnípotens Deus, ventúram beatórum Mártyrum tuórum Dionysii, Rústici & Eleuthérii solemnitátem congruis præveníre honóribus, eamdemque digno pietátis affectu celebráre; Per.

Pro commem. sancti Demetrii, Antiph. Bonum. ℣. Adjutor. *Oratio*, Adesto. viij.

Deindè fiunt Suffragia.





DIE IX. OCTOBRIS.

IN FESTO SS. MARTYRUM

DIONYSII,

PRIMI PARISIORUM EPISCOPI,

RUSTICI, *PRESBYTERI,*

ET

ELEUTHERII, *DIACONI.*

SOLEMNE-MAJUS.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Ant. J. MIttam ex eis qui salváti fúerint ad gentes, ad eos qui non audiérunt de me, & non vidérunt glóriam meam.

Ant. 2. D. Seminábo eos in pópulis, & confortábo eos in Dómino; & in nómine ejus ambulábunt.

Ant. 3. a. Scient germen eórum in médio populórum: omnes qui víderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dóminus.

Ant. 4. E. Addúcent fratres vestros de cunctis géntibus donum Dómino; & assúmam ex eis in Sacerdótes & Levítas, dicit Dóminus.

Ant. 5. a. Incurvábitur sublímitas hóminum; & elevábitur Dóminus solus in die illa; & idóla pénitùs conterentur.

Capitulum. Is. 49.

HÆc dicit Dóminus Deus: Ecce levábo ad gentes manum meam, & ad pópulos exaltábo signum meum. Et áfferent fílios tuos in ulnis, & fílias tuas super húmeros portábunt.

℟. Dóminus Deus nunc magnificábitur usque ad términos terræ: * Et † Erit in die illa, dicit Dómi-

nus, períre fáciam scul-ptília tua, & non adorábis ultrà ópera mánuum tuá-rum. ℣. Géntibus missum est hoc salutáre Dei, & ipsi áudient. * Et. Glória Patri. † Erit in die illa, dicit Dóminus, &c.

Hymnus.

JAm, Christe, nomen
Gállica plebs tuum
Audívit; ingens pendet
opus tamen:
Compelle clemens uni-
versam
Spontè sequi tua signa
gentem.

Sacer Pothíni fumat adhuc
cruor,
Mœretque vastas destí-
tui suo
Cultóre messes: mitte
tanto,
Christe, pares óperi mi-
nistros.

Audis. Verendi, dùm ló-
quimur, senes
Venêre septem: dux
Dionysius
Exámen anteit; quàque
præstet
Ire, legunt sibi quisque
terras.

Sed quà nefandos cómpe-
rit ácriùs
Fervére cultus, huc rá-
pidus volat,
Impressa carni prælió-
rum
Clara ferens véterum
trophæa.

Hinc quanta posthâc Chri-
stíadum seges
Exurget! Ergo pastor,
Apóstolus
Ames vocári Galliárum,
Sancte Senex, columen-
que regni.

Qui nos ab alto nunc
quoque párturis,
Fovére prolem perge
tuam, Pater;
Ut corde spirantem sub
imo
Exhíbeat pia vita Chri-
stum.

Laus summa Patri, sum-
maque Fílio;
Sanctoque compar laus
tibi, Spíritus,
Per quem rebelles veri-
táti
Súbdere amant fera col-
la gentes. Amen.

℣. Dóminus dabit ver-bum evangelizántibus. ℟. Virtúte multâ.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Ecce super montes pedes evangelizantis, & annun-tiantis pacem. Célebra, Juda, festivitátes tuas, & redde vota tua.

Oratio, ut infrà ad Lau-des.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capit. de Feria.

Ant. 6. F. Occupábit sa-lus muros tuos, & portas tuas laudátio; & erit tibi Dóminus in lucem sempi-ternam.

Hymnus, Orates, cum Doxologia sequenti, quæ etiam dicitur per totam Octavam ad omnes Horas in Hymnis ejusdem metri:

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 4. E. Consolátus est Dóminus pópulum suum: parávit bráchium sanctum suum in óculis ómnium géntium.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica.

Ant. 3. a. Adduxérunt eum ad tribúnal, dicentes: Quia contra legem hic persuádet homínibus cólere Deum.

Ant. 5. a. Trahébant & quosdam fratres ad príncipes civitátis, clamantes: Quóniam hi qui urbem cóncitant, & huc venérunt, contra decréta Cæsaris fáciunt.

Ant. 7. c. Viri regis dixérunt ad eos: Fácite secundum verbum regis, & vivetis. Et dixérunt: Non faciémus.

Ant. 1. g. Ibant prompti.

Canticum. Baruch. 5.

Exue te, Jerúsalem, stolâ luctûs & vexatiónis tuæ; * índue te decóre & honóre ejus, quæ à Deo tibi est, sempiternæ glóriæ.

Circúmdabit te Deus diplóide justítiæ, * & impónet mitram cápiti honóris æterni.

Deus enim ostendet splendórem suum in te * omni qui sub cœlo est.

Nominábitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum: * Pax justítiæ, & honor pietátis.

Exurge, Jerúsalem, & sta in excelso, * & circúmspice ad orientem;

Et vide collectos fílios tuos ab oriente sole usque ad occidentem, * in verbo sancti gaudentes Dei memóriâ.

Exiérunt enim abs te pédibus ducti ab inimícis: * addúcet autem illos Dóminus ad te, portátos in honóre sicut fílios regni.

[*Et dicitur per Octavam, quandò fit de eâ.*]

Ant. Ibant prompti, de cœlo habentes adjutórem, & miserantem super eos Dóminum.

Ant. 4. E. Vir ætáte provectus, & vultu decórus, gloriosíssimam mortem complectens, voluntáriè præibat ad supplícium.

Capitulum. II. Cor. I.

SIcut abundant passiónes Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolátio nostra: sive autem tribulámur, pro vestra exhortatióne & salúte; sive consolámur, pro vestra consolatióne.

Hymnus.

AD sanctos cíneres (pignora Mártyrum
Sunt hæc plena Deo) cúrrite, cívitas:
Hìc cunæ fídei: fúneris in sinu
Vitam plénius háusimus.

Hìc dùm justa parant prælia Príncipes,
Flexis poplítibus, præsídium petunt:
Vestros ante pedes régia súpplices
Depónunt diadémata.

Quos sensêre bonos rebus in árduis
Viventes, étiam post sua fúnera
Jungi Martyribus, dùm véniat dies
Terris últimus, ámbiunt.

Hìc quot prodígiis se Deus ásserit!
Hìc surdi pátulis áuribus áudiunt:
Cæcis hìc sua lux rédditur, & suus
Contractis vigor ártubus.

Patri máxima laus: máxima Fílio:
Amborumque sacro máxima Flámini:
Cui se ritè litans, fúnere splendido
Triplex cónsecrat hóstia.
Amen.

℣. Secundum magnitúdinem bráchii tui, Dómine, ℞. Pósside fílios mortificatórum.

Ad Benedict. *Ant.* 8. G. Ludíbria & vérbera experti, ínsuper & víncula & cárceres, tentáti sunt: in occisióne gládii mórtui sunt.

Oratio.

DEus, qui hodiernâ die beátum Dionysium, Mártyrem tuum atque Pontíficem, virtúte constántiæ in passióne roborasti; quique illi, ad prædicandum Géntibus glóriam tuam, Rústicum & Eleuthérium sociáre dignátus es: tribue nobis, quæsumus, ex eórum imitatióne, pro amóre tuo próspera mundi despícere, & nulla ejus advérsa formidáre; Per Dóminum.

AD HORAS, *in fine Hymnorum, Doxologia:*

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 3. a. Adduxérunt.

Canon proprius, ad calcem.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Trahébant.

Capitulum. I. Cor. 4.

MAledícimur, & benedícimus; persecutiónem pátimur, & sustinémus; blasphemámur, & obsecrámus: tanquàm purgamenta hujus mundi facti sumus, ómnium peripséma usque adhuc. Non ut confundam vos hæc scribo, sed ut filios meos caríssimos móneo.

℟. *br.* Diripiébant nos, * Nec obliti sumus te, * Allelúia, allelúia. Diripiébant. ℣. Et iníquè non égimus * in testamento tuo, * Allelúia. Glória Patri. Diripiébant.

℣. Speráte in Deo, omnis congregátio pópuli: ℟. Deus adjútor noster in æternum.

AD SEXTAM.

Ant. 7. c. Viri regis.

Capitulum. II. Cor. 4.

HAbentes spíritum fídei, sicut scriptum est: Crédidi, propter quod locútus sum; & nos crédimus, propter quod & lóquimur: scientes quóniàm qui suscitávit Jesum, & nos cum Jesu suscitábit, & constítuet vobíscum: ómnia enim propter vos.

℟. *br.* Salva nos, Deus, * Erue nos de géntibus, * Allelúia, allelúia. Salva nos. ℣. Ut confiteamur nómini sancto tuo, * & gloriémur in laude tua, * Allelúia. Glória. Salva nos.

℣. Confundántur omnes qui adórant sculptília, ℟. Et qui gloriantur in simulácris suis.

AD NONAM.

Ant. 4. E. Vir.

Capitulum. Act. 20.

NIhil véreor, nec fácio ánimam meam pretiosiórem quàm me, dúmmodò consummem cursum meum, & ministérium verbi quod accépi à Dómino Jesu, testificári Evangélium grátiæ Dei.

℟. *br.* In Deo * faciémus virtútem, * Allelúia, allelúia. In Deo * faciémus virtútem. ℣. Et ipse ad níhilum dedúcet * tribulantes nos, * Allelúia. Glória Patri. In Deo.

℣. In nómine tuo, Dómine, ℟. Spernémus insurgentes in nobis.

AD VESPERAS.

Psalmus, Dixit Dóminus. 19.

Ant. 4. E. Consídera Israel; super excelsa tua inclyti interfecti sunt. Quómodo

modò cecidérunt fortes ?. Amábiles & decóri in vita sua, in morte quoque non sunt divísi.

Psalmus, Crédidi propter. 84.

Ant. 3. a. Vidi sedes, & ánimas decollatórum propter testimónium Jesu, & propter verbum Dei.

Psalmus, Nisi quia Dóminus. 40.

Ant. 6. F. Sedérunt super sedes; & judícium datum est illis; & vixérunt & regnavérunt cum Christo.

Psalmus, Qui confídunt in Dómino. 71.

Ant. 5. C. In his secundà mors non habet potestátem; sed erunt Sacerdótes Dei & Christi, & regnábunt cum illo.

Psalmus, In convertendo Dóminus. 41.

Ant. 7. G. Ossa eórum púllulent de loco suo: nam corroboravérunt Jacob, & redemérunt se in fide virtútis.

Capitulum. Hebr. 13.

MEmentóte Præpositórum vestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei: quorum intuentes éxitum conversatiónis, imitámini fidem.

Hymnus.

LUx de luce Deus, fons quoque lúminum
Quo stat perpétuus cœlitibus dies,
Tristem sub mísera nocte Lutétiam
Quanto lúmine recreas!

Huc de sede Petri férvidus ádvolat:
Aras, fana, deos fúnditus éruit;
Et, Christum résonans, dédocet ímpios,
Dux verbi, Dionysius.

Addunt se cómites, & rúdibus pia
Committunt fídei sémina méntibus:
Sacris bárbara gens, jam dócilis Deo,
Christum fóntibus índuit.

Crescit sancta fides, fit nova cívitas:
Hinc sævit rábies in ténerum gregem:
Intentos óperi, nec tímidos mori
Pastóres furor ímpetit.

Aptantur gládii, vérbera, cómpedes:
Illi supplícium delícias putant:
Subdunt se gládiis, tres simul óccidunt,
Tres cœlo simul advolant.

Patri máxima laus: máxima Fílio?
Amborumque sacro máxima Flámini,

Cui se ritè litans, fúnere spléndido
Triplex cónsecrat hóstia. Amen.

℣. Pretiósa in conspectu Dómini ℟. Mors Sanctórum ejus.

Ad Magníficat. Ant. J. Per fidem vicérunt regna, operáti sunt justítiam, adepti sunt repromissiónes: ideoque & nos per patiéntiam currámus ad propósitum nobis certámen.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capit. de Dominica. Reliqua ut heri. 283.

DIEBUS INTRA OCTAVAM SS. MARTYRUM.

Semiduplex.

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur. Psalmi de Feria in toto Officio.

AD LAUDES.

Dicitur Canticum de die, cùm fit de Octava.

Ant. sola. 1. g. Ibant prompti, de cœlo habentes adjutórem; & miserantem super eos Dóminum.

AD HORAS, *non dicitur* Allelúia. *in* ℟℟. *brevibus.*

AD VESPERAS.

Ant. sola. 4. E. Considera, Israël; super excelsa tua ínclyti interfecti sunt. Quómodò cecidérunt fortes? Amabiles & decóri in vita sua, in morte quoque non sunt divísi.

COMPLETORIUM, *ut suprà.* 285.

DOMINICA INTRA OCTAVAM.

Totum Officium fit de Dominica, ut in Psalterio, incipiendo à I. Vesperis, quæ erunt integræ de Sabbato ante Dominicam occurrentem, cum commem. Octavæ in utrisque Vesperis & Laudibus,

DIE X.

DE OCTAVA.

AD VESP. *fit commem. SS. Nigasii & Soc. Martyrum. Antiph.* Cùm vos. ℣. Viríliter. xj. *Oratio*, Omnípotens. xiij.

DIE XI.

DE OCTAVA.

In Laudibus, pro commemor. SS. Nigasii & Soc. Ant. Beáti qui. ℣. Multæ. xij. *Oratio*, Omnípotens sempiterne. xiij.

DIE XII.

DE OCTAVA.

[AD VESP. (IN METROP. *tantùm*) *fit commem. sancti Geraldi, Ant.* Qui confídunt. ℣. Sperent. *in Communi Justorum.* xxx. *Oratio*, Fac, quæsumus. xxxj.]

DIE XIII.

DE OCTAVA.

AD LAUD. (IN METROP. tantùm) commem. sancti Geraldi, Ant. Qui facit. ℣. Proba me. Oratio, Fac, quæsumus. xxxj.

DIE XIV.

DE OCTAVA.

VESP. à Capitulo de sancta Theresia, ut in Communi Virginum. xxxiv. Oratio, Deus, qui beátæ. ut infrà.

Fit commem. Octav. SS. Martyrum, Ant. Per fidem. ℣. Pretiósa. 290. Oratio, Deus, qui hodierna. 287.

AD COMPLET. Ant. de Psalterio.

DIE XV.

In Festo

SANCTÆ THERESIÆ, Virginis. Semiduplex.

Ut in Communi Virginis non Martyris. xxxv.

Oratio.

DEus, qui beátæ vírginis Theréfiæ mónitis & exemplo servos tibi & ancillas suscitasti, in quos de Spíritu tuo effúnderes; da nobis, ejus imitatióne ac précibus, & cœlestis doctrinæ pábulo nutríri, & veræ perfectiónis desidério accendi; Per Dóminum.... in unitáte ejusdem.

Commem. de Octava SS. Martyrum. Ant. Ludíbria. ℣. Secundum. Oratio, Deus. 287.

VESP. de die Octava, ut in primis Vesperis Festi. 284. Oratio, Prótegat. ut infrà.

Fit commem. sanctæ Theresiæ, Ant. In resurrectióne. ℣. Vírgines. xxxix. Oratio, Deus, qui beátæ. ut suprà.

COMPLETORIUM, ut suprà, 285.

DIE XVI.

Octava SS. Martyrum DIONYSII, RUSTICI, & ELEUTHERII.

Duplex-minus.

Omnia ut in die Festi, 284. cum Psalmis de Feria in toto Officio.

Oratio.

PRótegat nos, Dómine, sæpiùs beatórum Mártyrum tuórum Dionysii, Rústici & Eleuthérii repetíta solémnitas; ut quorum patrocínia sine intermissióne recólimus, perpétuam defensiónem sentiámus; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium.

AD VESP. pro commem. sancti Certonii, Episcopi, Antiph. Elégit. ℣. Beátus. xv.

Oratio, Deus, qui pópulis. xvij.

DIE XVII.
In Festo
SANCTI CERBONII, Episcopi. *Simplex.*

Ut in Communi Pontificum, xv.

Oratio, Deus, qui pópulis xvij.

VESP. *de sequenti.*

DIE XVIII.
In Festo
S. LUCÆ, EVANG.
Duplex-majus.

Psalmi de Feria in toto Officio.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. *f.* QUàm speciósi pedes evangelizántium pacem, evangelizántium bona!

Ant. 7. *d.* Vox speculatórum: levavérunt vocem, simul laudábunt; quia consolátus est Dóminus pópulum suum.

Ant. 6. F. Primus ad Sion dicet: Ecce adsunt; & Jerúsalem Evangelistam dabo.

Ant. 4. E. Ostendit vobis pactum suum quod præcépit ut facerétis, & verba scripsit.

Ant. 8. G. Consummabitur mystérium, sicut evangelizávit per servos suos.

Capitulum. Ephes. 4.

CHristus dedit quosdam quidem Apóstolos, quosdam autem Prophétas, álios verò Evangelistas, álios autem Pastóres, & Doctóres, ad consummatiónem Sanctórum in opus ministérii, in ædificatiónem córporis Christi.

℟. Implétum est tempus, & appropinquávit regnum Dei: * Pœnitémini, & † Crédite Evangélio. ℣. Ecce super montes pedes evangelizantis, & annuntiantis pacem. * Pœnitémini. Glória Patri. † Crédite.

Hymnus.

CHristi perennes núntii,
Retecta qui cœléstibus
Scriptis Dei mystéria
Totúm per orbem spárgitis;

Olim sub umbris cóndita
Vates sacri quæ víderant,
Umbris procul cedéntibus,
Vidistis hæc pleno die.

Humána quæ tulit Deus,
Divína quæ gessit homo,
Seris legenda pósteris
Dictante scripsistis Deo.

Loco remótos, témpore,
Vos rexit idem Spíritus,
Vestris adhuc in páginis
Nobis loqui non désinit.

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Dóminus dabit verbum Evangelizántibus ℟. Virtúte multâ.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Exalta in fortitúdine vocem tuam, qui evangelízas Jerúsalem: exalta, noli timére. Ecce bráchium Dómini dominábitur.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commem. sancti Hermelandi, Abbatis, Ant. Egrédere. ℣. Potens. xxiv. *Oratio*, Deus, cujus múnere. xxvj.

AD LAUDES.

Ant. 1. f. SErmónem feci de ómnibus quæ cœpit Jesus fácere & docére usque in diem quâ assumptus est.

Ant. 2. D. Visum est mihi, assecúto ómnia à princípio diligenter, ex órdine scríbere.

Ant. 3. a. Notum mihi factum est sacramentum, sicut scripsi; prout potestis legentes intellígere prudéntiam meam in mystério Christi.

Ant. 4. E. In fide veritátis Deus vocávit vos per Evangélium nostrum, in acquisitiónem glóriæ Dómini nostri Jesu Christi.

Ant. 5. a. Evangelii factus sum minister, secundum donum grátiæ Dei.

Capitulum. Josue. 1.

NOn recédat volúmen legis hujus ab ore tuo; sed meditáberis in eo diébus ac nóctibus, ut custódias & fácias ómnia quæ scripta sunt in eo: tunc díriges viam tuam, & intélliges eam.

Hymnus.

SInæ sub alto vértice,
Cœlo tonante, lex data:
Inter tubas & fúlgura,
Præsens minabátur Deus.
Nunc, temperáto númine,
Per vela carnis blándiùs
Amat vidéri, lánguidis
Se lumen aptans sénsibus.
Insculpta saxo lex vetus
Præcepta, non vires, dabat:
Inscripta cordi lex nova
Quicquid jubet dat éxequi.
Scripsistis hanc fidâ manu:
Hanc voce, voci cónsonis
Hanc prædicastis móribus:
Signastis hanc & sánguine.
Afflante divo Spíritu,
Quæ verba vitæ tráditis,
Hæc ille nostris ímprimat
Delenda numquàm córdibus.
Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Declarátio sermónum tuórum illúminat, ℟. Et intelléctum dat párvulis.

Ad Bened. Ant. 8 G. Illíus laus est in Evangélio per omnes Ecclésias; & ordinátus est ab Ecclésiis comes peregrinatiónis nostræ, in hanc grátiam quæ ministrátur à nobis.

Oratio.

INterveniat pro nobis, quæsumus, Dómine, sanctus tuus Lucas Evangelista; qui crucis mortificatiónem júgiter in suo córpore, pro tui nóminis honóre portávit; Per.

Fit commem. sancti Hermelandi, Ant. Ecce ego. ℣. Veníte. *Oratio*, Deus, cujus múnere. xxvj.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Sermónem.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Visum est mihi.

Capitulum. Hebr. 2.

QUómodò nos effugiémus, si tantam neglexérimus salútem? quæ cùm inítium accepísset enarrári per Dóminum, ab eis qui audiérunt, in nos confirmáta est, contestánte Deo signis, & porténtis, & váriis virtútibus, & Spíritûs sancti distributiónibus.

℟. *br.* Quanta audívimus, * Et cognóvimus ea! Quanta. ℣. Et patres nostri narravérunt nobis! * Et. Glória. Quanta.

℣. Patres nostri annuntiavérunt nobis ℟. Opus quod operátus es in diébus eórum.

AD SEXTAM.

Ant. 3. a. Notum.

Capitulum. II. Cor. 2.

NOn sumus sicut plúrimi, adulterántes verbum Dei; sed ex sinceritáte, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo lóquimur.

℟. *br.* Ecce lábia mea * Non prohibébo. Ecce lábia mea. ℣. Dómine, * tu scisti. * Non prohibébo. Glória Patri. Ecce.

℣. Justítiam tuam non abscondi in corde meo: ℟. Veritátem tuam & salutáre tuum dixi.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Evangélii.

Capitulum. I. Thess. 2.

SIcut probáti sumus à Deo, ut crederétur nobis Evangélium; ita lóquimur, non quasi homínibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra.

℟. *br.* Elóquia Dómini, * Elóquia casta. Elóquia. ℣. Argentum * igne examinátum, * Elóquia casta.

Glória Patri. Elóquia.

℣. Ignítum elóquium tuum vehementer; ℟. Et servus tuus diléxit illud.

AD II. VESPERAS.

Ant. 4. E. PErvénimus ad vos in Evangélio Christi; spem habentes crescentis fídei vestræ in vobis magnificári.

Ant. 7. c. Cúpidè volebámus trádere vobis, non solùm Evangélium Dei, sed étiam ánimas nostras.

Ant. 1. a. Spem quæ repósita est vobis in cœlis, audístis in verbo veritátis Evangélii quod pervénit ad vos.

Ant. 2. D. Dignè Evangélio conversámini, in uno spíritu unánimes, collaborántes fídei Evangélii; quia vobis donátum est ut in Christum credátis.

Ant. 3. a. Glória, honor & pax omni operánti bonum in die cùm judicábit Deus occúlta hóminum, secundum Evangélium meum.

Capitulum. Baruch. 4.

HIc liber mandatórum Dei, & lex quæ est in ætérnum: omnes qui tenent eam, pervénient ad vitam, qui autem dereliquérunt eam, in mortem.

Hymnus, Christi. 292.

℣. Suscitávit Dóminus testimónium in Jacob, ℟. Et legem pósuit in Israël.

Ad Magníf. Ant. 8. G. Lucas est mecum solus, omnes me dereliquérunt; Dóminus autem mihi ástitit, & confortávit me, ut per me prædicátio impleátur, & áudiant omnes gentes.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commemoratio sanctorum Saviniani Episcopi, Potentiani & sociorum, Martyrum, Ant. Cùm vos. ℣. Vit. liter. xj. *Oratio,* Martyrum tuórum. *infrà.*

DIE XIX.

In Festo

SS. SAVINIANI, POTENTIANI, ET SOC. Martyrum. *Semiduplex.*

Ut in Communi plurium Martyrum. xij.

Oratio.

MArtyrum tuórum Saviniáni Pontíficis, Potentiáni & Sociórum festa venerántes, quæsumus, Dómine, ut corda nostra ignis ille cœléstis inflámmet, quem ad testificándam voce & sánguine veritátem, in eórum córdibus accendísti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

DIE XXI.
In Festo
SS. URSULÆ
ET SOCIARUM EJUS,
Virginum & Martyrum.
Semiduplex.

Pridiè AD VESPERAS,
Psalmi & Antiphonæ de Feria.

Capitulum. II. Cor. 6.

SEparámini, dicit Dóminus, & immundum ne tetigeritis: & ego recípiam vos; & ero vobis in patrem, & vos éritis mihi in fílios & fílias, dicit Dóminus omnípotens.

Hymnus.

QUæ turma nuptiálibus
Permulcet aures cánticis;
Testes pudóris íntegri
Cum líliis ferens rosas?

Agnosco sponsas Vírgines,
Quæ, si suâ negábitur
Augére prole Galliam,
Cœlum replébunt cívibus.

Ut luna flammas síderum
Inter minóres émicat,
Sodálibus sic Ursula
Cunctis præit præstántior.

Exósa mortáles toros,
Tot illa sponso vírgini
Sponsas dicávit vírgines,
Mox & futúras mártyres.

Felix nimis connúbium
Quod veritáte néctitur!
Æterna sunt hæc fœdera;
Hæc nulla dissolvet dies.

Qui débilem turbam, Deus,
Flammis calére das novis,
Fac nostra puris ígnibus
Ardére pro te péctora.
Amen.

℣. Hæréditas immaculatórum in æternum erit:
℟. Non confundentur in témpore malo.

Ad Magníficat. *Ant.* 4. E. Infirma mundi elégit Deus, ut confundat fórtia; ut non gloriétur omnis caro in conspectu ejus.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commem. sancti Hilarionis, Abbatis, Ant. Egrédere. ℣. Potens. xxiv. *Oratio*, Da nobis, quæsumus. xxvj.

Deindè sanctæ Celiniæ, Virginis. Ant. Complácuit Dómino in te: & gaudébit super te Deus tuus.

℣. Audi, fília, & vide, & inclína aurem tuam:
℟. Oblivíscere pópulum tuum, & domum patris tui.

Oratio, Tribue. *ut infrà ad Laudes.*

AD LAUDES.

Ant. 1. f. DOmine Deus noster, possedérunt nos dómini absque te, tantùm in te recordémur nóminis tui.

Ant. 2. D. Tráditi su-

mus in direptiónem, & in captivitátem, & mortem ómnibus natiónibus, in quibus dispersísti nos; & nunc, Dómine, fac secúndum voluntátem tuam.

Ant. 3. c. In sémita judiciórum tuórum, Dómine, sustinúimus te: nomen tuum & memoriále tuum in desidério ánimæ.

Ant. 4. d. Volunt tua mutáre promíssa, & cláudere ora laudántium te; ut apériant ora géntium, & laudent idolórum fortitúdinem.

Ant. 5. a. Cadat virtus eórum in iracúndia tua, qui promittunt se violáre sancta tua, & pollúere tabernáculum nominis tui.

Capitulum. I. Cor. 3.

SI quis templum Dei violáverit, dispérdet illum Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.

Hymnus.

QUot fregit uno cástitas
Inermis hostes prælio!
Quot ímpiis de bárbaris
Fides trophæa rétulit!

Non illécebris blándiens
Mentes voluptas móliit:
Non sæviens crudélitas,
Præsente letho, térruit.

Sic, Christe, quos tuo reples
Amóre, fortes éfficis:
Da córdibus nostris quoque
Pellat timórem cáritas.

Tu, mors beáta, próprio
Quæ consecrasti sánguine
Tot castitátis hóstias
Et veritátis víctimas.

Sit summa laus summo Patri,
Et par coævo Fílio,
Cum Spíritu qui Vírgines
Puris adúrit ígnibus.
Amen.

℣. Conféssio & pulcritúdo in conspectu Dómini: ℟. Sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Ad Benedict. *Ant.* 6. F. Vicérunt propter sánguinem Agni, & propter verbum testimónii sui; & non dilexérunt ánimas suas usque ad mortem: proptéreà lætámini, cœli, & qui habitátis in eis.

Oratio.

DEus, qui singulári providéntiâ beátam Ursulam & Sócias ejus ad virginitátis & martyrii palmam provexisti: da nobis, eárum intercessióne, ita vários sǽculi æstus pertransíre, ut ad ætérnæ salútis portum felíciter perveníre mereámur; Per Dóminum nostrum.

Fit commem. sancti Hilarionis, *Ant.* Ecce ego. ℣. Veníte. xxvj. *Oratio*, Da nobis. xxvj.

Deindè sanctæ Celiniæ, *Ant.* Exultábit ánima mea in Deo meo; quia índuit me vestimentis salútis, quasi sponsam ornátam monílibus suis.

℣. Sitívit in te ánima mea, ℟. Quàm multiplíciter tibi caro mea.

Oratio.

TRíbue, quæsumus, virtútum cœléstium Deus, ut hæc sanctæ Celíniæ, vírginis tuæ, sacra solémnia, terréna contémnere nos éxcitent, & bona ambíre sempiterna; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Dómine Deus noster.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Tráditi sumus.

Capitulum. Jerem. 29.

EGo scio cogitatiónes quas ego cógito super vos, ait Dóminus, cogitatiónes pacis, & non afflictiónis, ut dem vobis finem & patiéntiam: & invocábitis me, & ibitis; & orabitis me, & ego exáudiam vos.

℟. *br.* Anima nostra sústinet Dóminum, * Quóniàm protector noster est. Anima. ℣. Et in nómine sancto ejus * sperávimus; * Quóniàm. Glória Patri. Anima.

℣. Propter te, Deus, mortificámur totâ die: ℟. Exurge, Dómine, & ne repellas in finem.

AD SEXTAM.

Ant. 3. c. In sémita.

Capitulum. Is. 56.

QUi elégerint quæ ego vólui; & tenúerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen mélius à fíliis & filiábus: nomen sempiternum dabo eis.

℟. *br.* Iníquè non égimus * In testamento tuo, Dómine. Iníquè. ℣. Et non recessit retrò * cor nostrum, * In testamento. Glória. Iníquè.

℣. Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ ℟. Coronasti nos.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Cadat.

Capitulum. Apoc. 3.

QUi non inquinavérunt vestimenta sua, ambulábunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui vícerit, sic vestiétur vestiméntis albis; & non delébo nomen ejus de libro vitæ.

℟. *br.* Adducentur Regi vírgines * In lætítia & exultatióne. Adducentur.

℣. Adducentur * in templum Regis, * In lætítia. Glória. Adducentur Regi.

℣. Exultavérunt fíliæ Judæ, ℟. Propter judícia tua, Dómine.

AD II. VESPERAS.

Ant. de Communi Virg. xxxviij. *super Psalmos de Feria. Capitulum*, Regnávit. *ibid.*

Hymnus.

SI quid virgínitas, & bene pródigum
Vitæ martyrium vos movet; Ursulam
Clarâ voce ducem dicite vírginum,
Matrem dícite mártyrum.

Subductæ pátriis cládibus, hinc fugam
Tentábant pélago, cùm súbitus ratem
Turbo disjíciens, versùs inhóspita
Rheni reppulit óstia.

Prædæ certus adest, ac vétitâ face,
Obscœnus Scythiæ miles inæstuat;
Et de classe sibi bárbarus únicâ
Promittit spólium duplex.

Captívus-ne decor, vel dóminos tremens
Ullo vim rédimet múnere cástitas?
Ni divínus amor, doctaque víncere
Mundum, subvéniat fides.

Turpes blandítias horret amántium,
Contemnit fúrias, tela minántium;
Vincit morte suâ, flagítio cohors
Vitam quærere néscia.

O fortes ánimas, quæ nece liberâ
Invenêre malis ómnibus éxitum,
Et captæ véluti, cássibus áucupum
Fractis, effúgiunt aves!

Sit rerum dómino summus honor Patri:
Sit par Unígenæ glória Fílio:
Æternoque sacrum Spíritui melos
Tellus astraque cóncinant. Amen.

℣. Delectavérunt te fíliæ regum ℟. In honóre tuo.

Ad Magnífic. *Ant.* 1. f. In resurrectióne neque nubent, neque nubentur; sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commem. sancti Melloni, Episcopi, Ant. Elé-

git ipsum Dóminus ab omni vivente offerre sacrifícium Deo, incensum & bonum odórem pro pópulo suo.

℣. Beátus quem elegisti & assumpsisti : ℟. Inhabitábit in átriis tuis.

Oratio, Deus, qui ad. *ut infrà.*

DIE XXII.
In Festo
SANCTI MELLONI, Episcopi. *Simplex.*

Ut in Communi plurium Martyrum. xv.

Oratio.

DEus, qui ad géntium illuminatiónem beátum Mellónum Pontíficem prædicatiónis evangélicæ glóriâ decorasti : præsta ut quos per ipsíus documenta esse donasti fidéles, meritórum imitatóres esse concédas ; Per Dóminum.

DIE XXIV.
In Festo
SANCTI MAGLORII, Episcopi. *Semiduplex.*

Ut in Communi Pontificum, xv.

Oratio.

MIsericórdiam tuam nobis, quæsumus, Dómine, sancti Maglórii Pontíficis intercéssio beáta concíliet, ut qui incessábili culpâ offéndimus, ejusdem assiduis précibus ab omni reátu liberémur ; Per Dóminum.

AD VESP. *fit commem. SS. Crispini & Crispiniani, Martyrum, Ant.* Cùm vos. ℣. Viriliter. xj. *Oratio,* Deus, invisíbilis fortitúdo. xij.

DIE XXV.
In Festo
SS. CRISPINI ET CRISPINIANI, Martyrum. *Simplex.*

Ut in Communi plurium Martyrum. xij.

Oratio, Deus, invisíbilis fortitúdo. xij.

DIE XXVII.
In Vigilia
SS. SIMONIS & JUDÆ. *Simplex.*

Officium de Feria occurrente.

Preces, flexis genibus.

Oratio.

COncéde, quæsumus, omnípotens Deus, ut sicut Apostolórum tuórum Simónis & Judæ gloriósa natalítia prævenímus, sic ad tua benefícia promerénda majestátem tuam pro nobis ipsi prævéniant ; Per.

Fiunt Suffragia.

DIE XXVIII.
In Festo
SS. SIMONIS & JUDÆ, APOSTOLORUM, *Duplex-majus.*

Omnia de Communi Apostolorum,

postolorum, *additis quæ sequuntur. Oratio*, Deus, qui nos. *ut infrà.*

In I. Vesp. *fit commem. sancti Faronis, Episcopi, Ant.* Elégit ipsum Dóminus ab omni vivente offerre sacrifícium Deo, incensum & bonum odórem pro pópulo suo.

℣. Beátus quem elegisti & assumpsisti : ℟. Inhabitábit in átriis tuis.

Oratio, Ecclésiam, *ut infrà.*

Deindè Translationis sanctæ Genovefæ, Ant. Complácuit Dómino in te : & gaudébit super te Deus tuus.

℣. Audi, fília, & vide, & inclína aurem tuam : ℟. Obliviscere pópulum tuum, & domum patris tui.

Oratio, Deus, qui virtútem tuam. *ut infrà.*

Ad Laudes, *& Horas, Oratio.*

Deus, qui nos, per beátos Apóstolos tuos, ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuisti : da nobis sanctórum tuórum Simónis & Judæ précibus, ut quod fides cognoscit, spes desíderet, & cáritas apprehendat; Per Dóminum.

Fit commem. sancti Faronis, Ant. Ego sum óstium : per me si quis introíerit, salvábitur; & ingrediétur, & egrediétur, & páscua invéniet.

℣. Elégit Dóminus servum suum, ℟. Páscere hæreditátem suam.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Dómine, interveniente beáto Faróne Pontífice, perpétuâ miseratióne proséquere; ut inter séculi túrbines constitúta, & præsenti jucunditáte respíret, & ætern æ beatitúdinis gáudia percípiat; Per Dóminum.

Deindè Translationis sanctæ Genovefæ. Ant. Exultábit ánima mea in Deo meo; quia índuit me vestimentis salútis, quasi sponsam ornátam monílibus suis.

℣. Sitívit in te ánima mea, ℟. Quàm multiplíciter tibi caio mea.

Oratio.

Deus, qui virtútem tuam in beátæ vírginis Genovéfæ relíquiis mirábilem ostendisti : quæsumus, ut quos de ejus glorióså tribuis translatióne gaudére, fácias ad beátam vitam ejusdem précibus & imitatióne proficere, Per Dóminum.

DIE XXX.
In Festo
SANCTI LUCANI,
Martyris. *Semiduplex.*

Ut in Communi unius Martyris, vj.

Oratio, Da nobis, quæsumus. viij.

AD II. VESP. *pro commem. S. Quintini*, *Mart. Ant.* Ecce. ℣. In Deo. vij. *Oratio*, Benedíctio tua, *ut infrà.*

DIE XXXI.
IN VIGILIA
OMNIUM SANCTORUM.
Simplex.

Officium de Feria occurrente.

Preces, *flexis genibus.*

Oratio.

DOmine Deus noster, multíplica super nos grátiam tuam : & quorum prævenímus gloriósa solemnia, tríbue súbsequi in sancta professióne lætítiam; Per.

Pro comm. S. Quintini, *Ant.* Bonum. ℣. Adjútor. viij.

Oratio.

BEnedíctio tua, Deus, impleat corda fidélium; ut & digne Mártyris tui Quintini honoríficent passiónem, & remédia salútis ætérnæ, ejusdem patrocínio consequantur; Per Christum.

Fiunt Suffragia.



FESTA NOVEMBRIS.

DIE I.

IN FESTO OMNIUM SANCTORUM.

SOLEMNE-MAJUS.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Ant. FUi in spíritu; & 3. a. ecce sedes pósita erat in cœlo, & supra sedem sedens.

Ant. 4. E. Vidi, & ecce in médio throni Agnum stantem tanquàm occisum.

Ant. 7. a. Audívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, & animálium, & seniórum; & erat númerus eórum míllia míllium.

Ant. 1. f. Vidi turbam magnam, quam dinumeráre nemo póterat, ex ómnibus géntibus, & tríbubus, & pópulis, & linguis.

Ant. 5. C. Stabant ante thronum, & in conspectu Agni; & clamábant voce magnâ, dicentes: Salus Deo nostro qui sedet super thronum, & Agno.

Capitulum. Hebr. 12.

ACcessistis ad Sion montem, & civitátem Dei viventis, Jerúsalem cœlestem, & multórum míllium Angelórum frequéntiam, & Ecclésiam primitivórum qui conscripti sunt in cœlis, & júdicem ómnium Deum, & spíritus justórum perfectórum, & testamenti novi mediatórem Jesum.

℟. Inebriabuntur ab ubertáte domûs tuæ, Dómine; * Et torrente voluptátis tuæ potábis eos, † Quóniàm apud te est fons vitæ. ℣. Agnus qui in médio throni est, reget illos & dedúcet eos ad vitæ fontes; * Et. Glória Patri. † Quóniàm.

Hymnus.

CŒlo quos éadem glória cónsecrat,
Terris vos éadem concélebrat dies:
Læti vestra simul prǽmia pángimus,
Duris parta labóribus.

Jam vos pascit amor, nudaque Véritas:
De pleno bíbitis gáudia flúmine:
Illic perpétuam mens sátiat sitim
Sácris ébria fóntibus.

Altis secum hábitans in penetrálibus
Se Rex ipse suo contúitu beat;
Illabensque, suî pródigus, íntimis
Sese méntibus ínserit.

Altári médio, cui Deus ínsidet,
Agni fumat adhuc innócuus cruor:
Quæ mactáta Patri se semel óbtulit,
Se jugis litat hóstia.

Pronis turba senum cérnua fróntibus,
Inter tot rútili fúlgura lúminis,
Regnanti Dómino dévovet áurea,
Quæ ponit, diadémata.

Gentes innúmeræ, conspícuæ stolas
Agni purpúreo sánguine cándidas,
Palmis læta cohors, cántibus æmulis
Ter sanctum célebrant Deum.

Sit laus summa Patri, summaque Fílio:
Sit par sancte tibi laus quoque Spíritus,
Qui das pro méritis, óptimus árbiter,
Te totum simul ómnibus.
Amen.

℣. Dómine, in justítia tua exaltabuntur; ℟. Quóniàm glória virtútis eórum tu es.

Ad Magníf. *Ant.* 7. Quos Deus prædestinávit, hos & vocávit; & quos vocávit, hos & justificávit; quos autem justificávit, illos & glorificávit.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capit. de Feria.

Ant. 8. G. Nox ultrà non erit, & non egébunt lúmine lucernæ, neque lúmine solis; quóniàm Dóminus Deus illuminábit illos.

Hymnus, Grates péractæ jam die. 134.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 2. D. Sérvient Dómino & vidébunt fáciem ejus; & nomen ejus in fróntibus eórum.

AD LAUDES,

Psalmi de Dominica.

Ant. 1.D. AGnus Dóminus dominórum est, & Rex regum; & qui cum illo sunt, vocáti, electi, & fidéles.

Ant. 2. D. Lavérunt stolas suas; & dealbavérunt eas in sánguine Agni; ídeò sunt ante thronum Dei.

Ant. 3. a. Qui sedet in throno, habitábit super illos: non esúrient neque sítient ámpliùs.

Ant. 8. G. Benedícite.

Canticum. Sap. 10.

REddidit justis Sapiéntia mercédem labórum suórum, * & deduxit illos in via mirábili.

Et fuit illis in velamento diéi, * & in luce stellárum per noctem.

Tránstulit illos per mare Rubrum, * & transvexit illos per aquam nímiam:

Inimícos autem illórum demersit in mare; * & ab altitúdine inferórum eduxit illos.

Ideò justi tulérunt spólia impiórum; * & decantavérunt, Dómine, nomen sanctum tuum, & victrícem manum tuam laudavérunt páriter:

Quóniàm sapiéntia apéruit os mutórum, * & linguas infántium fecit disertas.

[*Et dicitur per Octavam, quandò fit de ea.*]

Ant. Benedícite Dóminum, omnes electi ejus; ágite dies lætítiæ, & confitémini illi.

Ant. 7. d. Hymnus ómnibus Sanctis ejus, fíliis Israel, pópulo appropinquanti sibi: glória hæc est ómnibus Sanctis ejus.

Capitulum. Ephes. 1.

DEus, Dómini nostri Jesu Christi, Pater glóriæ, det vobis spíritum sapiéntiæ & revelatiónis in agnitióne ejus; illumináros óculos cordis vestri, ut sciátis quæ sit spes vocatiónis ejus, & quæ divítiæ glóriæ hæreditátis ejus in Sanctis.

Hymnus.

HYmnis dùm résonat cúria Cœlitûm,
Hìc flemus pátriis fínibus éxules:
Hìc suspensa tenémus
Mutis cántibus órgana.
Quandò mens mísero líbera cárcere
Se vestris sóciam cœtibus ínseret;
Et calígine pulsâ,

Cœli lucem habitábimus!
Obscúræ fúgient mentis imágines,
Cùm stantes própiùs lúminis ad jubar,
Nos verum sine nube
Ipso in fonte vidébimus.
Nobis sancta cohors, sis bona: flúctibus
Luctantes médiis quos modò réspicis,
Da portus, duce Christo,
Da contíngere próspe-ros.
A quo cuncta fluunt, máxima laus Patri:
Qui mundum réparat, máxima Filio:
Et quo péctora flagrant,
Sit laus máxima Flámini. Amen.

℣. Exultábunt Sancti in glória: ℟. Lætabuntur in cubílibus suis.

Ad Bened. *Ant.* 6. F. Fulgébunt justi, judicábunt natiónes, & dominabuntur pópulis; & regnábit Dóminus illórum in perpétuum.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tríbuis celebritáte venerári; quæsumus ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus, largiáris; Per Dóminum nostrum.

Ad Horas, Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 1. D. Agnus.

Canon proprius ad calcem.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Lavérunt.

Capitulum. Dan. 7.

ECce cornu béstiæ faciébat bellum advérsus Sanctos, & prævalébat eis, donec venit Antíquus diérum: & judícium dedit Sanctis Excelsi; & tempus advénit, & regnum obtinuérunt Sancti.

℟. *br.* Sancti tui, Dómine, * Benedícent tibi, * Allelúia, allelúia. Sancti. ℣. Glóriam * regni tui dicent. * Allelúia. Glória. Sancti.

℣. Notam fácient fíliis hóminum poténtiam tuam ℟. Et glóriam magnificéntiæ regni tui.

AD SEXTAM.

Ant. 3. a. Qui sedet.

Capitulum. II. Cor. 6.

INhabitábo in illis, & inambulabo inter eos; & ero illórum Deus, & ipsi erunt mihi pópulus.

℟. *br.* Læténtur omnes * Qui sperant in te, Dómine, * Allelúia, allelúia. Læténtur. ℣. In ætérnum

exultábunt, * & habitábis in eis, * Allelúia. Glória. Lætentur.

℣. Gloriabuntur in te, Dómine, ℟. Omnes qui díligunt nomen tuum.

AD NONAM.

Ant. 7. *d.* Hymnus.

Capitulum. Isaïæ, 65.

ECce ego creo cœlos novos & terram novam; & non erunt in memória prióra, & non ascendent super cor; sed gaudébitis, & exultábitis usque in sempiternum.

℟. *br.* Beáti qui hábitant * In domo tua, Dómine, * Allelúia, allelúia. Beáti. ℣. In sécula seculórum * laudábunt te, * Allelúia. Glória Patri. Beáti.

℣. Vox exultatiónis & salútis. ℟. In tabernáculis justórum.

AD II. VESPERAS.

Psalmi de Dominica.

Ant. 4. E. BEnedíctus Deus, qui elégit nos in Christo, ut essémus sancti & immaculáti in conspectu ejus in caritáte.

Ant. 1. D. Ipsius sumus factúra, creáti in Christo Jesu in opéribus bonis quæ præparávit Deus, ut in illis ambulémus.

Ant. 3. a. Prædestinávit nos in adoptiónem filiórum, in laudem glóriæ grátiæ suæ, in qua gratificávit nos in dilecto Filio suo.

Ant. 6. F. Filii Dei sumus, hærédes quidem Dei cohærédes autem Christi, si tamen compátimur, ut & conglorificémur.

Ant. 7. a. Filii sanctórum sumus; & vitam illam expectámus, quam Deus datúrus est his qui fidem suam nunquàm mutant ab eo.

Capitulum. I. Petr. 1.

SEcundum eum qui vocávit vos, Sanctum; & ipsi in omni conversatióne sancti sitis, quóniàm scriptum est: Sancti éritis, quóniàm ego sanctus sum.

Hymnus, Cœlo quos éadem. 304.

℣. In lúmine tuo vidébimus lumen: ℟. Prætende misericórdiam tuam sciéntibus te, Dómine.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Scimus quóniàm cùm apparúerit, símiles ei érimus; quóniàm vidébimus eum sícuti est, allelúia.

Oratio, Omnípotens sempiterne. 306.

Post Benedicámus. *facta Processione ad Altaria, nisi sit Sabbatum, dicuntur Vesperæ Defunctorum; & dictis Precibus cum Psal-*

mo, Lauda, ánima. *&* ℣℣. *ibi notatis*, *dicitur sola Orat.* Fidélium, *infrà.*

[*Si sit Sabbatum*, *ante Processionem fit commem. sancti Marcelli*, *Ant.* In bonitáte. ℣. Prævenisti. *infrà*, 310.

Oratio, Da nobis. 311.

Tum Sabbati ante Dominicam occurr. ut in Proprio de Tempore.]

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capitulum de Dominica. Reliqua ut heri, 304.

DIE II.

In Commemoratione OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM.

Duplex-Majus.

Omnia ut in Offic. Def. xcij. *præter ea quæ hic sunt propria.*

AD LAUDES.

Ut in Officio Defunctorum. cix.

Dictis Precibus cum Ps. De profundis. *&* ℣℣. *ibi notatis*, *sola dicitur Orat.* Fidélium. *infrà.*

AD PRIMAM.

Inchoatur absolutè à Psalmo, Confitémini. 6. *in cujus fine non dicitur* Glória Patri. *nec* Réquiem. *sed continuò Ps.* Beáti immaculáti. *ut ad Primam Dominicæ*, *& in fine tantùm ultimi Octonarii dicitur* : Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; * & lux perpétua lúceat eis.

Posteà Hebdomadarius inchoat ℟. Defecérunt, *Chorus prosequitur*, sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut crémium aruérunt : * Dies mei sicut umbra declinavérunt. *Hebdom.* ℣. Quæ est. *Chorus*, vita nostra? Vapor est ad módicum parens. * Dies.

Itèrum Hebdom. inchoat ℟. Defecérunt, *Chorus*, sicut fumus. *usque ad* ℣. *exclusivè.*

Hebdomadarius absolutè dicit : Orémus.

Fidélium, Deus, ómnium cónditor & redemptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : ut indulgéntiam quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequantur; Qui vivis.

Deindè Requiescant in pace. ℟. Amen. *Is ritus observatur ad ceteras diei Horas.*

AD TERTIAM.

Inchoantur absolutè ab Octon. Legem pone. 12. *cum reliquis ; & in fine ultimi dicitur* Réquiem *sicque ad Sextam & Nonam.*

Hebdom. ℟. Ad Dómi-

num, *Chorus*, aspíciam: expectábo Deum salvatórem meum: consurgam, cùm sedero in ténebris: * Iram Dómini portábo, quóniàm peccávi ei. *Hebd.* ℣. Flagellat Dóminus, *Chorus*, omnem fílium quem récipit. * Iram.

Hebdomarius repetit ℟. Ad Dóminum, *Chorus*, aspíciam.

Oratio, Fidélium. *ut suprà*, 308.

AD SEXTAM.

Ps. Defécit, &c. 15.

Hebdom. ℟. Dómine, *Chorus*, omnípotens, Deus Israel, * Audi nunc oratiónem mortuórum Israel: noli meminisse iniquitátum patrum nostrórum, sed memento manûs tuæ & nóminis tui. *Hebdom.* ℣. Occísus es, Dómine, *Chorus*, & redemisti nos Deo in sánguine tuo: * Audi.

Hebdom. repetit ℟. Dómine, *Chorus*, omnípotens.

Oratio, Fidélium. *ut suprà*, 308.

AD NONAM.

Ps. Mirabília, &c. 18.

Hebd. ℟. Scio, *Chorus*, quòd Redemptor meus vivit, & in novíssimo die de terra surrectúrus sum, * Et in carne mea vidébo Deum meum. *Hebdomadarius* ℣. Oportet, *Chorus*, corruptíbile hoc indúere incorruptiónem, & mortále hoc indúere immortalitátem: * Et in carne.

Hebd. ℟. Scio, *Chorus*, quòd Redemptor.

Oratio, Fidélium. *ut suprà*, 308.

Officium Defunctorum termininatur ad Nonam inclusivè.

VESPERÆ *de sequenti.*

DIE III.

In Festo
SANCTI MARCELLI
Parisiensis Episcopi.

Duplex-majus.

[IN METROPOLITANA. *Solemne-minus.*]

Psalmi de Feria in toto Officio.

IN I. VESPERIS.

Ant. 5. C. CUm esset júnior, nihil puerile gessit in ópere; sed pergébat ad templum, & ibi adorábat Dóminum.

Ant. 7. a. Crevit puer, & benedixit ei Dóminus; cœpitque Spíritus Dóminus esse cum eo.

Ant. 6. F. Erat minister in conspectu Dómini ante fáciem sacerdótis.

Ant. 3. à. Amplificávit oblatiónem excelsi Regis: porrexit manum suam in libatióne, & li-

bávit de sánguine uvæ.

Ant. 4. E. Effúdit in fundamento altáris odórem divínum excelso Príncipi.

Capitulum. I. Tim. 3.

QUi benè ministráverint, gradum bonum sibi acquírent, & multam fidúciam in fide, quæ est in Christo Jesu.

℟. Hæc dicit Dóminus: * Elégi eum ex ómnibus mihi in sacerdótem, ut ascénderet ad altáre meum, & adoléret mihi incensum, & portáret Ephod. ℣. Non de ómnibus dico; ego scio quos elégerim: * Elégi. Glória Patri. * Elégi.

Hymnus, Christe, Pastórum. *ut in Communi Pontificum.* xv.

℣. Prævenisti eum in benedictiónibus dulcédinis; ℟. Quóniàm dabis eum in benedictiónem.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. In bonitáte & alacritáte ánimæ suæ plácuit Deo pro Israel: ídeò státuit illi testamentum pacis, príncipem sanctórum & gentis suæ, ut sit illi sacerdótii dígnitas in æternum.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commem. de omnibus SS. ut in II. Vesp. Festi, 307.

Deindè sanctorum Eustachii & soc. Martyrum, *Ant.* Cùm vos óderint. ℣. Viríliter. xj. *Oratio*, Omnípotens. xiij.

Postea sancti Guinailt, *Abbatis*, *Ant.* Egrédere. ℣. Potens. *ut in Communi*, xxiv. *Oratio*, Famíliam tuam. *ut infrà ad Laudes.*

AD COMPLETORIUM, *ut in Psalterio secundum Feriam.*

AD LAUDES.

Ant. 1. a. VIr amátor civitátis, & bene audiens, pro affectu pater appellabátur.

Ant. 4. f. Curávit gentem suam, & liberávit eam à perditióne; & adeptus est glóriam in conversatióne gentis.

Ant. 7. d. Símilem illum fecit Dóminus in glória sanctórum, & magnificávit eum in timóre inimicórum, & in verbis suis monstra placávit.

Ant. 2. D. Sanctificábat illos, consurgensque offerébat holocausta; dicébat enim: Ne fortè peccáverint.

Ant. 6. C. Quàm bonum est argúere, & confiténtem in oratióne non prohibére! Quàm bonum est correptum manifestáre pœniténtiam!

Capitulum. Ezech. 33.

FIli hóminis, dic ad domum Israel : Vivo ego, dicit Dóminus Deus : Nolo mortem ímpii, sed ut convertátur ímpius à via sua, & vivat. Convertímini, convertímini à viis vestris péssimis : & quare moriémini, domus Israel ?

Hymnus, Jesu, Sacerdótum decus. xvj.

℣. Justítiam tuam non abscondi in corde meo : ℟. Veritátem tuam & salutáre tuum dixi.

Ad Benedict. *Ant.* 5. C. Manus suas éxtulit in omnem congregatiónem filiórum Israel, dare glóriam Deo à lábiis suis, & in nómine ipsíus gloriári.

Oratio.

DA nobis, quæsumus, Dómine, fámulis tuis inviolábilem fídei firmitátem ; ut beáti Marcelli Pontíficis tránsitum celebrantes, méritis ipsíus interveniéntibus, regni cœlestis gáudia consequámur ; Per Dóminum.

Fit commem. de omnibus Sanctis, ut in Laudibus Festi, 306.

Deindè sanctorum Eustachii & socior. Martyrum, *Ant.* Beáti. ℣. Multæ. xij. *Oratio*, Omnípotens. xiij.

Posteà sancti Guinailt, *Ant.* Ecce ego. ℣. Veníte. xxvj.

Oratio.

FAmíliam tuam, Deus, in tua misericórdia sperantem, cœlesti prótege benignus auxílio ; ut quæ de beáti Guinaíli Abbátis virtútibus gloriátur, ejus méritis & intercessióne, perpétuâ pace & unitáte lætétur ; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. a. Vir.

AD TERTIAM.

Ant. 4. f. Curávit.

Capitulum. II. Cor. 1.

GLória nostra hæc est, testimónium consciéntiæ nostræ, quòd in simplicitáte cordis, & sinceritáte Dei, & non in sapiéntiâ carnáli, sed in grátia Dei conversáti sumus in hoc mundo ; abundántiùs autem ad vos.

℟. *br.* Veníte, fílii, * Audíte me, * Allelúia, allelúia. Veníte. ℣. Timórem Dómini * docébo vos, * Allelúia. Glória. Veníte.

[PER DIŒCESIM, *ubi fit ritu duplici, omisso* Allelúia, *resumptio fit ad primum * Asteriscum ; & sic ad Sextam & Nonam.*]

℣. Constitútus sum super Sion montem sanctum ejus, ℟. Prædicans præceptum ejus.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Símilem.

Capitulum. Sap. 16.

FIlios tuos nec dracónum venenatórum vicerunt dentes; misericórdia enim tua advéniens sanábat illos. In memória enim sermónum tuórum examinabantur; & velóciter salvabantur.

℟. *br.* Stetit, & placávit; * Et cessávit quassátio, * Allelúia, allelúia. Stetit. ℣. Et reputátum est ei * in justítiam, * Allelúia. Glória. Stetit.

℣. Credidérunt verbis Dómini, ℟. Et laudavérunt laudem ejus.

AD NONAM.

Ant. 6. C. Quàm bonum est.

Capitulum. Prov. 28.

QUi abscondit scélera sua, non dirigétur; qui autem conféssus fúerit & relíquerit ea, misericórdiam consequétur.

℟. *br.* Dixi iníquis, * Nolíte iníquè ágere, * Allelúia, allelúia. Dixi. ℣. Et delinquéntibus, * Nolíte exaltáre cornu, * Allelúia. Glória. Dixi.

℣. Docébo iníquos vias tuas; ℟. Et ímpii ad te converténtur.

AD II. VESPERAS.

Antiphonæ de Communi Pontificum, xviij.

Capitulum. IV. Reg. 19.

HÆc dicit Dóminus: Prótegam urbem hanc, & salvábo eam propter me & servum meum.

Hymnus, Christe. xv.

℣. Salvum fecit Dóminus christum suum: ℟. Exáudiet illum de cœlo sancto suo.

Ad Magníf. *Ant. 6. F.* Hic est fratrum amátor & pópuli: hic est qui multùm orat pro pópulo & universa civitáte.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commem. sancti Caroli, Episcopi, Ant. Elégit. ℣. Beátus. xv. *Oratio,* Multíplica. *ut infrà.*

Deindè Octavæ omnium Sanctorum, Ant. Scimus ℣. In lúmine tuo. 307. *Oratio*, Omnípotens. 306.

Postea sancti Clari, Presbyteri & Martyris, Ant. Ecce Deus. ℣. In Deo. vij. *Oratio*, Deus, à quo constántiam. viij.

AD COMPLETORIUM, *ut heri.*

DIE IV.

In Festo SANCTI CAROLI Borromæi, Episcopi, *Semiduplex.*

Ut in Communi Pontificum.

Oratio.

Oratio.

MUltiplica, quæsumus, Dómine, in Ecclésia tua grátiæ spirituum, quo beátum Cárolum Pontificem implevisti; ut & gregis tui profíciat ubíque succéssus, & grati fiant nómini tuo, te gubernante, pastóres; Per Dóminum.

In Laudibus, *fit commem. de omnibus Sanctis, Ant.* Fulgébunt. ℣. Exultábunt. *Oratio,* Omnípotens sempiterne Deus. 306.

Deindè sancti Clari, Ant. Bonum certámen certávi. ℣. Adjútor meus. *Oratio,* Deus, à quo constántiam. viij.

Vesp. *à Capitulo de omnibus Sanctis, ut in secundis Vesperis Festi,* 307. *cum commem. sancti Caroli per Ant.* Sacerdótes. ℣. Salvum. xviij. *Oratio,* Multíplica. *ut suprà.*

Ad Completorium, *Ant. de Festo,* 304.

DIEBUS
INTRA OCTAVAM
omnium Sanctorum.

Semiduplex.

Omnia ut in die Festi, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria in toto Officio.

AD LAUDES.

Ant. sola. 8. G. Benedíc. *Paris. Æstiv.* cite Dóminum, omnes electi ejus: ágite dies lætítiæ, & confitémini illi.

Ad Horas, *ut in die Festi, sine* Allelúia. *in* ℟℟. *brevibus.*

AD VESPERAS.

Ant. sola. 4. E. Benedictus Deus qui elégit nos in Christo, ut essémus sancti & immaculáti in conspectu ejus in caritáte.

DOMINICA
INTRA OCTAVAM.

Totum Officium fit de Dominicà, ut in Psalterio, incipiendo à primis Vesperis, quæ erunt integræ de Sabbato ante Dominicam occurrentem, cum commem. Octavæ in utrisque Vesperis & Laudibus.

DIE V.
DE OCTAVA.

Ad Vesp. *fit commem. sancti Leonardi, Ant.* Qui confidunt. ℣. Sperent. *ut in Communi Justorum,* xxx. *Oratio,* Quæsumus. *ut infrà.*

DIE VI.
DE OCTAVA.

Pro commem. sancti Leonardi, Ant. Qui facit. ℣. Proba me. xxxj.

Oratio.

QUæsumus, omnípotens & miséricors Deus, ut, interveniente beáto Leonardo, à peccá-

tórum vínculis absoluti, líberis tibi méntibus serviámus; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

DIE VII.
DE OCTAVA.
VESP. *de sequenti.*
DIE VIII.
OCTAVA
omnium Sanctorum,
ET VENERATIO
SS. RELIQUIARUM.
Duplex-minus.
IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.

Ant. 4. E. Justi, quasi virens fólium, germinábunt: radix justórum non commovébitur.

Ant. 6. F. Sit memória illórum in benedictióne; & ossa eórum púllulent de loco suo.

Ant. 5. a. Ossa eórum púllulent de loco suo; nam corroboravérunt Jacob, & redemérunt se in fide virtútis.

Ant. 2. D. Illi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt; & glória eórum non derelinquétur.

Ant. 1. f. Córpora ipsórum in pace sepulta sunt; & nomen eórum vivit in generatiónem & generatiónem.

Capitulum. Rom. 8.

SI Spíritus ejus qui suscitávit Jesum à mórtuis, hábitat in vobis; qui suscitávit Jesum Christum à mórtuis, vivificábit & mortália córpora vestra, propter inhabitantem Spíritum ejus in vobis.

℞. Ego consolábor vos: vidébitis, & gaudébit cor vestrum, * Et ossa vestra quasi herba germinábunt; & † Cognoscétur manus Dómini servis ejus. ℣. Abstergет Deus omnem lácrymam, & mors ultrà non erit; neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà: * Et ossa. Glória. † Cognoscétur.

Hymnus.

O Vos unánimes Christiádum chori,
Sanctórum túmulos & cíneres patrum,
Dulces exúvias, pignóra Cœlitûm,
Lætis dícite cántibus.
Cœlo quandò piis æqua labóribus
Felíces ânimæ gáudia póssident,
Pœnárum sóciis débita rédditur
Hìc laus & decus óssibus.
Passim sparsa Deus pollíciti memor,
Custos, ne péreant, pígnora cólligit;

Electósque suis próvidus ággeret
Aptandos lápides locis.
Quin & relíquias & túmulos sibi
Aras ipse Deus cónsecrat hóstia;
Conjungensque suis se caput ártubus,
Hos secum simul ímmolat.
Vos, quorum cíneres súpplícibus pia,
Tutum præsídium, plebs colit ósculis;
Si vos nostra movent, subsídium, boni,
Vestris ferte cliéntibus;
Ut cùm nostra novis spléndida dótibus,
Surget juncta choris spírituum caro,
Indivísa Trias sit Deus ómnia
Nobis semper in ómnibus. Amen.

℣. Pretiósa in conspectu Dómini. ℟. Mors Sanctórum ejus.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Amodò jam dicit Spíritus, ut requiescant à labóribus suis; ópera enim illórum sequuntur illos.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

COMPLETORIUM, *ut suprà.* 304.

AD LAUDES.

Ant. 3. c. VIdi subtus áltare ánimas interfectórum propter verbum Dei, & propter testimónium quod habébant.

Ant. 7. *d.* Clamábant voce magnâ, dicentes: Usquequò, Dómine, sanctus & verus, non júdicas, & non víndicas sánguinem nostrum?

Ant. 2. D. Datæ sunt illis síngulæ stolæ albæ, & dictum est illis ut requiéscerent adhuc tempus módicum, donec compleantur conservi eórum.

Canticum, Réddidit justis. *ut in die*, 305.

Ant. 1. a. Hi sunt ante thronum Dei, & sérviunt ei die ac nocte in templo ejus; & qui sedet in throno, habitábit super illos.

Ant. 8. G. Agnus qui in médio throni est, reget illos, & dedúcet eos ad vitæ fontes aquárum; & abstérget Deus omnem lácrymam ab óculis eórum.

Capitulum. Isaïæ, 26.

ECce Dóminus egrediétur de loco suo, ut vísitet iniquitátem habitatóris terræ contra eum, & revelábit terra sánguinem suum, & non opériet ultrà interfectos suos.

Hymnus.

ADeste, Sancti, plúrimo
Dùm thure, vestra dùm piis

Coluntur ossa ritibus,
Votis favéte súpplicum.
Non illa quamquàm trístibus
Imum redacta in púlverem
Dudùm sepulcris squáleant
Divína virtus déserit.
Sed sancta præsenti fovet
Impletque templa Númine,
Sed & futúræ Spíritus
Post secla servat glóriæ.
Hinc ille qui nostris latet
Cinis sub aris cónditus,
Ægris medétur éfficax,
Torquet fugatque dæmones.
Sit summa, Christe, laus tibi,
Ventúre judex séculi,
Cum Patre & almo Spíritu,
In seculórum sécula.
Amen.

℣. Exultábunt Sancti in glória : ℟. Lætabuntur in cubílibus suis.

Ad Bened. *Ant.* 1. D. Vivent mórtui tui, Israel; interfecti mei resurgent: expergiscímini, & laudáte, qui habitátis in púlvere, allelúia.

Oratio.

AUge in nobis, Dómine, resurrectiónis fidem, qui in Sanctórum tuórum Relíquiis mirabília operáris : & fac nos immortális glóriæ partícipes, cujus in eórum cinéribus pígnora venerámur; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 3. c. Vidi.

Canon proprius ad calcem.

AD TERTIAM.

Ant. 7. *d.* Clamábant.

Capitulum. Rom. 8.

SCimus quòd omnis creatúra ingemíscit, & párturit usque adhuc; non solùm autem illa, sed & nos ipsi, primítias Spíritûs habentes : & ipsi intra nos gémimus, adoptiónem filiórum Dei expectantes, redemptiónem córporis nostri.

℟. *br.* Posuérunt morticína servórum tuórum,* Escas volatílibus cœli. Posuérunt. ℣. Carnes sanctórum tuórum* béstiis terræ, * Escas volatílibus cœli. Glória Patri. Posuérunt.

℣. Secundum magnitúdinem bráchii tui, Dómine, ℟. Pósside fílios mortificatórum.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Datæ sunt.

Capitulum. Coloss. 3.

MOrtui estis, & vita vestra est abscóndita cum Christo in Deo. Cùm Christus apparúerit, vita vestra, tunc & vos apparébitis cum ipso in glória.

℟. *br.* Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, * Quam abscondisti timéntibus te! Quàm magna. ℣. Perfecisti eis * qui sperant in te, * Quam. Glória. Quàm magna.

℣. Non discédimus à te: vivificábis nos, ℟. Et nomen tuum invocábimus.

AD NONAM.

Ant. 8. G. Agnus.

Capitulum. Philipp. 3.

Nostra conversátio in cœlis est, undè étiam Salvatórem expectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ, configurátum córpori claritátis suæ.

℟. *br.* Ambulábunt, Dómine, * In lúmine vultûs tui. Ambulábunt. ℣. In nómine tuo * exultábunt, * In. Glória Patri. Ambulábunt.

℣. In æternum exultábunt, ℟. Et habitábis in eis.

AD II. VESPERAS.

Ant. 1. D. Fidélis sermo: Si commórtui sumus Christo, & convivémus: si sustinébimus, & conregnábimus.

Ant. 6. F. In ómnibus tribulatiónem pátimur, semper mortificatiónem Jesu in córpore nostro circumferentes; ut & vita Jesu manifestétur in corpóribus nostris.

Ant. 2. D. Habentes eumdem spíritum fidei, & nos crédimus; scientes quóniàm qui suscitávit Jesum, & nos cùm Jesu suscitábit.

Ant. 4. E. Vivificábit nos Dóminus, suscitábit nos; & vivémus in conspectu ejus.

Ant. 7. G. Cùm mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victória.

[IN METROP. *fit à Capitulo de sancto Maturino, Presbytero, ut in Communi Justorum*, xxix. *Oratio*, Dómine Deus. xxxj. *cum commem. diei Octavæ Omnium Sanctorum, ut infrà.*]

EXTRA METROP. *Vesperæ continuantur ut sequitur.*

Capitulum. I. Cor. 15.

Seminátur in corruptióne, surget in incorruptióne: seminátur in ignobilitáte, surget in glória: seminátur in infirmitáte, surget in virtúte: seminátur corpus animále, surget corpus spiritále.

Hymnus, O vos unánimes, *ut in I. Vesperis*, 314.

℣. Qui seminant in lácrymis, ℟. In exultatióne metent.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Cùm à mórtuis resurréxerint, sunt sicut Angeli in cœlis; neque enim ultrà mori póterunt: & fílii sunt Dei, cùm sint fílii resurrectiónis, allelúia.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commem. sancti Maturini, Presbyt. Ant. Notum. ℣. Oculi. *ut in Communi Justorum.* xxx. *Oratio*, Dómine Deus. xxxj.

Completorium, *ut suprà.* 304.

DIE IX.

In Festo

SANCTI MATURINI, Presbyteri. *Semiduplex.*

[In Metrop. *Duplex-minus.*

Omnia de Communi Justorum. xxx.

Oratio, Dñe Deus. xxxj.

Ad Vesp. *fit commem. sancti Leonis, Papæ, Ant.* Beátus. ℣. Beátus homo. xx. *Oratio*, Excita. xxj.

Deindè sancti Martini, ut infrà.]

Per Diœcesim, *ubi fit tantùm ritu Semiduplici, omnia de Communi Justorum, ut suprà.*

Vesp. *à Capitulo, de sancto Leone, ut in Communi Doctorum*, xix *Oratio*, Excita. xxj.

Fit commem. sancti Maturini, Ant. Operátus est. ℣. Sacerdótes. xxxiij. *Oratio*, Dómine Deus. xxxij.

Deindè sancti Martini, Papæ & Mart. Ant. Ecce Deus. ℣. In Deo. vij. *Oratio*, Omnípotens sempiterne Deus. viij.

DIE X.

In Festo

S. LEONIS, PAPÆ, & Ecclesiæ Doctoris.

Semiduplex.

Ut in Communi Doctorum. xx.

Oratio, Excita. xxj.

Ad Laudes, *pro commemorat. S. Martini, Ant.* Bon[illegible]. ℣. Adjútor. *Oratio*, Omnípotens. viij.

Vesperæ *de sequenti.*

DIE XI.

In Festo

S. MARTINI, Turonensis Episcopi.

Duplex-majus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.

Ant. 3. a. NUdus eram & cooperuisti me. Quámdiu fecisti uni ex frátribus meis mínimis, mihi fecisti.

Ant. 4. E. Præordinávit te Deus, ut vidéres justum, & audíres vocem ex ore

ejus, quia eris testis illíus.

Ant. 6. *C.* Quid moráris? Exurge; & baptizáre, & áblue peccáta tua, invocáto nómine ipsíus.

Ant. 7. *d.* Labóra sicut bonus miles Christi Jesu. Nemo mílitans Deo, ímplicat se negótiis seculáribus.

Ant. 8. *G.* Sollícitè cura te ipsum probábilem exhíbere Deo, operárium inconfusíbilem, rectè tractantem verbum veritátis.

Capitulum. Jerem. 1.

AD ómnia quæ mittam te ibis, & universa quæcumque mandávero tibi loquéris. Ne tímeas à fácie eórum; quia tecum ego sum ut éruam te, dicit Dóminus.

℟. Dóminus salus mea, quem timébo? Dóminus protector vitæ meæ, à quo trepidábo? * Si consistant adversum me castra, non timébit cor meum. ℣. Ipse dixit: Non te déseram, neque derelinquam; ita ut confidenter dicámus: * Si consistant. Glória Patri. * Si consistant.

Hymnus.

Ecquis ardentes rápitur
per auras?
Iste quis pauper petit
astra dives?
Cœlites plaudunt: comitémur hymnis
Astra petentem.

Flore sub primo juvenílis ævi,
Cæsarum jussu tulit arma miles;
Moxque depónet, tibi, Christe, nomen
Tiro professus.

Non furor belli benè christiánum
Pectus infrégit: pius inter arma
Integros servat, semel obligáto
Nómine, mores.

Páuperi pauper malè membra nudo
Dívidit vestem, mediâque Christus
Obtulit sese túnicâ micantem,
Nocte sequenti.

Fonte lustrátur; melióre testes
Se sacramento vovet inter aras:
Induit Christum, simul ac profána
Exuit arma.

Lúminis splendor, Patris una Proles,
Christe, te pronus venerétur orbis,
Qui Sacerdótes, per Amóris almi
Flamen inungis.
Amen.

℣. Irritavérunt in castris

Sanctum Dómini: ℟. Oblíti sunt Deum qui fecit magnália.

Ad Magnif. *Ant.* 5. *C.* Constítuam te minístrum eórum quibus apparébo tibi, erípiens te de pópulo, & géntibus in quas nunc ego mitto te aperíre óculos eórum, ut accípiant remissiónem peccatórum, & sortem inter sanctos, per fidem quæ est in me.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commem. sancti Leonis, Papæ, Ant. Qui docti. ℣. Beátus homo. xxiij. *Oratio*, Excita, quæsumus. xxj.

AD LAUDES.

Ant. 1. *f.* EGo à vobis débui commendári: nihil enim minùs fui ab iis qui sunt supra modum Apóstoli; tametsi nihil sum.

Ant. 8. c. Signa Apostolátûs mei facta sunt super vos in omni patiéntiâ, in signis, & prodígiis, & virtútibus.

Ant. 2. D. Etsi imperítus sermóne, sed non sciéntiâ; in ómnibus autem manifestáti sumus vobis.

Ant. 7. a. Usque in hanc horam cædimur, & instábiles sumus: maledícimur, & benedícimus: persecutiónem pátimur, & sustinémus.

Ant. 6. F. Ego libentíssimè impendam, & superímpendar ipse pro animábus vestris.

Capitulum. Jerem. 1.

DIxit Dóminus ad me: Ego dedi te hódie in civitátem munítam, & in columnam férream, & in murum æreum super omnem terram, régibus Juda, princípibus ejus, & sacerdótibus, & pópulo terræ: & bellábunt advérsum te, & non prævalébunt.

Hymnus.

THure fumantes quis hic inter aras,
Vérticem cujus sacra flamma lambit?
Intùs ardébat méliùs sacrátâ
Péctoris arâ.

Regis accumbens épulis tuétur
Præsulum præsul benè par honórem:
Ipsa tunc vilem minor ante pannum
Púrpura pallet.

O virum, qualem píetas petébat,
Quem fides nullis labefacta seclis
Non semel sensit médios per enses
Sacra tuentem!

Læditur probris: sibi semper idem

Nescit irasci: fera corda placat;
Et suos tantùm cumulando donis
Súbjicit hostes.
Nec truci quamvis caput immolandum
Pro Dei causa pósuit sub ense,
Mártyris palmam rétulit, vel isto
Dignus honóre.
Lætus æternum célebret Parentem
Orbis, æternum célebret Parentis
Fílium, par sit tibi cultus omni,
Spíritus ævo.
Amen.

℣. Loquébar de testimóniis tuis in conspectu regnum, ℟. Et non confundébar.

Ad Bened. *Ant.* 8. G. Confitébor nómini tuo, Dómine, quóniàm protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditióne, & in conspectu astántium factus es mihi adjútor.

Oratio.

DEus, qui in beáto Mártino Pontífice, sive per vitam, sive per mortem magnificátus es: ínnova éadem grátiæ tuæ mirácula in córdibus nostris; ut neque mors neque vita separáre nos possit à caritáte Dómini nostri Jesu Christi; Qui tecum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Ego.

AD TERTIAM.

Ant. 8. c. Signa.

Capitulum. Deut. 3.

DOmine Deus, tu cœpisti osténdere servo tuo magnitúdinem tuam, manumque fortíssimam; neque enim est álius Deus, vel in cœlo, vel in terra, qui possit fácere ópera tua, & comparári fortitúdini tuæ.

℟. *br.* Fílii hóminum, * Usquequò gravi corde? Fílii. ℣. Scitóte * quóniàm mirificávit Dóminus sanctum suum: * Usquequò. Glória. Fílii.

℣. Exáudiet illum de cœlo sancto suo: ℟. In potentátibus salus déxteræ ejus.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Etsi.

Capitulum. I. Cor. 2.

CUm venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitáte sermonis, aut sapiéntiæ, annúntians vobis testimonium Christi; non enim judicávi me scire áliquid inter vos, nisi Jesum Christum; & hunc crucifixum.

℟. *br.* Veníte, fílii, * au-

díte me. Veníte. ℣. Timórem Dómini * docébo vos, * Audíte me. Glória Patri. Veníte.

℣. Intellígite, insipientes in pópulo: ℟. Et, stulti, aliquando sápite.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Ego.

Capitulum. II. Cor. 12.

PLáceo mihi in infirmitátibus meis, in contuméliis, in necessitátibus, in persecutiónibus, in angústiis pro Christo: cùm enim infirmor, tunc potens sum.

℟. *br.* Propter te, Dómine, * Sustínui oppróbrium. Propter. ℣. Quóniàm zelus domûs tuæ * comédit me, * Sustínui. Glória Patri. Propter.

℣. Paulò minùs consummavérunt me in terra; ℟. Ego autem non derelíqui mandáta tua.

AD II. VESPERAS.

Ant. 1. D. CUm majóres natu Ecclésiæ simul essent, dixit eis: Ecce ego scio quia ampliùs non vidébitis fáciem meam.

Ant. 8. G. Coarctor è duóbus, desidérium habens dissolvi, & esse cum Christo, multò magìs mélius; permanére autem in carne, necessárium propter vos.

Ant. 4. d. Juxta est qui justíficat me: Ecce Dóminus Deus auxiliátor meus: quis est qui condemnet me?

Ant. 2. P. Opérui cínere carnem meam; ut detur locus voci meæ in cœlo; quia ibi est testis meus, & cónscius meus in excelsis.

Ant. 6. F. Ego ad Dóminum aspíciam, expectábo Deum salvatórem meum; áudiet me Deus meus: edúcet me, vidébo justítiam ejus.

Capitulum. II. Cor. 3.

NOs omnes reveláta fácie glóriam Dómini speculantes, in eamdem imáginem transformámur à claritáte in claritátem, tanquàm à Dómini spíritu.

Hymnus.

PErfúsus ora lácrymis
Martinus astra súspicit:
Et, in beáto pátriæ
Defixus obtútu, gemit.

O mors, ait, quid támdiù,
Differs leváre víncula?
Amóre Christi sáucium
Priváre vitâ munus est.

Quid tu mináci gútture,
Draco cruente, síbilas?
Redi sub umbras tártari:
Me lucis aula dévocat.

Et vos flagrans quos cáritas
Mihi dat esse fílios
Fletu molesto párcite
Tardare patris gáudia.

Quòd si tamen nostros adhuc
Tellus labóres éxigit,
Jam láuream prensans manu
Reddat libenter prælio.
Sic fortis & constans sibi
Martínus usque pérstitit,
Nec pro Deo timens mori,
Sed nec recúsans vívere.
Sit Trinitáti glória,
Sermónibus quam víndicans
Martínus & miráculis
Adeptus est in præmium.
Amen.

℣. In justítia apparébo conspéctui tuo, Dómine: ℟. Satiábor, cùm apparúerit glória tua.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Mórtuus est servus Dómini, jubente Dómino: & non surrexit ultrà Prophéta in omnibus signis atque portentis quæ misit Dóminus per eum, ut fáceret in terra.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commem. sancti Verani, Episcopi, Ant. Elégit ℣. Beátus. xv.

Orat. Da Ecclésiæ. *infrà.*

DIE XII.

In Festo

SANCTI VERANI, Episcopi. *Simplex.*

Ut in Comm. Pontif. xv.

Oratio.

DA Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus, ut mérita sancti Epíscopi Veráni pietátem tuam pro ipsa semper exórent, & fructum in nobis labórum ejus custódiant; Per.

[IN METROP. *VESP. de sequenti, cum commem. sancti Bricii, ut infrà.*]

EXTRA METROP. *VESP. de Psalterio. A Capitulo de sequenti, ut in Communi Pontificum. Oratio*, Deus, qui pópulis. xvij.

Et fit commem. sancti Bricii, Episcopi, Ant. Ego sum. ℣. Elégit. *Oratio*, Deus, fidélium. xvij.

DIE XIII.

In Festo

S. GENDULFI, Episcopi. *Semiduplex.*

[IN MET. *Duplex-minus. Omnia de Communi Pontificum.* xiv.]

EXTRA METROP. *ubi fit ritu semiduplici, omnia de Communi Pontif.* xv.

Oratio, Deus, qui pópulis. xvij.

Pro commem. sancti Bricii, Antiph. Sacerdótes. ℣. Salvum. xviij. *Oratio*, Deus, fidélium. xvij.

DIE XV.

In Festo

S. EUGENII, MART. *Semiduplex.*

Omnia ut in Communi unius Martyris. vj.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Eugénii Martyris tui confessióne gloriósa circumdas & prótegis; præsta nobis, quæsumus, ejus interventióne gaudére & oratióne fulcíri; Per Dóminum.

In I. Vesperis, fit commemorat. sancti Maclovii, Episcopi. Antiph. Elégit. ℣. Beátus. xv.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut beáti Maclóvii Pontíficis natalítia venerántes, & fidei muniámur auxílio, & caritátis proficiámus exemplo; Per Dóminum nostrum.

In Laudibus, fit commemor. sancti Maclovii, Ant. Ego sum. ℣. Elégit. xvij. *Oratio*, Præsta, quæsumus. *ut suprà.*

DIE XVII.

In Festo

S. ANIANI, EPISC.

Semiduplex.

Omnia ut in Communi Pontificum. xv.

Oratio, Deus, qui pópulis xvij.

AD II. VESP. *fit comm. sanctæ Aldæ, Virg. Ant.* Complácuit. ℣. Audi, fília. xxv. *Oratio*, Deus, qui habitáculum. xxxvij.

DIE XVIII.

In Festo

SANCTÆ ALDÆ,

Virginis. *Simplex.*

Ut in Communi Virginis non Martyris.

AD LAUDES, *Hymn.* Non vana. xxxvj. ℣. Sitívit. *Ad* Bened. *Ant.* Exultábit xxxvij.

VESP. *de Psalterio, à Capitulo de sanctæ Elizabeth, ut in Communi SS. Mulierum, Ant.* Exultávit. ℣. Averte. xl. *Oratio*, Deus, in quem. lxij.

DIE XIX.

In Festo

STÆ ELIZABETH,

Viduæ. *Simplex.*

Ut in Communi Mulieris non Martyris. Oratio, Deus, in quem. lxij.

AD LAUDES, ℣. Humiliábam. *Ad* Bened. *Ant.* Orátio hum[illegible]ntis. xlij.

DIE XXI.

In Festo

PRÆSENTATIONIS

B. MARIÆ VIRG.

Duplex-minus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.

Ant. 5. C. FIliæ Jerúsalem, nuntiáte Dilécto meo quia amóre lángueo.

Ant. 6. F. Totus desiderábilis, talis est Dilectus

meus;

meus; & ipse est amícus meus.

Ant. 2. D. Indica mihi, quem díligit ánima mea, ubi pascas.

Ant. 4. d. Quis mihi det te, ut invéniam te? Apprehendam te, & me docébis.

Ant. 3. c. Trahe me: post te currémus in odórem unguentórum tuorum.

Capitulum. If. 56.

HÆc dicit Dóminus: Qui elégerint quæ ego vólui, & tenúerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum: nomen sempitérnum dabo eis, quod non períbit.

℟. Omnis glória ejus fíliæ Regis ab intùs; * Afferentur Regi vírgines post eam in lætítia & exultatióne: † Adducentur in templum Regis. ℣. Unus de Angelis locútus est mecum, dicens: Veni, & ostendam tibi sponsam: * Afferentur. Glória Patri. † Adducentur.

Hymnus.

DAvídis sóboles, glória Vírginum,
Christi Virgo parens, te pósuit Deus,
Partu virgíneo quæ malè súbdoli
Anguis contéreres caput.
Rebus princípium qui dedit ómnibus,
A te princípium sumpsit homo Deus;
Cunctis prospíciens qui tríbuit cibos,
Pastus lacte fuit tuo.
Per te quod múlier perdíderat vétus,
Humáno géneri rédditur áuctiùs:
Tu clausas míseris, heu nímium diu!
Cœlórum réferas fores.
Qui lucis pater est, glória sit Patri;
Cujus Virgo parens, glória Fílio;
Quo fecunda, tibi, nexus amábilis,
Sit par glória, Spiritus.
Amen.

℣. Unam pétii à Dómino, hanc requíram; ℟. Ut inhábitem in domo Dómini.

Ad Magníficat. *Ant.* J. Circuibam, quærens sapiéntiam, ut mihi illam assúmerem; & ádii Dóminum.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit commem. sancti Columbani, Abbatis. Ant. Egrédere. ℣. Potens. xxiv. *Oratio*, Deus, cujus. xxvj.

AD COMPLETORIUM, *Hymnus*, Virgo. *hodie & cras.*

AD LAUDES.

Ant. 5. a. PArs mea Dóminus, dixit ánima mea : bonus est ánimæ quærenti illum.

Ant. 2. D. Quæsívi sapiéntiam palàm in oratióne mea : ante templum postulábam pro illa.

Ant. 4. E. A juventúte mea investigábam eam : inclinávi módicè aurem meam, & excépi illam.

Ant. 7. d. Multam invéni.

Canticum, Lauda & lætáre. *ut in Officio parvo.*

Ant. Multam invéni in me sapiéntiam, & multùm profécì in ea : danti mihi sapiéntiam dabo glóriam.

Ant. 6. F. In voce laudis immolábo tibi : quæcumque vovi reddam Dómino.

Capitulum. Ecclef. 4.

CUstódi pedem tuum ingrédiens domum Dei, & appropinqua ut áudias.

Hymnus.

NUnc auróra, novæ núntia lucis,
Tristes orbe prócul díssipat umbras.
O quâm lucídior, nocte sepultis
Portans ipsa diem, Virgo, réfulges!
O quæ nunc hábitas lúcida regna,
Mittas indè tuæ múnera lucis :
Te si terra dedit munus olympo,
Quæ non dona memor reddet olympus?
Inter perpétuos Núminis haustus,
O Regína, tibi sánguine junctum
Ne dedisce genus : nostra fuisti,
Summi facta parens, Virgo, Tonantis.
Divínæ Sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri :
Cujus Virgo parens, glória Nato :
Quo fecunda, tibi glória Flámen. Amen.

℣. Dóminus abscondit me in tabernáculo suo : ℟. Protexit me in abscóndito tabernáculi sui.

Ad Bened. *Ant.* 3. a. Dábitur illi fídei donum electum, & sors in templo Dei acceptíssima; bonórum enim labórum glóriosus est fructus, & quæ non cóncidat radix sapiéntiæ.

Oratio.

DEus, qui beátam Maríam semper vírginem, Spíritûs sancti habitáculum, in templo præsentári voluisti : præsta, quæsumus, ut ejus inter-

cessióne in templo glóriæ tuæ præsentári mereámur; Per Dóminum... in unitáte ejusdem.

Fit commem. sancti Columbani, Ant. Ecce ego. ℣. Veníte. *Oratio*, Deus, cujus múnere. xxvj.

AD HORAS, *in fine Hymnorum dicitur Doxologia.*:

Qui natus es de Vírgine, Jesu, tibi sit glória, &c.

AD PRIMAM.

Ant. 5. a. Pars mea.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es * de María Vírgine.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Quæsívi.

Capitulum. Sap. 6.

CUra disciplínæ diléctio est, & diléctio custódia legum illíus est: custodítio autem legum consummátio incorruptiónis est: incorrúptio autem facit esse próximum Deo.

℟. *br.* Propter innocéntiam * Suscepisti me, Deus. Propter. ℣. Et confirmasti me in conspectu tuo * in æternum. * Suscepisti me, Glória Patri. Propter innocéntiam.

℣. Adhæsit ánima mea post te; ℟. Me suscépit déxtera tua.

AD SEXTAM.

Ant. 4. E. A juventúte mea.

Capitulum. Eccli. 17.

COgnosce justítias & judícia Dei, & sta in sorte propositiónis & oratiónis altíssimi Dei. In partes vade sǽculi sancti, cum vivis & dántibus confessiónem Deo.

℟. *br.* Exaudi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ, * Dùm oro ad te. Exaudi. ℣. Dùm extollo manus meas * ad templum sanctum tuum, * Dùm. Glória. Exaudi.

℣. Circúmdabo altáre tuum, Dómine; ℟. Ut áudiam vocem laudis, & enarrem univérsa mirabília tua.

AD NONAM.

Ant. 6. F. In voce.

Capitulum. Judith. 10.

DEus patrum nostrórum det tibi grátiam, & omne consílium tui cordis suâ virtúte corróboret; ut gloriétur super te Jerúsalem, & sit nomen tuum in número sanctórum & justórum.

℟. *br.* Apud te laus mea * In ecclésia magna. Apud te. ℣. Vota mea reddam * in conspectu timéntium eum, * In ecclésia. Glória Patri. Apud te.

℣. Innocentes & recti adhæsérunt mihi; ℟. Quia sustínui te.

AD II. VESPERAS.

Ant. 6. F. LAuda & lætáre, fília Sion: quia ecce ego vénio, & habitábo in médio tui, ait Dóminus.

Ant. 8. G. Rex Israël Dóminus in médio tui; non timébis malum ultrà.

Ant. 1. Dóminus Deus tuus in médio tuî fortis, ipse salvábit.

Ant. 5. C. Gáudébit super te in lætítia: silébit in dilectióne sua: exultábit super te in laude.

Ant. 4. E. Applicabuntur gentes multæ ad Dóminum in die illa, & erunt mihi in pópulum, & habitábo in médio tuî.

Capitulum Apoc. 21.

ECce tabernáculum Dei cum homínibus, & habitábit cum eis: & ipsi pópulus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eórum Deus.

Hymnus, Davídis sóboles. *ut in primis Vesperis.* 325.

℣. Sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus: ℟. Deus in médio ejus.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Manus Dómini confortávit te; & ídeò eris benedicta in æternum.

Oratio, *ut suprà ad Laudes.*

Fit commem. sanctæ Cæciliæ, Virginis & Mart. Ant. Infirma. ℣. Deus præcinxit me. xxiv. *Oratio*, Deus, qui nos. *infrà.*

DIE XXII.

In Festo

SANCTÆ CECILIÆ, Virginis & Martyris.

Semiduplex.

Ut in Communi Virginis & Martyris. xxxiv.

Oratio.

DEus, qui nos annuâ beátæ Cæcíliæ vírginis & mártyris tuæ solemnitáte lætíficas: da ut cujus natalítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

VESP. *à Capitulo de sancto Clemente, Papa & Martyre, ut in Communi unius Mart.* v.

℣. In Deo sperávi; ℟. Non timébo quid fáciat mihi caro.

Ad Magníf. *Ant.* 8. *G.* Clemens adjútor meus laborávit mecum in Evangélio; cujus nomen est in libro vitæ.

Oratio, Omnípotens. viij.

Et fit commem. sanctæ Cæciliæ, Ant. Casta generátio. ℣. Conféssio. xxxviij. *Oratio*, Deus, qui nos. *suprà.*

DIE XXIII.

In Festo

S. CLEMENTIS, Papæ & Martyris.

Semiduplex.

Ut in Communi unius Martyris, vij.

Oratio, Omnípotens.... qui in ómnium. viij.

VESP. *à capitulo de sancto Severino, Monacho, ut in Communi.* ℣. In umbra. xxiv. *Ad* Magníficat. *Ant.* Reliquisti. xxiv. *Oratio*, Omnípotens. *infrà.*

Et fit commem. sancti Clementis, Ant. Confirmábat Ecclésias, præcípiens custodíre præcepta Apostolórum & Seniórum.

℣. Posuisti, Dómine, in cápite ejus corónam ℟. De lápide pretióso.

Oratio, Omnípotens sempiterne Deus, qui. viij.

Deinde sancti Chrysogoni, Mart. Ant. Ecce. ℣. In Deo. vij. *Oratio*, Ad defensiónem. *infrà.*

DIE XXIV.

In Festo

SANCTI SEVERINI, Monachi. *Semiduplex.*

Ut in Communi Abbatum., *&c.*

AD LAUDES, *Hymn.* O pulchras. xxv. ℣. Clamávi. xxvj *Ad* Benedictus. *Ant.* Pars mea. xxvij.

Oratio.

OMnípotens sempiterne Deus, terréna pro te calcántium merces magna nimis: da nobis exemplo & intercessióne beáti Severíni, cujus solémnia celebrámus, temporália ómnia despícere; & ad ætérna, totâ mentis intentióne festináre; Per.

Pro commemorat. sancti Crysogoni, Ant. Bonum. ℣. Adjútor. viij.

Oratio.

AD defensiónem fidélium, quæsumus, Dómine, déxteram tuæ majestátis extende: & ut perpétuâ pietátis tuæ protectióne muniantur, sancti Mártyris tui Chrysógoni contínua pro his non desit intercéssio; Per.

VESP. *à Capitulo de sancta Catharina, Virgine & Martyre.* xxxiij. *Oratio*, Omnípotens sempiterne Deus, cujus múnere. xxxvj.

Et fit commemor. sancti Severini, Ant. Simus. xxix. ℣. Plantáti. xxviij. *Oratio*, Omnípotens sempiterne Deus, terréna. *suprà.*

DIE XXV.

In Festo

STÆ CATHARINÆ, Virginis & Martyris.

Semiduplex.

Ut in Communi Virgi-

nis & Martyris. xxxiij.
Oratio, Omnípotens sempiterne Deus. xxxvj.
Vesp. *à Capitulo de sancta Genovefa de Miraculo Ardentium, ut in Communi Virginum.* xxxiv.
Oratio, Deus, qui beátæ. *infrà.*
Fit commem. sancti Marcelli, Episc. Ant. Curávit gentem suam, & liberávit eam à perditióne; & adeptus est glóriam in conversatióne gentis.
℣. Veníte, filii, audíte me: ℟. Timórem Dómini docébo vos.
Oratio, Deus, qui beátum Marcellum. *infrà.*
Deinde sanctæ Catharinæ, Virg. & Mart. Ant. Casta generátio. ℣. Conféssio. xxxviij. *Oratio*, Omnípotens. xxxvj.
Ultimò, sancti Lini Papæ & Mart. Ant. Ecce. ℣. in Deo. vij. *Oratio*, Quæsumus. *infrà.*

Die xxvi.
In Festo
SANCTÆ GENOVEFÆ
de Miraculo Ardentium.
Semiduplex.
Ut in Communi Virginis non Martyris. xxxiij.
Oratio.

Deus, qui beátæ Genovefæ vírginis excelléntiam multíplici virtútum glóriâ declarasti; concéde nobis, quæsumus, ut ejus précibus à vitiórum æstu liberémur, quæ hódie per grátiam tuam in membris humánis ignis horendi extinxit incéndium; Per.

Pro sancto Marcello, Ant. In bonitáte & alacritáte ánimæ suæ plácuit Deo pro Israël: ideò státuit illi testamentum pacis, príncipem sanctórum, & gentis suæ, ut sit illi sacerdótii dignitas in æternum.
℣. Justítiam tuam non abscondi in corde meo: ℟. Veritátem tuam & salutáre tuum dixi.

Oratio.

Deus, qui beátum Marcellum Pontíficem mirificasti in terris, & in cœlis ætérnum glorificas: quæsumus, ut ejus apud te júgiter intercéssio nos prótegat, quem nostrum esse perpetuâ caritáte pastórem & patrem confídimus; Per.
Deinde fit commem. sancti Lini, Antiph. Bonum. ℣. Adjútor. viij.

Oratio.

Quæsumus, omnípotens Deus, ut nos virtúte sancti Spíritûs, & ad credendum dóciles, & ad confitendum fortes effícias; qui beáto Lino Pontífici, propter verbum

tuum & testimónium Jesu, ánimam suam pónere tribuisti; Per eumdem Dóminum........ in unitáte ejusdem Spíritûs.

AD VESP. *fit commem. sancti Marcelli, Ant.* Hic est fratum amátor & pópuli : hic est qui multùm orat pro pópulo & universa civitáte.

℣. Salvum fecit Dóminus christum suum : ℟. Exáudiet illum de cœlo sancto suo.

Oratio, Deus, qui beátum Marcellum. *sup.* 330.

Deindè SS. Vitalis & Agricolæ, Mart. Ant. Cùm vos óderint. ℣. Viríliter. ix. *Oratio*, Deus cujus grátiâ. *infrà.*

DIE XXVII.

In Festo SS. Martyrum
VITALIS
& AGRICOLÆ.
Simplex.

Ut in Communi plurium Martyrum.

Oratio.

DEus, cujus grátiâ sancti Mártyres Vitális & Agrícola mundi nec blandítiis nec terróribus devicti sunt : da nobis ut te solùm diligentes, prósperá mundi simul & adversa despiciámus; Per.

DIE XXVIII.

AD VESP. *fit commem. sancti Saturnini, Episc. & Mart. Ant.* Ecce. ℣. In. vij. *Orat.* Deus, qui per. *infrà.*

DIE XXIX.

In Vigilia
SANCTI ANDREÆ.
Simplex.

Officium de Feria.

Preces flexis genibus.

Oratio.

DA nobis, quæsumus, omnípotens & miséricors Deus, ut qui beáti Andreæ Apóstoli festum solémnibus jejúniis prævenímus, illíus apud te adjuvémur méritis, & exemplis instruámur; Per.

Pro commem. sancti Saturnini, Antiph. Bonum. ℣. Adjútor viij.

Oratio.

DEus, qui per beátum Saturnínum Mártyrem tuum atque Pontíficem, infidéles pópulos de ténebris ad lucem veritátis veníre tribuisti; da nobis ejus intercessióne, in fide stábiles, & à spe evangélii quod prædicávit, immóbiles permanére; Per.

Suffragia de Cruce, &c.

AD HORAS, *Preces flexis genibus.*

DIE XXX.

In Festo
S. ANDREÆ, APOST.
Duplex-minus.

Omnia de Communi Apo-

stolorum, exceptis quæ sequuntur.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Invénit Andréas fratrem suum Simónem, & dicit ei: Invénimus Messíam, & adduxit eum ad Jesum.

Oratio ut supra.

Ad Bened. *Ant.* 3. a. Erant Petrus & Andréas piscatóres, & ait illis Jesus: Veníte post me, & fáciam vos fieri piscatóres hominum. At illi contínuò, relíctis rétibus, secúti sunt eum. *Oratio.*

MAjestátem tuam, Dómine, suppliciter exorámus, ut sicut Ecclésiæ tuæ beátus Andréas Apóstolus éxtitit prædicátor & rector, ita apud te sit pro nobis perpétuus intercessor, Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 4. *D.* Omnia detrimentum feci, ut Christum lucrifáciam, ad cognoscendum illum, & virtútem resurrectiónis ejus, & societátem passiónum illíus configurátus morti ejus. *Oratio, ut suprà ad Laudes.*

Fit commemoratio sancti Eligii, Episc. Ant. Elégit ipsum. ℣. Beátus quem xv. *Orat.* Deus, fidélium. xvij.

FESTA DECEMBRIS.

DIE I. DECEMBRIS.

In Festo

S. ELIGII, EPISCOPI.

Semiduplex.

Oratio, Deus fidélium. xvij.

AD VESP. *fit commem. S. Francisci Xaverii, Ant.* Notum. ℣. Oculi. xxx. *Oratio*, Deus qui ad. *infrà.*

DIE II.

SANCTI FRANCISCI XAVERII. *Commemor.*

In Laud. Ant. Fidúciam habémus per Christum ad Deum; qui & idóneos nos fecit ministros novi testamenti, non litterâ, sed spíritu.

℣. Emitte lucem tuam & veritátem tuam, Dñe. ℟. Ipsa me deduxérunt & adduxérunt in tabernácula tua.

Oratio.

DEus, qui ad fídei propagatiónem beátum Franciscum Xavérium verendo sacerdótii ministério decorasti: præsta ut, per quem pópulus tuus Evangélii verbum & Domínici córporis sacramentum suscépit, ejus patrocínio dignos utriúsque fructus percípiat; Per Dóminum.

VESP. *de Psalterio, à Capitulo de Sabbato ante Dominic. primam Adventûs, ut habetur Parte Hyemali.*

COMMUNE

COMMUNE SANCTORUM.

PARS ÆSTIVALIS.

COMMUNE APOSTOLORUM.

[*In hoc Communi, & in cæteris, ad I. Vesperas semper dicuntur Psalmi de Feria.*]

In Annualibus & Solemnibus majoribus ad Horas diei, Psalmi dicuntur de Dominica [cum Cantico de Festo ad Laudes:] & sic in alio quovis Communi.

In Solemnibus minoribus & infra, Psalmi in Horis diurnis semper sunt de Feria [cum Cantico de Festis è Psalterio ad Laudes,] nisi proprium assignetur.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. D. VOcávit Jesus discípulos suos, & elégit duódecim ex ipsis, quos & Apóstolos nominávit.

Ant. 3. a. Vocávit ad se quos vóluit; & dedit illis potestátem curandi infirmitátes, & ejiciendi dæmónia.

Ant. 4. E. Hos misit Jesus, præcípiens eis: Ite ad oves quæ periérunt domûs Israel.

Ant. 5. C. Euntes prædicáte, dicentes: Quia appropinquávit regnum cœlórum.

Ant. 7. d. Egressi autem, circuíbant per castella, evangelizantes, & curantes ubíque.

Capitulum. Hebr. 2.

CUm inítium accepísset salus enarrári per Dóminum, ab eis qui audiérunt, in nos confirmáta est, contestante Deo signis & portentis, & váriis virtútibus, & Spíritûs sancti distributiónibus secundùm suam voluntátem.

℟. Ecce dedi vobis potestátem super omnem virtútem inimíci: * Verúmtamen in hoc nolíte gaudére: † Gaudéte quòd no-

mina vestra scripta sunt in cœlis. ℣. Dabo vos in nomen, & in laudem ómnibus pópulis: * Verúmtamen. Glória. † Gaudéte.

Hymnus.

LÆtáre, cœlum; pláusibus.
Tellus resúltet æmulis:
Apostolórum glóriam
Solemnis instaurat dies.

Vos, ceu tubis sonántibus;
Christum per orbem spárgitis:
Vos illa sacris vátibus
Prædicta mundi lúmina.

Qui, dante Christo, pánditis,
Qui cláuditis cœli fores,
Nos críminum tenácibus
Vinclis ligátos sólvite.

Potente qui nutu graves
Morbos fugátis córporum;
Desiderátam póscite
Ægris medélam móribus;

Sublímis ut cùm vénerit,
Vobis simul sedéntibus,
Ad déxterum Judex latus
Nos inter agnos cóllocet.

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Dóminus dabit verbum evangelizántibus. ℟. Virtúte multâ.

Ad Magníf. *Ant.* 1. f. Prædicábant ut pœniténtiam ágerent: & dæmónia multa ejiciébant; & ungébant óleo multos ægros, & sanábant.

Oratio, ut in Proprio.

[*In Solemnibus majoribus & supra, ad Cómpletorium (in quo semper dicuntur Pss. Feriales.*)

Ant. 1. a. Vos estis lux mundi: lúceat lux vestra coram homínibus.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 3. E. Vox speculatórum Sion: parávit Dóminus bráchium sanctum suum in óculis ómnium géntium.]

AD LAUDES.

Ant. 8. *G.* JEsus locútus est úndecim discípulis, dicens: Data est mihi omnis potéstas in cœlo & in terra; euntes ergo, docéte omnes gentes.

Ant. 6. F. Prædicáte Evangélium omni creatúræ, baptizantes eos, docentes servare ómnia quæcumque mandávi vobis.

Ant. 2. D. Quorum remiséritis peccáta, remittuntur eis; & quorum retinuéritis, retenta sunt.

Ant. 4. *D.* Accipiétis virtútem supervenientis Spíritûs sancti in vos; & éritis mihi testes us-

quæ ad últimum terræ.

Ant. 1. a. Ecce ego vobiscum sum ómnibus diébus usque ad consummatiónem séculi.

Capitulum. Ephes. 4.

CHristus dedit quosdam quidem Apóstolos, quosdam autem Prophétas, álios verò Evangelistas, álios autem Pastóres, & Doctóres, ad consummatiónem sanctórum in opus ministérii, in ædificatiónem córporis Christi.

Hymnus.

CŒlestis aulæ Príncipes,
Sacri duces exércitûs,
Bissena mundi lúmina,
Olìm futúri júdices.

Mersis gravi calígine,
Per vos dies renáscitur:
Quos vanus error lúserat,
Illustrat alma véritas.

Non vi, nec armis mílitum,
Fandi nec ullis ártibus;
Verbo sed irrísæ Crucis,
Christo rebelles súbditis.

Quibus gemébat súbditus,
Rumpuntur orbis víncula:
Jam gaudet, excusso jugo,
Liber Dei sub légibus.

Vulgáta terris ómnibus
Per vos Dei mystéria:
Sic vestra terris ómnibus
Præclára facta pérsonant.

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Príncipes populórum congregáti sunt. ℟. Cum Deo Abraham.

Ad Benedict. *Ant.* 1. D. Vos qui secúti estis me, in regeneratióne cùm séderit Fílius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis & vos judicantes duódecim tribus Israel.

Oratio, ut in Proprio.

AD HORAS, Antiph. de Laudibus, quartâ prætermissâ; quod semper observatur, nisi aliter notetur.

AD PRIMAM.

Ant. 8. *G.* Jesus.

Cætera, ut in Psalterio.

Ad Absolutionem Capituli leguntur Canones qui pro singulis diebus habentur ad calcem.

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Prædicáte.

Capitulum. II. Cor. 2.

DEo grátias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, & odórem notítiæ suæ manifestat per nos in omni loco.

℟. *br.* In omnem terram * Exívit sonus eórum. In omnem. ℣. Et in fines orbis terræ * Verba eórum. * Exívit. Glória. In.

[*In Solemnibus minoribus & supra, ac per Octav. Annualium (excepto tempore à Septuag. ad Pascha)* ℟℟℟. *brevibus additur* * Allelúia, allelúia. *Isque ritus servatur in quolibet Communi.*]

℣. Non sunt loquélæ neque sermónes, ℟. Quorum non audiantur voces eórum.

Oratio, ut in Proprio.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Quórum.

Capitulum. II. Cor. 5.

POsuit in nobis Deus verbum reconciliatiónis. Pro Christo ergo legatióne fúngimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecrámus pro Christo, reconciliámini Deo.

℟. *br.* Dóminus excelsus * Subjécit pópulos nobis. Dóminus. ℣. Elégit nobis * hæreditátem suam: * Subjécit. Glória Patri. Dóminus.

℣. Nimìs honorificáti sunt amíci tui, Deus: ℟. Nimìs confortátus est principátus eórum.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Ecce.

Capitulum. II. Thess. 2.

STate, & tenéte traditiónes quas didicistis sive per sermónem, sive per epístolam nostram. Ipse autem Dóminus noster Jesus Christus, & Deus, & Pater noster, qui diléxit nos, & dedit consolatiónem ætérnam, & spem bonam in grátia, exhortétur corda vestra, & confirmet in ómni ópere & sermóne bono.

℟. *br.* Confitébimur tibi, Deus: * Invocábimus nomen tuum. Confitébimur. ℣. Narrábimus * mirabília tua: * Invocábimus. Glória. Confitébimur.

℣. In generatiónem & generatiónem. ℟. Annuntiábimus laudem tuam.

AD II. VESPERAS.

Ant. 6. F. INjecérunt manus in Apóstolos, & posuérunt eos in custódia.

Ant. 2. D. Cæsis denuntiavérunt ne omnínò loquerentur in nómine Jesu.

Ant. 4. E. Ibant gaudentes à conspectu concílii, quóniam digni hábiti sunt pro nómine Jesu contuméliam pati.

Ant. 1. g. Loquebantur verbum Dei cum fidúcia; & virtúte magnâ reddébant testimónium resurrectiónis Jesu Christi.

Ant. 3. a. Tradidérunt ánimas suas pro nómine Dómini nostri Jesu Christi.

Capitulum. I. Cor. 4.

DEus nos Apóstolos novíssimos ostendit, tanquam morti destinátos, quia spectáculum facti sumus mundo, & ángelis, & homínibus.

Hymnus.

QUem misit in terras Deus,
Ut morte nos servet suâ,
Amóris hîc fidos sui
Vos éligit vicários.

Occísus Agnus à lupis,
Vos misit ágnos ad lupos:
Mores ferínos éxuunt,
Agni repentè de lupis.

Quæ victimárum cædibus
Tellus madébat ímpiis,
Vestris eam sudóribus,
Vestro piastis sánguine.

Hoc rore facta pínguior,
Quot illa fructus prótulit!
Quæ, quanta surrexit seges!
Et ista nos seges sumus.

Quam si bonus respéxeris,
Qui das rigátis créscere;
Frumenta nos cœléstibus
Matúra condes hórreis.

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Pro pátribus tuis nati sunt tibi fílii: ℟. Constítues eos príncipes super omnem terram.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. In fundamentis civitátis sanctæ Jerúsalem nómina duódecim Apostolórum Agni: & lucerna ejus est Agnus.

Oratio, ut in Proprio.

COMMUNE UNIUS MARTYRIS.

[*Tempore Paschali, in fine Ant. additur* Allelúia. *In Resp.* allelúia, allelúia. *In* ℟℟. *br.* * Alleluia, allelúia. *& sic in aliis Communibus.*

IN I. VESPERIS

Ant. 8. G. FOrtitúdo símplicis via Dómini: justus in ætemum non commovébitur.

Ant. 4. E. Qui timet Dóminum, nihil trepidábit, & non pavébit: quóniam ipse est spes ejus.

Ant. 3. a. Qui audit sapiéntiam, permanébit confídens; quóniam in tentatióne ámbulat cum eo, & in primis élegit eum.

Ant. 6. C. Timórem, & metum, & probatiónem indúcet super illum, donec credat ánimæ

illíus; & firmábit illum.

Ant. 1. D. In tentatióne Deus illum conservábit, & liberábit à malis; & non illidétur quasi in procella navis.

Capitulum. Josue. 1.

ECce præcípio tibi: Confortáre; & esto robustus. Noli metúere, & noli timére; quóniam tecum est Dóminus Deus tuus.

In Duplicibus, & supra, extra tempus Paschale;

℟. Cepérunt me inimíci mei gratìs; dixi: Périi; vocem meam, Dómine, audísti: * Dixísti, ne tímeas: † Judicasti causam ánimæ meæ, redemptor vitæ meæ. ℣. Ego non solùm alligári, sed & mori parátus sum propter nomen Dómini Jesu: * Dixísti. Glória. † Judicasti.

Tempore Paschali.

℟. Labóra sicut bonus miles Christi Jesu; * Nam & qui certat in agóne, † Non coronátur nisi legítimè certáverit, allelúia, allelúia. ℣. Esto vir fortis, & præliáre bella Dómini; * Nam. Glória. † Non.

Hymnus.

EX quo, salus mortálium,
Fluxit sacer Dei cruor,
Homo redemptus æmulum
Deo litávit sánguinem.

Non jam crucis Christi pudet:
Quin surgit ingens glória
Deum fatéri mórtuum,
Pro mórtuo mori Deo.

Hoc iste plenus spíritu
Ridet minas, ridet neces;
Tuâque fretus déxterâ,
Tibi, Redemptor, mílitat.

Paráta spectans præmia,
Secúrus ad pœnas volat:
Sic pugnat, ut speret mori,
Et morte mortem víncere.

Unus tot armátas manus
Stupente lassat júdice:
Et tortus ipsis qui cadit
Torquéntibus fit fórtior.

Da, Christe, tanti mílitis
Æquáre facta fórtia:
Da sustinére pro tuo,
Quodcumque durum, nómine.

¶ Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Tempore Paschali, loco præcedentis stroph. dicitur:

Da, Christe, nos tecum mori,
Tecum simul da súrgere,
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléstia.

Sit laus Patri, laus Filio,

Qui nos triumphátâ nece,
Ad astra secum dux vocat:
Compar tibi laus, Spíritus. Amen.

Et sic dicitur in cæteris Communibus in fine Hymnorum hujus metri usque ad Ascensionem, nisi propriam Doxologiam habeant.

℣. In Deo sperávi, ℟. Non timébo quid fáciat mihi caro.

Ad Magnífic. *Ant.* 8. G. Ecce Deus salvátor meus, fiduciáliter agam, & non timébo, quia fortitúdo mea & laus mea Dóminus, & factus est mihi in salútem.

Oratio, ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

[*In Solemnibus majoribus, & supra, ad Complet.*

Ant. 3. *d.* Qui séquitur me, non ámbulat in tenebris; sed habébit lumen vitæ, dicit Dóminus.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 6. C. Ego ad Dóminum aspíciam: expectábo Deum salvatórem meum.]

AD LAUDES.

Ant. 3. à. Dominus mecum est, quasi bellátor fortis: idcircò qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt.

Ant. 1. f. Circumdedérunt me úndique, & non erat qui adjuváret: morátus sum misericórdiæ tuæ, Dómine, quóniam eruis sustinentes te.

Ant. 2. D. Bonus Dóminus, & confortans in die tribulatiónis, & sciens sperantes in se.

Ant. 4. A. Cantáte Dómino, laudáte Dóminum; quia liberávit ánimam páuperis de manu malórum.

Ant. 7. d. Eripuisti me de témpore iníquo; proptéreà confitébor, & laudem dicam tibi, & benedícam nómini Dómini.

Capitulum. Apoc. 3.

Qui vícerit, vestiétur vestimentis albis; & non delébo nomen ejus de libro vitæ: & confitébor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.

Hymnus.

Jam non te lácerant carníficum manus,
Inter qui récubas cœlítuum choros:
Nunc pro cárcere cæco
Fulgentes hábitas domos.
Non jam vincla manus, non cóhibent pedes;
Tu liber súperûm regna perámbulas;
Quot plagis laniátus,
Cœlo tot rádiis nites.
Nec te dira fames, nec sitis ámpliùs,

Nec probrósa premit te
modò núditas:
Nunc te lúmine puro
Pascit Christus & índuit.
Sic tu Martyribus dexter
ades, Deus,
Ut quos mors périmit,
glória víndicet;
Confundisque tyrannum,
Dùm quos déprimit,
élevas.
Semper máxima laus ingénito
Patri:
Semper laus génito máxima
Fílio:
Sacri nexus amóris,
Sit laus par tibi, Spíritus.
Amen.

℣. Adjútor meus, tibi psallam; ℟. Quia Deus susceptor meus es.

Ad Benedict. *Ant.* 1. D. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi: in reliquo repósita est mihi coróna justítiæ. *Oratio.*

ADesto, Dómine; supplicatiónibus nostris, ut qui beáti Mártyris tui *N.* natalítiis gloriámur, nec minis injustè persequéntium, nec ullis perturbémur adversis; Per.

Alia Oratio.

DA nobis, quæsumus, Dómine, intercedente beáto *N.* Mártyre tuo, in tua fide & sinceritáte constántiam; ut in caritáte divína firmári, nullis tentatiónibus ab ejus integritáte divellámur, Per.

Si sit Pontifex, Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui in ómnium Sanctórum tuórum es virtúte mirábilis: da nobis in festivitáte beáti *N.* cum gratiárum actióne lætári, qui Filii tui Martyr & Póntifex, quod ministério gessit, testimónio comprobávit; & quod prædicávit ore, confirmávit exemplo; Per eumdem.

Alia Oratio.

DEus, cujus grátia beátum *N.* Pontíficem tuum, in Sacerdótium elégit, doctrína ad prædicandum erúdiit, poténtia ad perseverandum confirmávit: da nobis ex ejus imitatióne pópulum christiánum & instrúere vivendi exemplo, & confirmáre patiendo; Per Dóminum.

Si sit Sacerdos tantùm.

Oratio.

DEus, à quo constántiam fides, & virtútem sumit infírmitas: quæsumus, ut beáti *N.* Sacerdótis & Mártyris tui exemplo & précibus, quidquid in persecutiónibus sævum est, quidquid in morte

terríbile, fácias nos, tui nóminis confessióne, superáre; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 3. à. Dóminus.

AD TERTIAM.

Ant. 1. f. Circumdedérunt me.

Capitulum. Isaïæ 41.

ERunt quasi non sint, & véluti consúmptio, hómines bellantes adversùm te; quia ego Dóminus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicensque tibi: Ne tímeas; ego adjúvi te.

℟. *br.* In Deo salutáre meum, * Et glória mea. In Deo. ℣. Deus auxílii mei, * & spes mea in Deo est. * Et. Glória Patri. In.

℣. Deus meus adjútor meus; & sperábo in eum: ℟. Protector meus, & cornu salútis meæ.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Bonus Dóminus.

Capitulum. II. Tim. 1.

PAtior sed non confundor: scio enim cui crédidi; & certus sum quia potens est depósitum meum servare in illum diem.

℟. *br.* Si consistant adversùm me castra, * Non timébit cor meum. Si consistant. ℣. Si exurgat adversùm me prælium, * in hoc ego sperábo: * Non. Glória. Si consistant.

℣. Dóminus mihi adjútor, ℟. Non timébo quid fáciat mihi homo.

AD NONAM.

Ant. 7. d. Eripuisti me.

Capitulum. Tob. 3.

POst tempestátem, tranquillum facis, Dómine; & post lacrymatiónem & fletum, exultatiónem infundis. Sit nomen tuum, Deus Israel, benedictum in sécula.

℟. *br.* Factus es, Dómine, * Susceptor meus. Factus es. ℣. Et refúgium meum * in die tribulatiónis, * Susceptor meus. Glória Patri. Factus es, Dómine.

℣. Tu, Dómine, adjuvisti me, ℟. Et consolátus es me.

AD II. VESPERAS.

Ant. 8. G. PRopter opus Christi, usque ad mortem accessit, tradens ánimam suam.

Ant. 3. a. Patienter sústinens, destinávit non admíttere illícita propter vitæ amórem.

Ant. 7. a. Divítias æstimans impropérium Christi, aspiciébat in remunerationem.

Ant. 5. C. Gloriosíssi-

mam mortem magìs quàm odíbilem vitam complectens, voluntáriè præíbat ad supplícium.

Ant. 1. D. Hoc modo vitâ decessit, universæ genti memóriam mortis suæ ad exemplum virtútis & fortitúdinis derelínquens.

Capitulum. Jac. 1.

BEátus vir qui suffert tentatiónem, quóniam, cùm probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, quam reprómisit Deus diligéntibus se.

Hymnus, Ex quo, salus. *ut in I. Vesperis.*

℣. Posuisti, Dómine, in cápite ejus corónam ℟. De lápide pretióso.

Ad Magníf. *Ant.* 4. *D.* Justum non derelíquit Deus, donec afferret illi poténtiam adversùs eos qui eum deprimébant; & dedit illi claritátem ætérnam.

Oratiô, ut suprà ad Laudes.

COMMUNE PLURIUM MARTYRUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. 2. D. VEnit hora ut omnis qui intérficit vos, arbitrétur obséquium se præstáre Deo.

Ant. 3. c. Injícient vobis manus suas, & persequentur trahentes ad reges & præsides propter nomen meum.

Ant. 4. *D.* Tradet autem frater fratrem in mortem; & insurgent fílii in parentes, & morte eos affícient.

Ant. 1. D. Eritis ódio ómnibus propter nomen meum; qui autem perseveráverit usque in finem, hic salvus erit.

Ant. 8. *G.* Dabo vobis os & sapiéntiam, cui non póterunt resístere & contradícere omnes adversárii vestri.

Capitulum. I. Petr. 4.

SI exprobrámini in nómine Christi, beáti éritis; quóniam quod est honóris, glóriæ & virtútis Dei, & qui est ejus Spíritus, super vos requiescit.

In Duplicibus, & supra, extra tempus Paschale.

℟. In nullo terreámini ab adversáriis; * Quia vobis donátum est pro Christo, non solùm ut in eum credátis, sed ut étiam pro illo patiámini. ℣. Confortámini, & non dissolvantur manus vestræ: erit enim merces óperi vestro: *Quia. Glória Patri. * Quia.

Tempore Paschali.

℟. Mundus gaudébit, vos autem contristabímini; sed trístitia vestra vertétur in gáudium: * Et gáudium vestrum nemo tollet à vobis, † Allelúia, allelúia. ℣. Ego consolábor vos, & consolabímini. Vidébitis, & gaudébit cor vestrum: * Et. Glória Patri. † Allelúia.

Hymnus.

CHristi Martyribus débita nos decet,
Virtútis mémores, prómere cántica;
Quos nec blandítiis, nec pótuit minis
Fallax víncere séculum.
Cœlestis Pátriæ mens ínhians bonis,
Mundi spernit opes fluxaque gáudia:
Vitæ quin étiam, præ Dómini lucro,
Jactúram fácilem putant.
Non vultus métuunt carníficum truces:
Fœtas supplíciis despíciunt manus:
Enses, flagra, rotas, ómnia pérpeti
Victrix edócuit fides.
O incredíbilem vim patiéntiæ!
Non, artus láceros qui crúciat dolor,
Extorquet gémitum, non querimóniam.
Agnis mítibus élicit.
Ergo nunc própior, Christe, tibi sedet
Palmis turba nitens usque virentibus,
Victorumque gerens præmia, nóbiles
Multo sánguine láureas.
Sit laus summa Patri, summáque Fílio:
Sit par, sancte, tibi glória, Spíritus,
Cujus præsídio prælia sústinent,
Contemptâ nece, Mártyres. Amen.

℣. Viríliter ágite, & confortetur cor vestrum, ℟. Omnes qui sperátis in Dómino.

Ad Magnífic. *Ant.* 8. G. Cùm vos óderint hómines, & exprobráverint propter Fílium hóminis, gaudéte & exultáte: ecce enim merces vestra multa est in cœlo.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

[*In Solemnibus majoribus, & supra, ad Completor. Ant.* 2. A. Complebuntur dies luctûs tui, Sion: non óccidet ultrà sol tuus: pópulus tuus omnes justi.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 3. E. Sérvient Deo servi ejus, & vidébunt fáciem ejus, & nomen

ejus in fróntibus eórum.]

AD LAUDES.

Ant. DAtum est béstiæ bellum fácere cum sanctis, & víncere eos.
8. G.

Ant. 7. *d.* Elegérunt magìs mori, & noluérunt infríngere legem Dei sanctam; & trucidáti sunt.

Ant. 1. f. Si coram homínibus tormenta passi sunt, spes illórum immortalitáte plena est.

Ant. 2. D. In paucis vexáti, in multis benè disponentur; quóniam Deus tentávit eos, & invénit illos dignos se.

Ant. 7. d. Tanquàm aurum in fornáce probávit illos, & quasi holocausti hóstiam accépit illos; & in témpore erit respectus illórum.

Capitulum. Jac. 1.

OMne gáudium existimáte, fratres mei, cùm in tentatiónes várias incidéritis: scientes quòd probátio fídei vestræ patiéntiam operátur; patiéntia autem opus perfectum habet.

Hymnus.

QUam, Christe, signásti viam
Primus, profúso sánguine,
Per hanc tui te fórtiter
Ducem sequuntur mílites.

Fossus manus, fossus pedes,
Ovans ad astra tránsvolas;
Et membra trunci Mártyres
Addunt triumpho se tuo.

Omnes in ostro splendidi
Tuum Tribúnal ámbiunt:
Accepta monstrant vúlnera,
Et per tot ora súpplicant.

Audíre si nos réspuis,
Quos críminum moles gravat;
Audi tuos, qui sánguinem
Fudére pro te, Mártyres.

Fac, si tyrannus déficit,
Ne blandiendo mólliùs
Frangat voluptas péctora,
Ipsis tyrannis sævior.

Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utrique, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

℣. Multæ tribulatiónes justórum; ℟. Et de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Ad Benedictus. *Ant.* J. Beáti qui persecutiónem patiuntur propter justítiam; quóniam ipsorum est regnum cœlórum.

Oratio.

DEus invisíbilis fortitúdo certántium, adesto, quæsumus, nobis supplicántibus; ut qui hodiernâ

diernâ die sanctórum Mártyrum tuórum *N.* & *N.* gloriósum triumphum recólimus, eórum méritis & précibus contra spirituália nequítiæ muniámur; Per Dóminum.

Alia Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui in sanctórum tuórum córdibus flammam tuæ dilectiónis accendis: da méntibus nostris eamdem fídei caritatísque virtútem; ut Mártyrum tuorum *N.* & sociórum, quorum gaudémus victóriis, proficiámus exemplis; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Datum est béstiæ.

AD TERTIAM.

Ant. 7. *d.* Elegérunt.

Capitulum. Sap. 3.

JUstórum ánimæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt óculis insipiéntium mori: & æstimáta est afflíctio éxitus illórum; & quod à nobis est iter, extermínium: illi autem sunt in pace.

℟. *br.* Custódit Dóminus * Animas sanctórum suórum. Custódit. ℣. De manu peccatóris * liberábit * Animas. Glória Patri. Custódit.

℣. Dóminus loquetur pacem in plebem suam, ℟. Et super sanctos suos.

AD SEXTAM.

Ant. 1. f. Si coram hominibus.

Capitulum. II. Cor. 4.

QUod in præsenti est momentáneum & leve tribulatiónis nostræ, supra modum in sublimitáte ætern um glóriæ pondus operátur in nobis, non contemplántibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporália sunt; quæ autem non videntur, ætérna sunt.

℟. *br.* Probasti nos, Deus,.* Et eduxisti nos in refrigérium. Probasti. ℣. Igne nos examinasti * sicut examinátur argentum, * Et eduxisti. Glória Patri. Probasti.

℣. Lætáti sumus pro diébus quibus nos humiliasti, ℟. Annis quibus vídimus mala.

AD NONAM.

Ant. 7. d. Tanquàm aurum.

Capitulum. Isaïæ. 9.

LÆtabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victóres captâ prædâ, quandò dívidunt spólia.

℟. *br.* Qui séminant in

láctymis, * In exultatióne metent. Qui. ℣. Euntes ibant & flebant, * mittentes sémina sua; * In exultatióne. Glória. Qui.

℣. Veniéntes vénient cum exultatióne, ℟. Portantes manípulos suos.

AD II. VESPERAS.

Ant. 2. D. Vidi ánimas interfectórum propter verbum Dei, & propter testimónium quod habébant.

Ant. 4. *D.* Stabant ante thronum in conspectu Agni; & palmæ in mánibus eórum.

Ant. 8. G. Venérunt de tribulatióne magna, & lavérunt stolas suas, & dealbavérunt eas in sánguine Agni.

Ant. 1. *D.* Ante thronum Dei sunt, & sérviunt ei die ac nocte in templo ejus; & qui sedet in throno, habitábit super illos.

Ant. 3. a. Non esúrient, neque sítient ámpliùs; nec cadet super illos sol, neque ullus æstus.

Capitulum. Apoc. 21.

ABsterget Deus omnem láctymam ab óculis eórum, & mors ultrà non erit, neque luctus, neque clámor, neque dolor erit ultrà, quia prima abiérunt.

Hymnus, Christi Martyribus. *ut in j. Vesperis.*

℣. In ætetnum exultábunt, ℟. Et habitábis in eis.

Ad Magnífic. *Ant.* 8. *G.* Datæ sunt illis síngulæ stolæ albæ; & dictum est illis ut requiéscerent, donec compleantur consérvi eórum, qui interficiendi sunt sicut & illi.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

COMMUNE PONTIFICUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. 5. a. SUscitábo mihi sacerdótem fidélem, qui, juxta cor meum & ánimam meam, fáciet.

Ant. 8. *G.* Elégi eum ex ómnibus mihi in sacerdótem, ut ascénderet ad altáre meum, & adoléret mihi incensum.

Ant. 2. D. Ædificábo ei domum fidélem: & ambulábit coram Christo meo cunctis diébus.

Ant. 5. C. Erit ipsi pactum sacerdótii sempitérnum, quia zelátus est pro Deo suo, & expiávit scelus filiórum Israel.

Ant. 1. f. Quemcumque elégerit Dóminus, ipse erit sanctus.

Capitulum. Hebr. 5.

NEc quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátur à Deo, tanquàm Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificávit ut Póntifex fieret, sed qui locútus est ad eum: Fílius meus es tu, ego hódie génui te; quemádmodùm & in álio loco dicit: Tu es sacerdos in ætérnum secundùm órdinem Melchísedech.

In Duplicibus, & supra:

℞. Locútus es sanctis tuis, Dómine, & dixísti: Invéni servum meum, * Oleo sancto meo unxi eum: † Manus mea auxiliábitur ei. ℣. Huic Deus testimónium pérhibens, dixit: Invéni virum secundùm cor meum: * Oleo. Glória. † Manus.

Hymnus.

CHriste, Pastórum caput atque princeps,
Præsulis festam venerá-ta lucem,
Débitis supplex tua templa votis
Turba frequentat.

Ille non vano ténuit treméndam
Spíritu sedem, próprio nec ausu;
Sed sacrum jussus, Dómino vocante,
Sumpsit honórem.

Strénuum bello púgilem superni
Chrísmatis pleno tuus unxit intùs
Spíritus cornu, posuítque sanctam
Páscere gentem.

Fit gregis pastor, pater atque forma;
Lætus impendit sua, seque; servus
Omnium, curis gravis, omnibusque
Omnia factus.

Pro reis orat, réficit geméntes,
Erigit lapsos, tenebrásque pellit,
Fit potens verbo, docet alta, pravum
Cónterit hostem.

Fac ut illíus précibus juvémur,
Christe; fac Patrem, pariterque tecum
Spíritum jugi celebrémus hymno
Omne per ævum.
Amen.

℣. Beátus quem elegísti & assumpsísti: ℞. Inhabitábit in átriis tuis.

Ad Magnífic. *Ant.* 4. f. Elégit ipsum Dóminus ab omni vivente offerre sacrificium Deo, incensum & bonum odórem pro pópulo suo.

Oratio, ut infrà ad Laud.

[*In Solemnibus-majoribus & supra, ad Completorium :*

Ant. 3. *d.* Die noctuque fugiébat somnus ab óculis meis pro grégibus tuis, Dómine.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 7. G. Cùm vénerit Dóminus, & pulsáverit, beáti servi quos invénerit vigilantes.]

AD LAUDES.

Ant. 7. a. Qui intrat per óstium, pastor est óvium : huic ostiárius áperit ; & oves vocem ejus áudiunt.

Ant. 2. D. Próprias oves vocat nominátim, & edúcit eas, & ante eas vadit.

Ant. 7. d. Oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus ; aliénum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo.

Ant. 6. F. Si perdíderit unam ex illis, vadit ad illam donec invéniat eam ; &, cùm invénerit, impónit in húmeros suos gaudens.

Ant. 8. G. Fur venit ut perdat ; mercenárius videt lupum, & fugit : bonus pastor ánimam suam dat pro óvibus suis.

Capitulum. I. Petr. 5.

Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coactè, sed spontáneè secundùm Deum ; neque turpis lucri grátiâ, sed voluntáriè ; neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex ánimo.

Hymnus.

Jesu sacerdótum decus,
In hac die, quâ glóriâ
Sanctum corónas Præsulem,
Votis adesto súpplicum.

Sui probátus præmium
Amóris, & pignus tui,
A Patre tráditos tibi
Accépit agnos páscere.

Hos novit, & præit vocans
In tuta quemque páscua,
Victumque præbet : audiunt,
Sequuntur. & vivunt oves.

Quam sentit errantem jugis,
Hanc nocte quærit ac die ;
Et gaudet inventam suo
Portans ovíli reddere.

Arcet frementes béstias,
Lupi retundit ímpetus,
Dolosque fallit, vel mori
Caro parátus pro grege.

Offert frequentem víctimam
Cum plebe Pastor innocens,

Secumquedevótumgregem
Pius sacerdos ímmolat.
Supréme, Christe, Póntifex,
Jugis tibi sit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempiterna sǽcula.
Amen.

℣. Elégit Dóminus servum suum, ℟. Páscere hæreditátem suam.

Ad Bened. *Ant.* 1. D. Ego sum óstium: per me si quis introíerit salvábitur; & ingrediétur, & egrediétur, & páscua invéniet.

Oratio.

DEus, qui pópulis tuis indulgéntiâ cónsulis, & amóre domináris; quique illis regendis vicários caritátis tuæ præficis ministros: da, quæsumus, intercedente beáto *N.* Pontífice, Spíritum sapiéntiæ, quibus præesse dedisti Ecclésiæ tuæ; ut de profectu sanctárum óvium fiant gáudia ætérna pastórum; Per Dóminum...... in unitáte ejusdem.

Alia Oratio.

DEus, fidélium lumen & Pastor animarum qui beátum *N.* Epíscopum in Ecclésia posuisti, ut oves tuas verbo pásceret, & informáret exemplo: da nobis, ejus intercessióne, & fidem serváre quam verbo dócuit, & viam sequi quam exemplo monstrávit; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 7. a. Qui intrat per óstium.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Próprias oves.

Capitulum. Prov. 27.

DIligenter agnosce vultum pécoris tui, tuosque greges consídera; non enim habébis júgiter potestátem, sed coróna tribuétur in generatiónem & generatiónem.

℟. *br.* Deus protector meus, * In ipso sperávi. Deus. ℣. Qui subdit * pópulum meum sub me, * In ipso. Glória. Deus.

℣. Nisi Dóminus custódierit civitátem, ℟. Frustrà vígilat qui custódit eam.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Oves.

Capitulum. Jerem. 3.

INtrodúcam vos in Sion, & dabo vobis Pastóres juxta cor meum; & pascent vos sciéntiâ & doctrínâ.

℟. *br.* Deduxit eos * In viam rectam. Deduxit. ℣. Ut irent * in civitátem habitatiónis, * In viam. Glória Patri. Deduxit.

...zet
...MMUN...
...PE...
...ofe...
...bit eam ...
... C. Denudábit
...tia sua illi, & ...thesaurizábit super illum sciéntiam & intelléctum justítiæ.

Ant. 8. *G.* Firmábitur in illo, & non flectétur; & continébit illum, & non confundétur; & exaltábit illum apud próximos suos.

Ant. 1. 2. In médio ecclésiæ apériet os ejus, & adimplébit illum spíritu sapiéntiæ & intelléctûs.

Ant. 1. D. Stolâ glóriæ véstiet illum; & nómine ætérno hæreditábit illum.

Capitulum. Eccli. 51.

ANimam meam diréxi ad sapiéntiam, & in agnitióne invéni eam: possédi cum ipsa cor ab inítio; propter hoc non derelínquar.

In Duplicibus, & supra:

℟. Dóminus dat sapiéntiam sapiéntibus, & sciéntiam intelligéntibus disciplínam: * Ipse revélat profúnda & abscóndita; &

Ad Benedíctus. *Ant.* J. Sapiéntia & fortitúdo Dómini sunt: tibi, Deus, confíteor: teque laudo; quia sapiéntiam & fortitúdinem dedísti mihi.

Oratio.

OMnípotens ætérne Deus, qui Ecclésiæ ...s, sicut non cess... , ita non dési... : da fidéli... cessióne beá... ætérnæ sa...

Vox ... Christe, ... Doctóres, ... trémeat ... tribuísti,
Nobis ... sciénpetis! ... li, &
Hi semper ... uenquid adúlter...
Corrumpat fidei ... neum decus:
Lædi vel léviter non pátitur Fides,
His custódibus íntegra.
Infámes ábolent rellíquias deûm;
Errórcs ábigunt, crímina dédocent:
Christo restítuunt, quos malè crédulos
Mendax lúserat hæresis.
Patrum canítiem, tot venerábiles
Rugas objíciunt, undè nitet Fides:
Quæ sunt prisca docent: quæ nova, súbruunt;
Servant depósitum Dei.
Sit supréma tibi gló...
Véritas,
Quæ per scripta...

℣. Abstulit sicut oves pópulum suum, ℟. Et deduxit eos in spe.

AD NONAM.

Ant. 8. G. Fur venit.

Capitulum. Act. 20.

ATténdite vobis, & universo gregi, in quo vos Spíritus sanctus pósuit epíscopos régere Ecclésiam Dei; quam acquisívit sánguine suo.

℟. *br.* Pavit eos * In innocéntia cordis sui. Pavit eos. ℣. Et in intelléctibus mánuum suárum * deduxit eos, * In innocéntia. Glória. Pavit.

℣. Nos pópulus tuus & oves páscuæ tuæ, ℟. Confitébimur tibi in sæculum.

AD II. VESPERAS.

Ant. 3. a. ECclésiæ factus sum ego minister secundùm dispensatiónem Dei, quæ data est mihi in vos, ut ímpleam verbum Dei.

Ant. 4. E. Scitis quómodò nihil subtráxerim utílium, quóminùs annuntiárem vobis, & docérem vos públicè, & per domos.

Ant. 1. D. Mundus sum à sánguine ómnium; non enim subterfúgi quóminùs annuntiárem omne consílium Dei vobis.

Ant. 8. G. Nihil véreor, nec fácio ánimam meam pretiosiórem quàm me, dúmmodò consúmmem cursum meum, & ministérium verbi quod accépi à Dómino Jesu.

Ant. 7. c. Absit à me hoc peccátum in Dóminum, ut cessem oráre pro vobis; & docébo vos viam bonam & rectam.

Capitulum. Act. 20.

NOcte & die non cessávi, cum lácrymis monens unumquemque vestrûm: & nunc comméndo vos Deo, & verbo grátiæ ipsíus qui potens est ædificáre, & dare hæreditátem in sanctificátis ómnibus.

Hymnus, Christe, Pastorum, *ut in j. Vesperis.*

℣. Salvum fecit Dóminus Christum suum: ℟. Exáudiet illum de cœlo sancto suo.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Sacerdótes tui induantur salútem: Dómine Deus, ne avérteris fáciem Christi tui: memento misericordiárum servi tui.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

COMMUNE DOCTORUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. A Deo profecta est 4. E. sapiéntia: & in ore fideli abundábit; & dominátor dabit eam illi.

Ant. 5. C. Denudábit absconsa sua illi, & thesaurizábit super illum sciéntiam & intelléctum justítiæ.

Ant. 8. *G.* Firmábitur in illo, & non flectétur; & continébit illum, & non confundétur; & exaltábit illum apud próximos suos.

Ant. 1. a. In médio ecclésiæ apériet os ejus, & adimplébit illum spíritu sapiéntiæ & intelléctûs.

Ant. 1. D. Stolâ glóriæ véstiet illum; & nómine ætérno hæreditábit illum.

Capitulum. Eccli. 51.

ANimam meam direxi ad sapiéntiam, & in agnitióne invéni eam: possédi cum ipsa cor ab inítio; propter hoc non derelinquar.

In Duplicibus, & supra:

℟. Dóminus dat sapiéntiam sapiéntibus, & sciéntiam intelligéntibus disciplinam: * Ipse revélat profunda & abscóndita; & † Lux cum eo est. ℣. Spíritus ómnia scrutátur, étiam profunda Dei: * Ipse. Glória. † Lux.

Hymnus.

O Qui perpétuus nos mónitor doces,
Vox ætérna Patris,
Christe, vicários
Doctóres, pátrias cùm rémeas domos,
Nobis quàm benè súppetis!
Hi semper vígilant, ne quid adúlterum
Corrumpat fidei virgíneum decus:
Lædi vel léviter non pátitur Fides,
His custódibus íntegra.
Infámes ábolent rellíquias deûm;
Erróres ábigunt, crímina dédocent:
Christo restítuunt, quos malè crédulos
Mendax lúferat hæresis.
Patrum canítiem, tot venerábiles
Rugas objíciunt, undè nitet Fides:
Quæ sunt prisca docent: quæ nova, súbruunt;
Servant depósitum Dei.
Sit supréma tibi glória, Véritas,
Quæ per scripta Patrum

quandò forìs sonas,
Nullo vocis egens, corda doces, sono,
Et te mentibus ínseris. Amen.

℣. Beátus homo quem tu erudíeris, Dómine, ℟. Et de lege tua docúeris eum.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Beátus qui excógitat vias sapiéntiæ in corde suo, vadens post illam quasi investigátor: protegétur sub tégmine illíus à fervóre, & in glória ejus requiescet.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

[*In Solemnibus majoribus, & supra, ad Completorium: Ant.* 3. *d.* Dedit illi Dóminus in præceptis suis potestátem docére Jacob testimónia, & in lege sua lucem dare Israel.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 6. C. Qui vigiláverit propter sapiéntiam, citò secúrus erit; quóniam dignos se ipsâ círcuit quærens, & in viis ostendit se illis hiláriter.]

AD LAUDES.

Ant. 1. D. DOminus dedit mihi linguam erudítam, ut sciam sustentáre eum qui lassus est, verbo.

Ant. 6. F. Sermo meus non in persuasibílibus humánæ sapiéntiæ verbis; sed in ostensióne Spíritûs, & virtútis.

Ant. 3. c. Auxílio adjútus Dei sto, testíficans minóri atque majóri, nihil extra dícens quàm ea quæ Prophétæ locúti sunt.

Ant. 4. f. Non judicávi me scire áliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum.

Ant. 5. a. Si nóverim mystéria ómnia, & omnem sciéntiam, caritátem autem non habúero, nihil sum.

Capitulum. Sap. 7.

MIhi dedit Deus dícere ex senténtiâ, & præsumere digna horum quæ mihi dantur; quóniam ipse sapiéntiæ dux est, & sapiéntium emendátor: in manu enim illíus & nos, & sermónes nostri, & omnis sapiéntia, & óperum sciéntia & disciplína.

Hymnus.

VOs succensa Deo spléndida lúmina:
Vos sal, nos hómines quo sápimus Deum;
Ævum puri ánimo, móribus íntegri,
Quo condímur in áltērum.
Per vos Rellígio, tutaque Véritas,

Per vos virgíneis fulget honóribus :
Per vos Christus amat pándere dívites
Thesauros sapiéntiæ.
Vestris unda fluit pura canálibus ;
Christi floret ager ; munda nitet seges :
Lac aptum púeris, & sólidum viris
Cauti sufficitis cibum.
Hi sunt, summe Deus qui tibi mílitant ;
Hi sunt, qui stábiles ædíficant domos :
Unâ docta cohors arma tenet manu,
Muros cónstruit álterâ.
Vicistis stygias vos quibus hæreses,
Hæc nos accípimus tela supérstites :
His pugnámus adhuc, nec dúbio éxitu ;
His armis quoque víncimus.
Sit supréma tibi glória, Véritas,
Quæ per scripta Patrum quandò foris sonas,
Nullo vocis egens, corda doces, sono,
Et te méntibus ínseris.
Amen.

℣. Annuntiávi justítiam tuam in ecclésia magna ; ℟. Ecce lábia mea non prohibébo : Dómine, tu scisti.

Ad Benedictus. *Ant.* 3. Sapiéntia & fortitúdo Dómini sunt : tibi, Deus, confíteor : teque laudo ; quia sapiéntiam & fortitúdinem dedisti mihi.

Oratio.

OMnípotens ætérne Deus, qui Ecclésiæ tuæ fílios, sicut non cessas erudíre, ita non désinis adjuváre : da fidélibus tuis intercessióne beáti *N.* quem eis ætérnæ salútis minístrum tribuisti, ut, te miserante, sciéntiam recta faciendi, & virtútem cápiant exequendi ; Per.

Alia Oratio.

EXcita, Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, quo beátus *N.* servívit ; ut eódem nos repleti, studeámus amáre quod amávit, & ópere exercére quod dócuit ; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 2. D. Dóminus.

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Sermo meus.

Capitulum. I. Cor. 12.

UNicuíque datur manifestátio Spíritûs ad utilitátem : álii quidem per Spíritum datur sermo sapiéntiæ : álii autem sermo sciéntiæ secundùm eumdem Spíritum.

℟. *br.* Da mihi intelléctum, * Et scrutábor legem tuam. Da mihi. ℣. Státue servo tuo * elóquium tuum, Dómine, * Et. Glória. Da.

℣. Os meum loquétur sapiéntiam; ℟. Et meditátio cordis mei prudéntiam.

AD SEXTAM.

Ant. 3. c. Auxílio.

Capitulum. I. Tim. 6.

SI quis áliter docet, & non acquiéscit sanis sermónibus Dómini nostri Jesu Christi, & ei quæ secundùm pietátem est, doctrínæ, supérbus est, nihil sciens.

℟. *br.* Viam veritátis elégi, * Judícia tua non sum oblítus. Viam. ℣. Adhæsi * testimóniis tuis, Dómine, * Judícia. Glória Patri. Viam.

℣. A judíciis tuis non declinávi; ℟. Quia tu legem posuísti mihi.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Si nóverim.

Capitulum. I. Tim. 1.

FInis præcepti est cáritas de corde puro, & consciéntiâ bonâ, & fide non fictâ: à quibus quidam aberrantes, convérsi sunt in vanilóquium, volentes esse legis doctóres, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

℟. *br.* Veritátem tuam * Et salutáre tuum dixi. Veritátem. ℣. Non abscondi misericórdiam tuam, * & veritátem tuam; * Et salutáre. Glória. Veritatem.

℣. Pronuntiávi ómnia judícia oris tui: ℟. In via testimoniórum tuórum delectátus sum.

AD II. VESPERAS.

Ant. 1. f. FUit gratus Deo, erudítus omni sapiéntiâ; & erat potens in verbis & in opéribus suis.

Ant. 5. C. Juxta manum Dei sui bonam super se, parávit cor suum, ut investigáret legem Dómini, & fáceret, & docéret.

Ant. 8. c. Postquàm se ampliùs dedit ad diligéntiam lectiónis legis & prophetárum, vóluit & ipse scríbere quæ ad doctrínam & sapiéntiam pértinent.

Ant. 3. a. Cùm esset sapientíssimus, dócuit pópulum: quæsívit verba utília, & conscripsit sermones rectíssimos, ac veritáte plenos.

Ant. 4. E. Sapiéntiam ejus enarrábunt gentes;

& laudem ejus enuntiábit Ecclésia.

Capitulum. Prov. 3.

BEátus homo qui invénit sapiéntiam, & qui áffluit prudéntiâ: mélior est acquisítio ejus negotiatióne argenti & auri primi; & puríssimi fructus ejus: pretiósior est cunctis ópibus; & ómnia quæ desiderantur, huic non valent comparári.

Hymnus, O qui perpétuus. *ut in j. Vesperis.*

℣. Beátus vir qui dispónet sermónes suos in judício: ℟. In ætérnum non commovébitur.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Qui docti fúerint, fulgébunt quasi splendor firmamenti; & qui ad justítiam erúdiunt multos, quasi stellæ in perpétuas æternitátes.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

COMMUNE SS. ABBATUM, Monachorum, Cœnobitarum, & Anachoretarum.

IN I. VESPERIS.

Ant. 2. D. QUid prodest hómini, si mundum univérsum lucrétur, ánimæ verò suæ detriméntum patiátur?

Ant. 8. c. Si vis perféctus esse, vade, vende quæ habes, & da paupéribus; & habébis thesaurum in cœlo.

Ant. 6. F. Nemo est qui relíquerit domum, aut agros propter me, qui non accípiat céntiès tantum in témpore hoc, & in século futúro vitam ætérnam.

Ant. 3. b. Salva ánimam tuam: noli respícere post tergum; salvum te fac, ne péreas.

Ant. 7. c. Séquere me, & dimítte mórtuos sepelíre mórtuos suos.

Capitulum. II. Cor. 6.

EXíte de médio eórum, & separámini, dicit Dóminus, & immúndum ne tetigéritis: & ego recípiam vos; & ero vobis in Patrem, & vos éritis mihi in fílios.

In Duplicibus, & supra:

℟. Suscéptor meus es tu, Dómine, & in verbum tuum supersperávi; * Declináte à me, malígni, & † Scrutábor mandáta Dei mei. ℣. Magister, sequar te quocumque íeris. * Declináte à me.

Glória Patri. † Scrutábor.

Hymnus.

FElíces némorum pángimus íncolas,
Certo consílio quos Deus ábdidit,
Ne contágio secli
Mores læderet íntegros.
Ut te possídeant, quem sítiunt Deum,
Urbes, regna, suos, se quoque déserunt:
Totus víluit orbis,
Dùm cœléstia cógitant.
Nudi, prompti, álacres, líberi ab ómnibus,
Ad luctam púgiles ócius ádvolant;
Ut vastum mare tranent,
Prudentes onus éxuunt.
Æternas ut opes, certaque gáudia
Secúri rápiant, ómnia lúdicra
Sano péctore temnunt,
Confísi melióribus.
Illis summa fuit glória, déspici;
Illis divítiæ, paupériem pati;
Illis summa volúptas,
Longo supplício mori.
Fac nos, summe Deus, quæ pátimur mala,
In pœnam scélerum ferre libéntiùs;
Et, tellúre relictâ,
Immortália quærere.
Æternus sit honos ingénito Patri;
Sit par unígenæ glória Fílio:
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus. Amen.

Si sit Abbas, ℣. Potens in terra erit semen ejus: ℟. Generátio rectórum benedicétur.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Egrédere de cognatióne tuâ, & de domo patris tui; & veni in terram quam monstrábo tibi: faciamque te in gentem magnam, & benedícam tibi.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Si non sit Abbas, ℣. In umbra alárum tuárum sperábo, ℟. Donec tránseat iníquitas.

Ad Magníf. *Ant.* 4. *D.* Reliquisti parentes tuos: plenam mercedem recípias à Dómino Deo, ad quem venisti, & sub cujus confugisti alas.

Oratio, ut infrà ad Laud.

[*In Solemnibus majoribus, & supra, ad Completorium*: *Ant.* 4. c. Qui hábitant in deserto, secúri dórmient in sáltibus: & ponam eos in circúitu collis mei benedictiónem.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 2. A. Habitábit in solitúdine judícium; & erit

erit opus justítiæ pax, & cultus justítiæ siléntium, & secúritas usque in sempitérnum.

AD LAUDES.

Ant. 7. d. PErféctio tua, Dómine, & doctrína tua viro sancto tuo, qui dixit patri suo & matri suæ: Néscio vos; & frátribus suis: Ignóro vos.

Ant. 1. *g.* Non sedi in concílio ludéntium; solus sedébam; quóniam comminatióne replesti me.

Ant. 3. b. Exui me stolâ pacis, índui autem me sacco obsecratiónis; & venit mihi gáudium à Sancto.

Ant. 4. a. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Ant. 8. *G.* In voce laudis immolábo tibi: quæcumque vovi, reddam pro salúte Dómino.

Capitulum. Isaïæ. 51.

COnsolábitur Dóminus Sion, & consolábitur omnes ruínas ejus: & ponet desertum ejus quasi delícias, & solitúdinem ejus quasi hortum Dómini. Gáudium & lætítia inveniétur in ea, gratiárum áctio, & vox laudis.

Pro S. Abbate, Monacho, & Cœnobita.

Paris. Æstiv.

Hymnus.

O Pulcras ácies, castraque fórtia,
Quæ spes, una fides, unus amor regit!
Omnes lege sub una,
Uno sub duce mílitant.

Heu! quantis rápiunt astra labóribus!
Pulsant perpétuis quéstibus æthera,
Per jejúnia longa
Vires córporis átterunt.

Votis unánimes, vi quoque flétuum
Instant, & sócias ingéminant preces,
Et concórdibus animis
Vim cœlo simul ínferunt.

Hæc vis grata Deo; sic amat óptimus
Vinci per lácrymas, per gémitus, Pater:
Sic duris referátur
Cœlum conditiónibus.

Fervent quandò die cuncta tumúltibus,
Altùm turba silet; cétera dùm tacent,
Hi per cántica rumpunt
Noctis longa siléntia.

Exercet vígiles contínuus labor;
Incumbunt óperi non résides manus;
Tellus culta colónis
Victum suppéditat suis.

Quin regína suî mens quoque súbditur,

Glória Patri. † Scrutábor.

Hymnus.

FElíces némorum pángimus íncolas,
Certo consílio quos Deus ábdidit,
Ne contágio secli
Mores læderet íntegros.

Ut te possídeant, quem sítiunt Deum,
Urbes, regna, suos, se quoque déserunt:
Totus víluit orbis,
Dùm cœléstia cógitant.

Nudi, prompti, álacres, líberi ab ómnibus,
Ad luctam púgiles óciùs ádvolant;
Ut vastum mare tranent,
Prudentes onus éxuunt.

Æternas ut opes, certaque gáudia
Secúri rápiant, ómnia lúdicra
Sano péctore temnunt,
Confísi melióribus.

Illis summa fuit glória, déspici;
Illis divítiæ, paupériem pati;
Illis summa voluptas,
Longo supplício mori.

Fac nos, summe Deus, quæ pátimur mala,
In pœnam scélerum ferre libéntiùs;
Et, tellúre relíctâ,
Immortália quærere.

Æternus sit honos ingénito Patri;
Sit par unigenæ glória Fílio:
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus. Amen.

Si sit Abbas, ℣. Potens in terra erit semen ejus: ℟. Generátio rectórum benedicétur.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Egrédere de cognatióne tuâ, & de domo patris tui; & veni in terram quam monstrábo tibi: faciamque te in gentem magnam, & benedícam tibi.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Si non sit Abbas, ℣. In umbra alárum tuárum sperábo, ℟. Donec tránseat iníquitas.

Ad Magníf. *Ant.* 4. *D.* Reliquísti parentes tuos: plenam mercedem recípias à Dómino Deo, ad quem venísti, & sub cujus confugísti alas.

Oratio, ut infrà ad Laud.

[*In Solemnibus majoribus, & supra, ad Completorium* : *Ant.* 4. c. Qui hábitant in deserto, secúri dórmient in sáltibus: & ponam eos in circúitu collis mei benedictiónem.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 2. A. Habitábit in solitúdine judícium; & erit

erit opus justítiæ pax, & cultus justítiæ siléntium, & secúritas usque in sempitérnum.

AD LAUDES.

Ant. 7. d. PErféctio tua, Dómine, & doctrína tua viro sancto tuo, qui dixit patri suo & matri suæ: Néscio vos; & frátribus suis: Ignóro vos.

Ant. 1. g. Non sedi in concílio ludéntium; solus sedébam; quóniam comminatióne replesti me.

Ant. 3. b. Exui me stolâ pacis, índui autem me sacco obsecratiónis; & venit mihi gáudium à Sancto.

Ant. 4. a. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Ant. 8. *G.* In voce laudis immolábo tibi: quæcumque vovi, reddam pro salúte Dómino.

Capitulum. Isaïæ. 51.

COnsolábitur Dóminus Sion, & consolábitur omnes ruínas ejus: & ponet desertum ejus quasi delícias, & solitúdinem ejus quasi hortum Dómini. Gáudium & lætítia inveniétur in ea, gratiárum áctio, & vox laudis.

Pro S. Abbate, Monacho, & Cœnobita.

Parif. Æstiv.

Hymnus.

O Pulcras ácies, castraque fórtia,
Quæ spes, una fides, unus amor regit!
Omnes lege sub una,
Uno sub duce mílitant.
Heu! quantis rápiunt astra labóribus!
Pulsant perpétuis quéstibus æthera,
Per jejúnia longa
Vires córporis átterunt.
Votis unánimes, vi quoque flétuum
Instant, & sócias ingéminant preces,
Et concórdibus armis
Vim cœlo simul ínferunt.
Hæc vis grata Deo; sic amat óptimus
Vinci per lácrymas, per gémitus, Pater:
Sic duris referárur
Cœlum conditiónibus.
Fervent quandò die cuncta tumúltibus,
Altùm turba silet; cétera dùm tacent,
Hi per cántica rumpunt
Noctis longa siléntia.
Exercet vígiles contínuus labor;
Incumbunt óperi non résides manus;
Tellus culta colónis
Victum suppéditat suis.
Quin regína sui mens quoque súbditur,

Rectoriſque ſtudet nútibus óbſequi,
Nil ſervat ſibi juris,
Capto libérior jugo.
Æternus ſit honos ingénito Patri;
Sit par unígenæ glória Fílio:
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus. Amen.

Pro S. Anachoreta & Solitario.

Hymnus.

QUid tu, relictis úrbibus,
Mortálium conſórtia
Timens fugis? quid tu vides,
Soluſque tecum cógitas?
Mentis volátu líbero,
Percurris æternas domos;
Et quæ negas mortálibus,
Transfers Deo commércia.
Præſens choris cœléſtibus,
Sacro quiétus ótio,
Totus tuendo Númini,
Totus colendo tu vacas.
Quàm pura, qui te díligunt,
O Chriſte, libant gáudia!
Te propter antris ábditos
Sinu recondis in tuo.
Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória. Amen.

Si ſit Abbas. ℣. Veníte, fílii, audíte me: ℟. Timórem Dómini docébo vos.

Ad Benedict. Ant. 1. *D.* Ecce ego & púeri mei, quos dedit mihi Dóminus in ſignum & in portentum Iſrael à Dómino exercítuum qui hábitat in monte Sion.

Oratio.

DEus, cujus múnere beátus *N.* Abbas Chriſtum páuperem ſequi, & húmilem corde uſque in finem perſeverávit imitári: da cunctis ſémitam mandatórum tuórum ingreſſis, ut nec retrò aſpíciant, nec in via hæreant; ſed, ad te ſine offenſióne currentes, vitam ætérnam apprehendant; Per eumdem Dóminum.

Alia Oratio.

DA nobis, quæſumus, Deus noſter, beáti Abbátis *N.* intercessiónibus ſublevári: ut per quem ſervis tuis perfectiónis evangélicæ documenta donaſti, per eum nobis ſubsídia perpétuæ ſalútis impendas; Per.

Si non ſit Abbas, ℣. Clamávi ad te, Dómine, dixi: Tu es ſpes mea, ℟. Pórtio mea in terra vivéntium.

Ad Bened. *Ant.* 5. C. Pars mea Dóminus, dixit ánima mea. Bonus est Dóminus ánimæ quærenti illum. Bonum est præstolári cum siléntio salutáre Dei.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, terréna pro te calcántium merces magna nimìs: da nobis exemplo & intercessióne beáti *N.* cujus hódiè tránsitum celebrámus, temporália ómnia despícere, & ad ætérna, totâ mentis intentióne, festináre; Per.

Alia Oratio

QUæréntium te, Dómine, Salvátor & custos, qui beáto *N.* ne párticeps esset coinquinatiónis, renuntiáre século, & sub alas tuas confúgere tribuisti; ejus intercessióne, da pópulo tuo diabólica vitáre contágia, & te solum Dóminum purâ mente sectári; Qui vivis.

AD PRIMAM.

Ant. 7. d. Perféctio.

AD TERTIAM.

Ant. 1. *g.* Non sedi.

Capitulum. I. Joan. 2.

SI quis díligit mundum, non est cáritas Patris in eo; quóniam omne quod est in mundo, concupiscéntia carnis est, & concupiscéntia oculórum, & supérbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, & concupiscéntia ejus; qui autem facit voluntátem Dei, manet in ætérnum.

℟. *br.* Elongávi fúgiens: * Mansi in solitúdine. Elongávi. ℣. Quóniam vidi iniquitátem * & contradictiónem in civitáte, * Mansi. Glória Patri. Elongávi.

℣. Confíge timóre tuo carnes meas; ℟. A judíciis enim tuis tímui.

AD SEXTAM.

Ant. 3. b. Exui me.

Capitulum. Hebr. 12.

OMnis disciplína in præsenti quidem vidétur non esse gáudii, sed mœróris; posteà autem fructum pacatíssimum exercitátis per eam, reddet justítiæ.

℟. *br.* Propter verba labiórum tuórum * Ego custodívi vias duras. Propter. ℣. Pérfice gressus meos * in sémitis tuis: * Ego. Glória Patri. Propter.

℣. Induébar cilício: ℟. Humiliábam in jejúnio ánimam meam.

AD NONAM.

Ant. 8. *G.* In voce laudis.

Capitulum. Eccli. 51.

VIdéte óculis vestris quia módicùm laborávi, & invéni mihi multam réquiem. Assúmite disciplínam in multo número argenti, & copiósum aurum possidéte in ea. Lætétur ánima vestra in misericórdia ejus; & non confundémini in laude ipsíus.

℟. *br.* Séptiès in die * Laudem dixi tibi. Séptiès in die. ℣. Super judícia * justítiæ tuæ, * Laudem. Glória Patri. Séptiès.

℣. Cantábiles mihi erant justificatiónes tuæ, ℟. In loco peregrinatiónis meæ.

AD II. VESPERAS.

Ant. 2. D. SUmus húmiles in universa terra, Dómine: sed in ánimo contríto & spíritu humilitátis suscipiámur; quóniam non est confúsio confidéntibus in te.

Ant. 8. G. Non derelínquimur, semper mortificatiónem Jesu in córpore nostro circumferentes; ut & vita Jesu manifestétur in carne nostra mortáli.

Ant. 6. F. Quasi morientes, & ecce vívimus; quasi tristes, semper autem gaudentes; tanquàm nihil habentes, & ómnia possidentes.

Ant. 7. d. Omnes unánimes, compatientes, fraternitátis amatóres, misericordes, modesti, húmiles.

Ant. 4. *D.* Teneámus spei nostræ confessiónem indeclinábilem (fidelis enim est qui repromísit) & considerémus ínvicem in provocatiónem caritátis & bonórum óperum.

Capitulum. Deut. 7.

DOminus Deus ipse est fortis & fidélis, custódiens pactum & misericórdiam diligéntibus se, & his qui custódiunt præcepta ejus in mille generatiónes.

Hymnus, Felíces. xxiv.

Si sit Abbas, ℣. Justus ut palma florébit, ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Atténdite ad patrem vestrum, qui sequímini quod justum est, & quæritis Dóminum; quia unum vocávi eum, & benedixi ei, & multiplicávi eum.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Si non sit Abbas, ℣. Plantáti in domo Dómini, florébunt; ℟. Ut annúntient

quóniam rectus Dóminus.

Ad Magníf. *Ant.* 3. E. Scimus quóniam, si terrestris domus nostra dissolvátur, ædificatiónem ex Deo habémus ætemam in cœlis: nam & in hoc ingemíscimus, habitatiónem nostram quæ de cœlo est, superíndui cupientes.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

COMMUNE JUSTORUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. 7. a. DIcébat Jesus ad omnes: Si quis vult post me veníre, ábneget semetipsum, & tollat crucem suam quotídiè, & sequátur me.

Ant. 2. D. Dico vobis: Nisi abundáverit justítia vestra plusquàm Scribárum & Pharisæórum, non intrábitis in regnum cœlórum.

Ant. 6. *C.* Nisi conversi fuéritis, & efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum cœlórum.

Ant. 8. C. Non omnis qui dicit mihi: Dómine, Dómine, intrábit in regnum cœlórum, sed qui facit voluntátem Patris mei qui in cœlis est, ipse intrábit in regnum cœlórum.

Ant. 4. *D.* Conténdite intráre per angustam portam; quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non póterunt.

Capitulum. Eccli. 2.

QUi timétis Dóminum, crédite illi; & non evacuábitur merces vestra. Qui timétis Dóminum, speráte in illum; & in oblectatiónem véniet vobis misericórdia. Qui timétis Dóminum, dilígite illum; & illuminabuntur corda vestra.

In Duplicibus, & supra:

℟. Qui timent Dóminum, non erunt incredíbiles verbo illíus; &* Qui díligunt illum, conservábunt viam illíus. ℣. Plenitúdo legis est diléctio. * Qui. Glória Patri. * Qui.

Hymnus.

SUmmi pusillus grex Patris,
Timóre mentem sólvite;
Sui paternus vos amor
Vult esse regni cómpotes.
En regnat inter cœlites,
Qui vixit olìm século
Ignótus, exósus sibi,
Qui pauper, & sciens pati.
Angusta pœniténtiæ
Ingressus, & viam crucis,
Per dura Christum prælia,
Per damna non timet sequi.

Carnem terit jejúniis;
Linguam domat siléntio;
In páuperum, parcus sibi,
Abscondit & spargit sinu.
Sapóre verbi páscitur,
Totoque legem péctore
Scrutátus, orat pérvigil;
Mens celsa versátur polo.
Hâc surgit ad cœlum viâ:
Et nos eâdem da, Pater,
Da, Nate, da cum Spíritu,
Ad te veníre sémitâ.
Amen.

Si sit Sacerdos. ℣. Oculi mei ad fidéles terræ, ut sédeant mecum: ℟. Ambulans in via immaculáta, hic mihi ministrábat.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Notum fáciet Dóminus qui ad se pertíneant, & sanctos applicábit sibi; & quos elégerit, appropinquábunt ei.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Si non sit Sacerdos, ℣. Sperent in te qui novérunt nomen tuum; ℟. Quóniam non dereliquisti quærentes te, Dómine.

Ad Magníficat. *Ant.* J. Qui confídunt in Dómino, intélligent veritátem: & fidéles in dilectióne acquiescent illi; quóniam donum & pax est electis ejus.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

(*In Solemnibus majoribus, & supra, ad Completorium:*

Ant. 2. A. Vigiláte, & estóte paráti; quia quâ nescítis horâ Fílius hóminis ventúrus est.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 6. C. Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectántibus te.]

AD LAUDES.

Ant. 1. f. Ante Dóminum qui elégit me, vílior fiam plusquàm factus sum; & ero húmilis in óculis meis.

Ant. 8. c. Semper quasi tumentes super me fluctus tímui Deum, & pondus ejus ferre non pótui.

Ant. 4. d. A mandátis labiórum ejus non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris ejus.

Ant. 3. a. Ambulávit pes meus iter rectum; zelátus sum bonum, & non confundar.

Ant. 3. d. Donec súperest hálitus in me, non loquentur lábia mea iniquitátem, nec lingua mea meditábitur mendácium.

Capitulum. II. Cor. 1.

Glória nostra hæc est, testimónium consciéntiæ nostræ, quod in simplicitáte cordis & since-

ritáte Dei, & non in sapiéntia carnáli, sed in grátia Dei conversáti sumus in hoc mundo.

Hymnus.

QUi te, Deus, sub íntimo
Amans recépit péctore,
Non ille terras ámpliùs
Suspírat, oblítus suî.
Quid ergo gaudes nectere
Tristes moras amántibus?
Terris retardas éxules,
Cives polo quos déstinas.
Hinc fervet in dies amor;
In vota toti dífflunnt:
Ad astra festinántibus
Fit pœna vita lóngior.
Vix iste tardi córporis
Pondus molestum sústinet;
Præ mortis óccupat diem;
Ardens Deo se júngere.
Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque Spíritus:
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Si sit Sacerdos, ℣. Emitte lucem tuam & veritátem tuam, Dómine: ℟. Ipsa me deduxérunt & adduxérunt in tabernácula tua.

Ad Benedictus. *Ant.* J. Fidúciam habémus per Christum ad Deum; qui & idóneos nos fecit ministros novi testamenti, non litterâ, sed spíritu.

Oratio.

DOmine Deus omnípotens, qui fámulum tuum *N.* ut sacerdótio tibi fungerétur, à pópulo segregasti: ejus nos intercessióne à peccatóribus ségrega; ut secundùm vocatiónem nostram, gens sancta, & regále sacerdótium coram te efficiámur; Per.

Alia Oratio.

DEus, qui in Ecclésiæ tuæ decus & subsídium, beátum *N.* verendo sacerdótii ministério decorasti; præsta ut, per quem pópulus tuus Evangelii verbum, & Domínici córporis sacraméntum suscépit, ejus patrocínio dignos utriusque fructus percípiat; Per Dóminum.

Si non sit Sacerdos, ℣. Proba me, Deus, & vide si via iniquitátis in me est; ℟. Et deduc me in via æterna.

Ad Benedict. *Ant.* 1. D. Qui facit veritátem, venit ad lucem, ut manifesténtur ópera ejus; quia in Deo sunt facta.

Oratio.

FAc, quæsumus, Dómine Deus noster, in-

tercedente beáto *N.* pópulum tuum in tua dilectióne ambuláre; quia perpétua est & plena felícitas, si bonórum ómnium serviámus auctóri; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Ante Dóminum.

AD TERTIAM.

Ant. 8. c. Semper.

Capitulum. Philip. 2.

CUm metu & tremóre vestram salútem operámini; Deus est enim qui operátur in vobis & velle & perfícere pro bona voluntáte.

℟. *br.* Convertantur mihi * Timentes te, Dómine. Convertantur. ℣. Et qui novérunt * testimónia tua; * Timentes te, Dómine. Glória Patri. Convertantur.

℣. Párticeps ego sum ómnium timéntium te, ℟. Et custodiéntium mandáta tua.

AD SEXTAM.

Ant. 4. d. A mandátis.

Capitulum. Jac. 1.

QUi perspéxerit in legem perfectam libertátis, & permánserit in ea, non audítor obliviósus factus, sed factor óperis; hic beátus in facto suo erit.

℟. *br.* Lucerna pédibus meis * Verbum tuum. Dómine. Lucerna. ℣. Et lumen * sémitis meis; * Verbum. Glória. Lucerna.

℣. Servávi mandáta tua & testimónia tua; ℟. Quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

AD NONAM.

Ant. 3. *d.* Donec súperest.

Capitulum. Eccli. 15.

JUstítia longè abest à supérbia & dolo: viri mendáces non erunt illíus mémores; & viri veráces invenientur in illa, & succéssum habébunt usque ad inspectiónem Dei.

℟. *br.* Justítia tua, Dómine, * Justítia in ætérnum. Justítia. ℣. Et lex tua, * véritas. * Justítia in ætérnum. Glória Patri. Justítia tua.

℣. Ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque; ℟. Quia in judíciis tuis supersperávi.

AD II. VESPERAS.

Ant. 6. F. ECce verè Israëlíta, in quo dolus non est.

Ant. 4. f. Erat vir simplex, & rectus, ac timens Deum, & recédens à malo.

Ant. 1. D. Custodívit ánimam suam, & memor fuit Dómini in toto corde suo.

Ant. 3. a. Non prætériit de univérsis mandátis, nec unum quidem verbum quod jússerat Dóminus.

Ant. 5. C. Immóbilis in Dei timóre permansit, agens grátias Deo ómnibus diébus vitæ suæ.

Capitulum. Galat. 6.

FRatres, quæ semináverit homo, hæc & metet. Quóniam qui séminat in carne sua, de carne & metet corruptiónem: qui autem séminat in spíritu, de spíritu metet vitam ætérnam.

Hymnus, Summi pusíllus. *ut in j. Vesperis.* xxix.

Si sit Sacerdos, ℣. Sacerdótes Sion índuam salutári: ℟. Et sancti ejus exultatióne exultábunt.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Operátus est bonum, & rectum, & verum coram Dómino Deo suo in univérsa cultúra ministérii domûs Dómini: fecitque, & prosperátus est.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Si non sit Sacerdos, ℣. Innocens mánibus & mundo corde, ℟. Hic accípiet benedictiónem à Dómino.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Tu fecisti, Dómine, cum servo tuo misericórdiam magnam, sicut ambulávit in conspectu tuo in veritáte, & justítia, & recto corde tecum.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

COMMUNE VIRGINUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. 3. a. QUid Domini bónum est, & quid pulchrum ejus, nisi fruméntum electórum, & vinum gérminans vírgines?

Ant. 6. F. Laudábunt, & cónfluent ad bona Dómini; & ultrà non esúrient: tunc lætábitur virgo in choro.

Ant. 5. a. Non dicat: Ecce ego lignum áridum; quia hæc dicit Dóminus: Qui tenúerint fœdus meum, dabo eis in domo mea locum.

Ant. 1. D. Dabo eis nomen mélius à fíliis & filiábus: nomen sempitérnum dabo eis, quod non períbit.

Ant. 7. a. Non omnes cápiunt verbum istud, sed quibus datum est.

tercedente beáto *N.* pópulum tuum in tua dilectióne ambuláre; quia perpétua est & plena felícitas, si bonórum ómnium serviámus auctóri; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Ante Dóminum.

AD TERTIAM.

Ant. 8. c. Semper.

Capitulum. Philip. 2.

CUm metu & tremóre vestram salútem operámini; Deus est enim qui operátur in vobis & velle & perfícere pro bona voluntáte.

℟. *br.* Convertantur mihi * Timentes te, Dómine. Convertantur. ℣. Et qui novérunt * testimónia tua; * Timentes te, Dómine. Glória Patri. Convertantur.

℣. Párticeps ego sum ómnium timéntium te, ℟. Et custodiéntium mandáta tua.

AD SEXTAM.

Ant. 4. d. A mandátis.

Capitulum. Jac. 1.

QUi perspéxerit in legem perfectam libertátis, & permánserit in ea, non audítor obliviósus factus, sed factor óperis; hic beátus in facto suo erit.

℟. *br.* Lucerna pédibus meis * Verbum tuum. Dómine. Lucerna. ℣. Et lumen * sémitis meis; * Verbum. Glória. Lucerna.

℣. Servávi mandáta tua & testimónia tua; ℟. Quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

AD NONAM.

Ant. 3. d. Donec súperest.

Capitulum. Eccli. 15.

JUstítia longè abest à supérbia & dolo: viri mendáces non erunt illíus mémores; & viri veráces invenientur in illa, & succeffum habébunt usque ad inspectiónem Dei.

℟. *br.* Justítia tua, Dómine, * Justítia in ætérnum. Justítia. ℣. Et lex tua, * véritas. * Justítia in æternum. Glória Patri. Justítia tua.

℣. Ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque; ℟. Quia in judíciis tuis supersperávi.

AD II. VESPERAS.

Ant. 6. F. ECce verè Israëlíta, in quo dolus non est.

Ant. 4. f. Erat vir simplex, & rectus, ac timens Deum, & recédens à malo.

Ant. 1. D. Custodívit ánimam suam, & memor fuit Dómini in toto corde suo.

Ant. 3. a. Non prætériit de univérsis mandátis, nec unum quidem verbum quod jússerat Dóminus.

Ant. 5. C. Immóbilis in Dei timóre permansit, agens grátias Deo ómnibus diébus vitæ suæ.

Capitulum. Galat. 6.

FRatres, quæ semináverit homo, hæc & metet. Quóniam qui séminat in carne sua, de carne & metet corruptiónem: qui autem séminat in spíritu, de spíritu metet vitam ætérnam.

Hymnus, Summi pusíllus. *ut in j. Vesperis.* xxix.

Si sit Sacerdos, ℣. Sacerdótes Sion índuam salutári: ℟. Et sancti ejus exultatióne exultábunt.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Operátus est bonum, & rectum, & verum coram Dómino Deo suo in univérsa cultúra ministérii domûs Dómini: fecitque, & prosperátus est.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Si non sit Sacerdos, ℣. Innocens mánibus & mundo corde, ℟. Hic accípiet benedictiónem à Dómino.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Tu fecisti, Dómine, cum servo tuo misericórdiam magnam, sicut ambulávit in conspectu tuo in veritáte, & justítia, & recto corde tecum.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

COMMUNE VIRGINUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. 3. a. QUid Dómini bonum est, & quid pulchrum ejus, nisi frumentum electórum, & vinum gérminans vírgines?

Ant. 6. F. Laudábunt, & cónfluent ad bona Dómini; & ultrà non esúrient: tunc lætábitur virgo in choro.

Ant. 5. a. Non dicat: Ecce ego lignum áridum; quia hæc dicit Dóminus: Qui tenúerint fœdus meum, dabo eis in domo mea locum.

Ant. 1. D. Dabo eis nomen mélius à fíliis & filiábus: nomen sempitérnum dabo eis, quod non períbit.

Ant. 7. a. Non omnes cápiunt verbum istud, sed quibus datum est.

Capitulum. I. Cor. 7.

UNusquisque próprium donum habet ex Deo: álius quidem sic, álius verò sic. Dico autem non nuptis, & víduis: Bonum est illis, si sic permáneant.

In Duplicibus, & supra:

℟. Nescítis quóniam córpora vestra membra sunt Christi, membra vestra templum sunt Spíritûs sancti qui in vobis est. * Glorificáte, & † Portáte Deum in córpore vestro. ℣. Ponam tabernáculum meum in médio vestrî: ambulábo inter vos, & ero Deus vester: * Glorificáte. Glória Patri. † Portáte.

Si sit Martyr, Hymnus.

FEstis læta sonent sídera cánticis:
Nunc aptáte tubas, fúmite tympana,
Cœtus Angélici; dícite Vírginem,
Christi dícite Mártyrem.
Vestris illa fuit débita cœtibus,
Quæ mortális adhuc, nóbilis æmula,
Ut vos exprímeret, dedídicit genus,
Virgo córporis ímmemor.
Sed quìd cogis, amor? Fórtiter ámbiit
Sponso virgíneum fúndere sánguinem:
Oblíti méminit tunc benè córporis,
Præclárae sítiens necis.
Sic quâ parte minor, vos superéminet,
Immortále genus, quæ pótuit mori,
Et per damna sui córporis íntegram
Testári Dómino fidem.
Patri máxima laus, máxima Fílio,
Ambotumque sacro máxima Flámini,
Per quem magnánimæ prælia sustinent,
Spreto fúnere, Vírgines. Amen.

℣. Deus præcinxit me virtúte, ℟. Et pósuit immaculátam viam meam.

Ad Magníf. *Ant.* 4. E. Infirma mundi elégit Deus ut confundat fórtia; ut non gloriétur omnis caro in conspectu ejus.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Si non sit Martyr, Hymnus.

VOs ô virgínei cum cítharis chori,
Agni delíciæ, pars gregis óptima,
Sponsum virgíneo progénitum sinu
Puris tóllite láudibus.

Hæc est sacra dies, obvia quâ suo
Cum plena rútilans lámpade jungitur
Sponso, stansque throno próxima concinit
Virgo cántica Virgini.

Solo digna Deo cónjuge, respuit
Mortáles thámalos; ut semel óbligat
Sese fida suo, quem benè deperit;
Ultrò se Deus óbligat.

Purum ne maculent pectus imágines,
In se tota sui córporis ímmemor
Mens sese récipit; nil óculi vident;
Surdis nil sonat áuribus.

Ægro vix sua sunt pábula córpori,
Ardet mille modis ante diem mori:
Quidquid mors rapiet, jam sibi prærípit;
Unus fit Deus ómnia.

Fac, ô Christe, tuæ Vírginis æmulos
Hac nos ire tibi, quâ gráditur viâ:
Qui gens sancta sumus, móribus íntegris
Fac soli tibi vívere.

Da te, summe Pater, tollere láudibus:
Da te, Christe, sequi, láurea Vírginum;
Fac incensa tuis, Spíritus, árdeant
Flammis frígida péctora. Amen.

℣. Audi, fília, & vide, & inclína autem tuam: ℟. Oblivíscere pópulum tuum, & domum patris tui.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Complácuit Domino in te: & gaubébit super te Deus tuus.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

[*In solemnibus majoribus, & supra, ad Completorium: Ant.* 2. A. Ego dilecto meo: & ad me convérsio ejus.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 3. E. Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi, soror mea, immaculáta mea.]

AD LAUDES.

Ant. 1. g. Dilectus meus descendit in hortum suum ad aréolam arómatum, ut lília cólligat.

Ant. 5. a. Invéni quem díligit ánima mea: ténui eum, nec dimittam.

Ant. 2. D. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui páscitur inter lília.

Ant. 6. C. Dilectus meus ordinávit in me caritátem: fulcíte me flóribus, stipáte me malis.

Ant. 3. a. Sub umbra illíus quem desideráveram sedi, & fructus ejus dulcis gútturi meo.

Capitulum. Sap. 8.

SCivi quóniam aliter non possem esse cóntinens, nisi Deus det; & hoc ipsum erat sapiéntiæ, scire cujus esset hoc donum.

Si sit Martyr.

Hymnus.

QUid sacram, Virgo, generósa Martyr,
Ambiunt frontem dúplices corónæ?
Nempè non unum gémino reportas
Hoste triumphum.
Móllior fregit neque te voluptas;
Impotens flexit neque te tyrannus:
Tu graves pœnas, pariterque blandos
Vincis amores.
Líliis Sponsus récubat, rosisque;
Tu, tuo semper benè fida Sponso,
Et rosas Martyr, simul & dedisti
Lília Virgo.
Summa laus Patri, genitoque Verbo;
Et tibi compar, utriusque Nexus:
Fac tibi semper placeámus uni
Móribus æquis. Amen.

℣. Hæréditas immaculatórum in æternum erit:
℟. Non confundentur in témpore malo.

Ad Bened. *Ant.* 5. C. Factus est Dóminus firmaméntum meum: liberávit me, quia complácui ei: secundùm mundítiam mánuum meárum reddet mihi.

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulisti: concéde propítius, ut qui beátæ *N.* Virginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exempla gradiámur Per Dóminum.

Alia Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, cujus múnere beáta *N.* virginitátis & martyrii palmam adepta est: da nobis ejus précibus, ita córporis ac mentis serváre puritatem, ut nec blandítiis carnis, nec malórum acerbitáte vincamur; Per Dóminum.

Si non sit Martyr.

Hymnus.

NOn vana dilectum gregem
Pavére mundi gáudia,
Nec pura fallax péctora
Imágo

Imágo lusit séculi.
Sed hæc tuárum própria
Sunt, Christe, sponsárum bona,
Te semper, & tecum tuis
In te potíri gáudiis.
Castis vicíssim tu tibi
In córdibus torum struis;
Interque flammas íntimo
Amans quiescis in sinu.
Hic unus est sponsis amor,
Unusque tecum spíritus;
Beasque sponsus síngulas,
In teque transformas, Deus.
Te deprecámur súpplices,
Nostris ut addas sénsibus,
Nescíre prorsùs ómnia
Corruptiónis vúlnera.
Sit laus Patri, laus Fílio;
Sit par tibi laus, Spíritus,
Divína qui perénnibus
Firmas sigillis [illegible]dera.
Amen.

℣. Sitívit in te ánima mea: ℟. Quàm multiplíciter tibi caro mea.

Ad Bened. *Ant.* 7. G. Exultábit ánima mea in Deo meo; qui índuit me vestiméntis salútis, quasi sponsam ornátam monílibus suis.

Oratio.

DEus, qui habitáculum tuum in corde pudíco constituísti: concéde ut qui fidélis sponsæ tuæ *N.* puritátem húmili venerámur obséquio, piæ conversatiónis sequámur exemplo; Per Dóminum.

Alia Oratio.

FIdeles tuos, quæsumus, Dómine, intercedente beátâ *N.* Vírgine tuâ, córpore & mente purífica; ut tuâ inspiratióne compuncti, nóxias delectatiónes vitáre prævaleant; atque ut eárum non capiantur illécebris, tuâ semper suavitáte pascantur; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. Dilectus meus.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Invéni.

Capitulum. I. Cor. 7.

DE virgínibus præceptum Dómini non hábeo; consílium autem do, tanquam misericórdiam consecútus à Dómino, ut sim fidélis.

℟. *br.* Lætetur mons Sion: * Exultent fíliæ Judæ. Lætetur. ℣. Propter judícia tua, * Dómine, * Exultent. Glória Patri. Lætétur.

℣. Audívit, & lætáta est Sion; ℟. Et exultavérunt fíliæ Judæ.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Ego.

Capitulum. Ephes. 5.

RElinquet homo patrem & matrem suam, & adhærébit uxóri suæ; & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo & in Ecclésia. Verúmtamen & vos sínguli unusquísque uxórem suam sicut seipsum díligat; uxor autem tímeat virum suum.

In Duplicibus, & suprà.

℟. Virum, Dómine, cum timóre tuo, non cum libídine mea consensi suscípere: * Sit nomen tuum, Deus Israel, benedictum in sécula. ℣. Non vocavit nos Deus in immundítiam, sed in sanctificatiónem: * Sit. Glória Patri. * Sit.

Hymnus.

AD Núptias Agni Pater,
Matres & innuptas vocat:
O te beátam, cui torus
Interque sponsas sors datur!

Lex nuptiárum cáritas;
Dos magna, paupertas, tibi,
Calcáre falláces opes,
Cadúca corde spérnere.

Te multus oblectat labor,
Fusæque jejúnam preces:
Te pœnitentem lácrymæ,
Te cura páuperum juvat.

Quacumque confixam sibi,
Per probra sponsam, per cruces
Trahit Magister; & sequi
Despecta gaudes, & pati.

Beáta quæ sponso Deo
Castis adhæret vínculis:
Sic corpus unum póssumus,
Sic unus esse spíritus.

Hoc præstet almo cum Patre,
Natoque nobis Spíritus,
Qui trinus ac unus Deus
Regnat per omne séculum.
Amen.

Si sit Martyr, ℣. Factus es spes mea, Dómine: ℟. Turris fortitúdinis à fácie inimíci.

Ad Magníficat. *Ant.* 4. *D.* Deus cœlórum, exaudi me deprecántem, & de tua misericórdia præsumentem; ut gentes agnoscant quia tu es Deus, & non est álius præter te.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Si non sit Martyr,

℣. Averte óculos meos ne vídeant vanitátem: ℟. In via tua vivífica me.

Ad Magníficat. *Ant.* 1. A. Exultávit cor meum

in Dómino, & dilatátum est os meum, quia lætáta sum in salutári tuo.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

[*In Solemnibus majoribus, & supra, ad Completorium*: *Ant.* 2. A. Gustávit, & vidit quia bona est negotiátio ejus: non extinguétur in nocte lucerna ejus.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 1. D. Indue te decore sempitérnæ glóriæ; Deus enim ostendet splendórem suum in te.]

AD LAUDES.

Ant. 1. a. Sicut sol óriens mundo in altíssimis Dei, sic mulíeris bonæ spécies in ornamentum domûs ejus.

Ant. 2. D. Múlier fortis oblectat virum suum; & annos vitæ illíus in pace implébit.

Ant. 3. c. Múlier sensáta, & tácita: non est immutátio erudítæ ánimæ.

Ant. 4. d. Os suum apéruit sapiéntiæ, & lex cleméntiæ in lingua ejus.

Ant. 5. a. Non discedébat de templo, jejúniis & obsecratiónibus sérviens nocte ac die.

Capitulum. I. Petr. 3.

Mulíeres súbditæ sint viris suis; ut & si qui non credunt verbo, per mulíerum conversatiónem sine verbo lucrifíant considerantes in timóre castam conversatiónem vestram.

Hymnus.

Ardet Deo quæ Fémina,
Latére frustrà cógitat:
Quot índigos hæc súblevat,
Tot próditur præcóni-bus.

Prodesse quærit ómni-bus,
Curis honestis ánxia;
Patróna custos vírginum,
Secunda mater órphanis.

Pannis latentem víli-bus
Christum fovébat hóspitem:
Quas dura subtraxit sibi,
Opes refundit pródiga.

Pacem domi, pacem foris
Alto colit siléntio:
Lites amat compónere,
Ut una mens sit ómni-bus.

Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Per quos gradus cœlum
petit,
Hâc ire vos omnes do-
cet,
Junctæ jugâli vínculo,
Et vos solútæ Cónjuges.
Insignis & nos Féminæ
Sequi decet vestígia,
Magnum vel ipsis quæ
fuit
Virtútis exemplum viris.
Queis arsit illa, fac,
Deus,
Flagrémus & nos ígni-
bus;
Eóque, quo te vis coli,
Amóre fac mens te colat.
Ætérne tu Verbi Pa-
ter,
Ætérne Fíli par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Si sit Martyr, ℣. Vídeant qui odérunt me, & confundantur; ℟. Quóniam tu, Dómine, adjuvísti me.


Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Confitébor nómini tuo, Dómine; quóniam adjútor & protector factus es mihi, & liberásti corpus meum à perditióne.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Si non sit Martyr, ℣. Anima mea Dómino vivet; ℟. Et semen meum sérviet ipsi.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Fortitúdo & decor induméntum ejus: date ei de fructu mánuum suárum; & laudent eam in portis ópera ejus.

Oratio, ut suprà ad Laudes.



IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

SOLEMNE-MAJUS.

(*Ipso die Dedicationis* ANNUALE.)

Tempore Paschali, in fine Ant. additur Allelúia; *& in fine* ℟℟. *etiam br. duplex dicitur* Allelúia.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Ant. 1. D. Cernitis quòd Dóminus Deus vester vobíscum sit: præbéte ígitur corda vestra, ut quærátis Dóminum; & consúrgite, & ædificáte sanctuárium Dómino.

Ant. 7. d. Domus quam ædificári volo Dómino, talis esse debet, ut in cunctis regiónibus nominétur: præparábo ergo ei necessária.

Ant. 5. C. Magnus est Deus noster super omnes deos: quis ergo póterit prævalére, ut ædíficet dignam Deo domum?

Ant. 6. C. Si cœlum & cœli cœlórum cápere eum néqueunt, quantus ego sum, ut possim ædificáre ei domum?

Ant. 3. a. Dóminus Deus cœli ipse præcepit mihi ut ædificárem ei domum.

Capitulum. Agg. 1.

Hæc dicit Dóminus exercítuum: Pónite corda vestra super vias vestras: ascéndite in montem, portáte ligna, & ædificáte Domum; & acceptábilis mihi erit, & glorificábor, dicit Dóminus.

℟. Cuncta, Dómine, quæ in cœlo sunt & in terra, tua sunt; & quæ de manu tua accépimus, dedimus tibi: * Dómine Deus noster, † Omnis hæc cópia quam parávimus, ut ædificarétur domus nómini sancto tuo, de manu tua est.

℣. Quis prior Dómino

Ædis instaurat, Deus alme, nostris
Annue votis.
Hîc sacri fontis látices ab ortu
Inditi purgant máculam reátûs:
Hîc & infúsum nova membra Christo
Chrisma coaptat.
Hîc suâ pascit pópulos fidéles
Carne, qui mundi scelus omne tollit
Agnus, & fusi prétium cruóris
Ipse propínat.
Hîc salus ægris ánimis parátur:
Hîc reos Judex fácilis relaxat,
Atque lethálem redivíva pellit
Grátia culpam.
Cujus in cœlo thronus est perennis,
Incolit parvam Deus altus ædem:
Hîc adórátor sibi quisque sedem
Præparat astris.
Nullus hanc turbo quatit, irruentis
Nulla vis nimbi, rapidíve fluctûs:
Cedit hanc contra furor inferórum
Irritus omnis.
Laus Deo, virtus, honor & potestas
Una sit Patri, parilique Proli:
Par sit ambórum tibi nexus omni,
Spíritus, ævo. Amen.

℣. Domum tuam decet sanctitúdo, Dómine,
℞. In longitúdinem diérum.

Ad Benedict. *Ant. 7. a.* Domus tua, Dómine, in sanctificatióne tua permáneat; & omnes gentes agnoscant quia tu es Deus, & non est álius præter te.

[*Ipso die Dedicationis, & per Octavam.*

Oratio.

DEus, qui invisibíliter ómnia cóntines, & tamen pro salúte generis humáni signa tuæ poténtiæ visibíliter ostendis: Templum hoc poténtiâ tuæ inhabitatiónis illustra, & concéde ut omnes qui hùc deprecatúri convéniunt, ex quacumque tribulatióne ad te clamáverint, consolatiónis tuæ beneficia consequantur; Per.]

In Anniversario Dedicationis, & per Octavam,

Oratio.

DEus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti Templi tui consecratiónis

orationis réparas diem, & sacris semper mystériis repræsentas incólumes: exaudi preces pópuli tui, & præsta ut quisquis hoc Templum beneficia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrasse lætétur; Per.

AD PRIMAM.

Psalmi de Dominica, & sic ad alias Horas.

Ant. 3. a. Domus Dei.

Non dicitur Symbolum, Quicumque.

In ℟. *br.* ℣. Qui magníficas in nobis * locum tuum & Templum.

Canon ad Calcem.

AD TERTIAM.

Ant. 4. E. Christi domus.

Capitulum. Hebr. 10.

HAbentes, fratres, fidúciam in intróitu sanctórum in sánguine Christi, quam initiávit nobis viam novam & viventem per velámen, (id est, carnem suam) & Sacerdótem magnum super domum Dei; accedámus cum vero corde in plenitúdine fídei.

℟. *br.* In multitúdine misericórdiæ tuæ * Introíbo in domum tuam, * Allelúia, allelúia. In. ℣. Adorábo ad templum sanctum tuum * in timóre tuo, * Allelúia. Glória Patri. In.

℣. Introíbo in domum tuam in holocaustis: ℟. Reddam tibi vota mea.

[*Per Octavam Anniversarii, omisso* Allelúia, *resumptio fit ad primum asteriscum* *; *& sic ad alias Horas.*]

AD SEXTAM.

Ant. 8. c. Ad Dóminum.

Capitulum. Apoc. 3.

QUi vícerit, fáciam illum columnam in templo Dei mei, & foràs non egredietur ámpliùs: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen civitátis Dei mei novæ Jerúsalem, quæ descendit de cœlo à Deo meo, & nomen meum novum.

℟. *br.* Beátus * Quem elegisti & assumpsisti, * Allelúia, allelúia. Beátus. ℣. Inhabitábit * in átriis tuis, * Allelúia. Glória. Beátus.

℣. Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine: ℟. In sécula seculórum laudábunt te.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Dei.

Capitulum. II. Cor. 5.

SCimus quóniam si terrestris domus nostra hujus habitatiónis dissolvátur, quòd ædificatiónem ex Deo habémus, domum non manufactam,

æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemíscimus, habitatiónem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes.

℟. *br.* Replébimur * In bonis domûs tuæ, * Allelúia, allelúia. Replébimur. ℣. Sanctum est templum tuum, * mirábile in æquitáte, * Allelúia. Glória. Replébimur.

℣. Quàm dilecta tabernácula tua, Dómine virtútum! ℟. Concupíscit & déficit ánima mea in átria Dómini.

AD II. VESPERAS.

In Ps. Lætátus sum. 55.

Ant. 4. E. UNus de septem Angelis sústulit me in spíritu, & ostendit mihi civitátem sanctam Jerúsalem descendentem de cœlo à Deo.

In Ps. Nisi Dóminus. 71.

Ant. 8. G. Erat structúra muri ejus ex lápide jáspide; ipsa verò civitas aurum mundum, símile vitro mundo.

In Ps. Memento. *cum sua divisione*. 118.

Ant. 1 D. Templum non vidi in ea, Dóminus enim Deus omnípotens templum illius est, & Agnus.

In Ps. Super flúmina. 41.

Ant. 3. a. Cívitas non eget sole neque luná, ut lúceant in ea; nam cláritas Dei illuminávit eam, & lucerna ejus est Agnus.

In Ps. Lauda, Jerúsalem. 77.

Ant. 6. F. Non intrábit in eam áliquod coinquinátum, aut abominatiónem fáciens & mendácium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

Capitulum. Isaïæ. 33.

REspice Sion civitátem solemnitátis nostræ: óculi tui vidébunt Jerúsalem, habitatiónem opuléntam, tabernáculum quod nequáquàm transferri póterit: nec auferentur clavi ejus in sempiternum, & omnes funículi ejus non rumpentur; quia solúmmodò ibi magníficus est Dóminus noster.

Hymnus.

ECce sedes hîc Tonantis,
Ecce cœli jánua:
Hîc sacerdos, ara, templum,
Hîc Deus fit hóstia:
Incruentâ morte jugis
Hîc amor litat Deum.

Qualis ara, quanta sedes
Ipsíus capax Dei!
Quem nec universa terra,

Omne nec cœlum capit,
Orbe parvo se coarctans
Hîc latére sústinet.
Quàm libenter hic pudícis
Inserit se córdibus!
Hîc amantis tota Christi
Exerit se cáritas:
Hîc Pater caros sedére
Gestit inter filios.
Hìnc facesse quem profána
Pólluit contágio,
Neu sacrum transíre limen
Inquinátus áudeas:
Ultor astat cum flagellis
Púniens sontes Deus.
Sit perennis laus Parenti,
Sit perennis Fílio:
Laus tibi qui nectis ambos,
Sit perennis, Spíritus,
Chrisma cujus nos inungens
Viva templa cónsecrat.
Amen.

℣. Gloriósa dicta sunt de te, cívitas Dei: ℟. Sicut lætántium ómnium habitátio est in te.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Gressus rectos fácite pédibus vestris; accessístis enim ad civitátem Dei viventis Jerúsalem cœlestem: ítaque regnum immóbile suscipientes, serviámus Deo cum metu & reveréntia.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capitulum de Dominica, cetera ut heri.

¶ *De Dominica (si quæ occurrat intra Octavam Anniversarii Dedicationis) fit Officium ut in Psalterio, cum commem. Octavæ in utrisque Vesperis & Laudibus.*]

DIEBUS
INTRA OCTAVAM
Dedicationis Ecclesiæ.
Semiduplex.

Omnia ut die, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria in toto Officio.

AD LAUDES.

Ant. sola. 5. a. Omnis ædificátio constructa in Christo Jesu, crescit in templum sanctum in Dómino; in quo & vos coædificámini in habitáculum Dei in spíritu.

Canticum, Jerúsalem. xlvij.

AD HORAS, omittitur Allelúia *in Anniversario, in* ℟℟. *brev.*

AD VESPERAS.

Ant. sola. 4. E. Unus de septem Angelis sústulit me in spíritu, & ostendit

mihi civitátem sanctam Jerúsalem descendentem de cœlo à Deo.

OCTAVA DEDICATIONIS.

Duplex-minus.

Officium, dempto ritu Solemni, ut in die.

¶ *Tempore Paschali, Officium Dedicationis fit ut suprà, excepto quòd in fine Ant. additur* Allelúia. *& in fine* ℟℟. *etiam br. duplex dicitur* Allelúia.]

OFFICIUM B. MARIÆ IN SABBATO.

SIMPLEX.

IN I. VESPERIS.

Feriæ sextæ præcedentis.

Capitulum. Genes. 3.

AIt Dóminus Deus ad serpentem: Inimicítias ponam inter te & mulíerem & semen tuum & semen illíus: ipsa cónteret caput tuum.

Hymnus.

DAvidis sóboles, glória Vírginum,
Christi Virgo parens, te pósuit Deus,
Partu Virgíneo quæ malè súbdoli
Anguis contéreres caput.
Rebus princípium qui dedit ómnibus,
A te princípium sumpsit homo Deus;
Cunctis prospíciens qui tríbuit cibos;
Pastus lacte fuit tuo.
Per te, quod múlier perdíderat vetus,
Humáno géneri rédditur áuctius:
Tu clausas míseris, heu nímiùm diu!
Cœlórum réferas fores.
Qui lucis pater est, glória sit Patri;
Cujus Virgo parens, glória Fílio;
Quo fœcunda, tibi, nexus amábilis,
Sit par glória, Spíritus.
Amen.

Ante Præsent. ℣. Benedixisti, Dómine, terram tuam; ℟. Avertisti captivitátem Jacob.

Ad Magníf. *Ant.* 7. a. Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ su-

xisti. Quinimò, beáti qui áudiunt verbum Dei, & custódiunt illud.

Oratio.

Beáta témpora celebrantes, quæ per temporálem Unigéniti tui Nativitátem, & partum Maríæ Vírginis consecrasti, quæsumus, Dómine, ut ejusdem Dei genitrícis intercessióne, & in illo renasci, & tanti mystérii fructum júgiter in nobis conserváre mereámur; Per eumdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Non fiunt suffragia.

A Præsent. ad Quadragesimam. ℣. Deus operátus est salútem in médio terræ: ℟. Tu confregisti cápita dracónis.

Ad Magníf. *Ant.* 1. f. Benedíctus Dóminus qui te diréxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum nostrórum.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Suffragia de Patrono, de Sanctis & pro pace.

COMPLETORIUM, *ut in Psalterio. Hymnus*, Virgo, Dei génitrix. 134.

AD LAUDES.

Psalmi de Sabbato, sub sola Ant. 4. A. Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui.

Capitulum. Jerem. 32.

Creávit Dóminus novum super terram: Fémina circúmdabit virum.

Hymnus.

Nunc auróra, novæ núntia lucis,
Tristes orbe procul díssipat umbras.
O quàm lucídior, nocte sepultis
Portans ipsa diem, Virgo, refulges!
O quæ nunc hábitas lúcida regna,
Mittas indè tuæ múnera lucis:
Te si terra dedit munus olympo,
Quæ non dona memor reddet olympus?
Inter perpétuos Núminis haustus,
O Regína, tibi sánguine junctum
Ne dedisce genus: nostra fuisti,
Summi facta parens, Virgo, Tonantis.
Divínæ Sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri:
Cujus Virgo parens, glória Nato:
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen. Amen.

mihi civitátem sanctam Jerúsalem descendentem de cœlo à Deo.

OCTAVA DEDICATIONI...

Duplex-minus.

Officium, dempto ...

OFFIC...

I ... Re- ...minus mi- ...uæ, ℟. Et ... suæ dómui Is-

IN ... Bened. *Ant.* 3. à. ... Beáta quæ credidisti; quóniam perficiéntur ea quæ dicta sunt tibi à Dómino.

Oratio.

COncéde nos fámulos tuos, quǽsumus, Dómine Deus, perpetuâ mentis & córporis sanitáte gaudére; & gloriósâ beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, à præsénti liberári tristítia, & ætérnâ pérfrui lætítiâ; Per Dóminum nostrum.

Suffragia de Patrono, de Sanctis & pro pace.

AD HORAS.

Doxologia.

Qui natus es de Vírgine,

Jesu, tibi sit glória, &c.

...mi de Sabbato.

PRIMAM.

2. D. Fílius D... ei ex sem... undum ca... *br.* ℣. ... de M...

4. d. ...tus est Jesus, q... cátur Christus.

Capitulum. Isaïæ. 7.

DAbit Dóminus ipse vobis signum: Ecce Virgo concípiet, & páriet fílium; & vocábitur nomen ejus, Emmánuel.

℟. *br.* Deus in médio ejus; * Non commovébitur. Deus. ℣. Adjuvábit eam * manè dilúculo: * Non. Glória. Deus.

℣. Elégit eam Dóminus. ℟. In habitatiónem sibi.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Péperit fílium másculum, qui rectúrus erat omnes gentes.

Capitulum. Mich. 5.

EGrediétur qui sit dominátor in Israel, & egréssus ejus ab inítio, à diébus æternitátis. Propter hoc dabit eos usque ad tempus in quo partúriens páriet; & relíquiæ fra-

trum ejus ... ... omnibus in ad filios Israel.

℟. br. Ho... ...nus. ℣ in ea. H... ... fundávi... ...m, ...us. * N... ...mo... ...e ... ...io.

AD NON...

Ant 1. g. Beátus ... ter qui te portávit, & úbera quæ suxísti.

Capitulum. Galat. 4.

UBi venit plenitúdo témporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege; ut eos qui sub lege erant redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℟. br. Misericórdia & véritas * Obviavérunt sibi. Misericórdia. ℣. Justítia & pax * osculátæ sunt,

cuntur in Nocturnis novem sequentes Psalmi, cum Antiphonis propriis.

In Officio autem parvo dicuntur tantùm tres Psalmi secundum ordinem Feriarum ut infrà notatur.

IN I. NOCTURNO.

Feriâ II. & V.

Ant. sola. 1. a. Ave.

Psalmus 8.

DOmine, Dóminus noster, * quàm admirábile est no... ...n in universa

D... ... surre... tui Dómini ... eleváta est Christi ... ...ua * super ... cáte dignátus ... sta, quæsumus ... ...ium & ejus Genitrícem ... ...i laudem Maríam, ...icos capiámus gáudia ... ...ui... Per eumdem Dóminum nostrum.

Commemoratio de Cruce.]



Ante Præsent. ℣. Homo natus est in ea; ℟. Et ipse fundávit eam Altíssimus.

Ad Bened. Ant. 8. G. Péperit María Fílium suum primogénitum, & pannis eum involvit, & reclinávit eum in præsépio.

Orat. Beáta. *suprà*-liij.

Non fiunt suffragia.

Post Præsent. ℣. Recordátus est Dóminus misericórdiæ suæ, ℟. Et veritátis suæ dómui Israel.

Ad Bened. Ant. 3. a. Beáta quæ credidísti; quóniam perficiéntur ea quæ dicta sunt tibi à Dómino.

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpetuâ mentis & córporis sanitáte gaudére; & gloriósâ beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, à præsénti liberári tristítia, & ætérnâ pérfrui lætítiâ; Per Dóminum nostrum.

Suffragia de Patrono, de Sanctis & pro pace.

AD HORAS.

Doxologia.

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória, &c.

Psalmi de Sabbato.

AD PRIMAM.

Ant. 1. D. Fílius Dei factus est ei ex sémine David secúndum carnem.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es * de María Vírgine.

AD TERTIAM.

Ant. 4. d. De María natus est Jesus, qui vocátur Christus.

Capitulum. Isaïæ. 7.

Dabit Dóminus ipse vobis signum: Ecce Virgo concípiet, & páriet fílium; & vocábitur nomen ejus, Emmánuel.

℟. *br.* Deus in médio ejus; * Non commovébitur. Deus. ℣. Adjuvábit eam * manè dilúculo: * Non. Glória. Deus.

℣. Elégit eam Dóminus. ℟. In habitatiónem sibi.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Péperit fílium másculum, qui recturus erat omnes gentes.

Capitulum. Mich. 5.

Egrediétur qui sit dominátor in Israel, & egressus ejus ab inítio, à diébus æternitátis. Propter hoc dabit eos usque ad tempus in quo partúriens páriet; & relíquiæ fra-

trum ejus convertentur ad filios Israel.

℟. *br.* Homo * Natus est in ea. Homo. ℣. Et ipse fundávit eam * Altíssimus. * Natus est. Glória. Homo.

℣. Ipse tanquàm sponsus. ℟. Procédens de thalamo suo.

AD NONAM.

Ant 1. *g.* Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ suxisti.

Capitulum. Galat. 4.

UBi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum, factum ex mulíere, factum sub lege; ut eos qui sub lege erant redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℟. *br.* Misericórdia & véritas * Obviavérunt sibi. Misericórdia. ℣. Justítia & pax * osculátæ sunt, * Obviavéruntsibi. Glória. Misericórdia.

℣. Véritas de terra orta est, ℟. Et justítia de cœlo prospexit.

Hoc Officium terminatur ad Nonam.

¶ *Tempore Paschali istud Officium fit ut suprà (exceptâ Oratione) addendo unicum* Allelúia *in fine Antiphonarum; duplex verò in* ℟℟. *brev.*

Oratio.

DEus, qui per Resurrectiónem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificáre dignátus es: præsta, quæsumus, ut per ejus Genitrícem Vírginem Maríam, perpétuæ capiámus gáudia vitæ; Per eumdem Dóminum nostrum.

Commemoratio de Cruce.]



OFFICIUM PARVUM

BEATÆ MARIÆ.

Non dicitur quoties fit Officium Semiduplex, aut supra, nec intra Octavas, nec quandò Officium diei est de Beata.

Singulæ Horæ hujus Officii dicuntur hoc modo: Officium Nocturnum, Laudes & Vesperæ dicuntur intra Suffragia. Prima, post Primam diei, ante Officium Capituli: Tertia, post Benedicámus *Tertiæ; & sic de ceteris Horis.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jesum de María natum, * Veníte, adorémus.

Psalmus 94.

VEníte, exultémus Dómino, jubilémus Deo salutári nostro: præoccupémus fáciem ejus in confessióne, & in psalmis jubilémus ei.

Jesum de María natum, * Veníte, adorémus.

Quóniam Deus magnus Dóminus, & rex magnus super omnes deos: quóniam non repellet Dóminus plebem suam; quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipse cónspicit.

* Veníte, adorémus.

Quóniam ipsíus est mare, & ipse fecit illud, & áridam fundavérunt manus ejus: veníte, adorémus, & procidámus ante Deum: plorémus coram Dómino qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster; nos autem pópulus ejus, & oves páscuæ ejus.

* Veníte, adorémus.

Hódiè si vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda vestra, sicut in exacerbatióne, secundum diem tentatiónis in deserto; ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt & vidérunt ópera mea.

* Veníte, adorémus.

Quadraginta annis próximus fui generatióni huic, & dixi: Semper hi errant corde; ipsi verò non cognovérunt vias meas; quibus jurávi in

ira mea, si introíbunt in réquiem meam.
* Veníte, adorémus.
Glória Patri, &c.
Jesum de María natum,
* Veníte, adorémus.

Hymnus.

O Quàm glorificâ luce coruscas,
Stirpis Davídicæ régia proles;
Sublímis résidens, virgo María,
Supra Cœligenas ætheris omnes!
Tu cum virgíneo mater honóre
Cœlórum Dómino péctoris aulam
Sacris viscéribus casta dedisti:
Humános Deus hinc índuit artus.
Quem cunctus vénerans orbis adórat,
Cui nunc ritè genu fléctitur omne;
A quo, te précibus subveniente,
Æterni pétimus gáudia regni.
Divínæ Sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri:
Cujus Virgo parens, glória Nato:
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen. Amen.

In Festis B. Mariæ, dicuntur in Nocturnis novem sequentes Psalmi, cum Antiphonis propriis.

In Officio autem parvo dicuntur tantùm tres Psalmi secundum ordinem Feriarum ut infrà notatur.

IN I. NOCTURNO.

Feriâ II. & V.

Ant. sola. 1. a. Ave.

Psalmus. 8.

D Omine, Dóminus noster, * quàm admirábile est nomen tuum in universa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua * super cœlos.

Ex ore infántium & lacténtium perfecisti laudem propter inimícos tuos, * ut destruas inimícum & ultórem.

Quóniam videbo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum; * lunam & stellas quæ tu fundasti.

Quid est homo, quòd memor es ejus? * aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, glóriâ & honóre coronasti eum, * & constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecisti sub pédibus ejus, * oves & boves universas, ínsu-

per & pécora campi;

Vólucres cœli, & pisces maris qui perámbulant sémitas maris.

Dómine, Dóminus noster, * quàm admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Psalmus 18.

CŒli enarrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi eructat verbum, * & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ neque sermónes, * quorum non audiantur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum: * in sole pósuit tabernaculum suum.

Et ipse tamquàm sponsus prócedens de thálamo suo, * exultávit ut gigas ad currendam viam.

A summo cœlo egréssio ejus, & occursus ejus usque ad summum ejus; * nec est qui se abscondat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta convertens ánimas: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in seculum seculi: * judícia Dómini vera, justificáta in semetipsa.

Desiderabília super aurum, & lápidem pretiósum multum, * & dulcióra super mel & favum:

Etenim servus tuus custódit ea; * in custodiendis illis retribútio multa.

Delicta quis intélligit? * ab occultis meis munda me, & ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti * tunc immaculatus ero, & emundábor à delicto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei, * & meditátio córdis mei in conspectu tuo semper.

Dómine, adjútor meus, * & redemptor meus.

Psalmus 44.

ERuctávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea regi.

Lingua mea * cálamus scribæ velóciter scribentis.

Speciósus formâ præ fíliis hóminum: diffúsa

eſt grátia in lábiis tuis; * proptéreà benedíxit te Deus in æternum.

Accíngere gládio tuo ſuper femur tuum, * Potentíſſime.

Spécie tuâ & pulchritúdine tuâ intende, * próſperè procéde,

Et regna propter veritátem, & manſuetúdinem, & juſtítiam; * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli ſub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in ſéculum ſéculi: * virga directiónis, virga regni tui.

Dilexiſti juſtítiam, & odiſti iniquitátem; * proptéreà unxit te, Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ conſórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cáſia à veſtimentis tuis, à dómibus ebúrneis; * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Aſtitit regína à dextris tuis in veſtítu deauráto, * circúmdata varietáte.

Audi, fília, & vide, & inclína aurem tuam; * & obliviſcere pópulum tuum, & domum patris tui:

Et concupiſcet rex decórem tuum, * quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus; & adorábunt eum.

Et fíliæ Tyri in munéribus: * vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus fíliæ regis ab intùs, * in fímbriis áureis, circumamicta varietátibus.

Adducentur regi vírgines poſt eam: * próximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætítia & exultatióne; * adducentur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati ſunt tibi fílii: * conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptéreà pópuli confitebuntur tibi in æternum, * & in ſéculum ſéculi.

Ant. Ave, grátiâ plena; Dóminus tecum: benedicta tu in muliéribus.

℣. Audi, fília, & vide, & inclína aurem tuam; ℞. Et concupiſcet rex decórem tuum.

Pater noſter, &c.

Lectiones infrà.

IN II. NOCTURNO.

Feriis III. & VI.

Ant. ſola. 8. c. Ecce.

Psalmus. 45.

DEus noster refúgium & virtus : * adjútor in tribulatiónibus quæ invenérunt nos nimìs.

Proptéreà non timébimus, dum turbábitur terra, * & transferentur montes in cor maris.

Sonuérunt & turbátæ sunt aquæ eórum : * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei : * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus; non commovébitur : * adjuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, & inclináta sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum, * suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram, * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confringet arma, * & scuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego sum Deus : * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum, * suscéptor noster Deus Jacob.

Psalmus 71.

DEus, judícium tuum regi da, * & justítiam tuam fílio regis,

Judicáre pópulum tuum in justítia, * & páuperes tuos in judício.

Suscípiant montes pacem pópulo, * & colles justítiam.

Judicábit páuperes pópuli, & salvos fáciet fílios páuperum, * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

Descendet sicut plúvia in vellus, * & sicut stillicídia stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus justítia, & abundántia pacis, * donec auferátur luna.

Et dominábitur à mari usque ad mare, * & à flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes, * & inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharsis, & ínsulæ múnera ófferent; * reges Arabum & Saba dona addúcent.

Et

Et adorábunt eum omnes reges terræ : * omnes gentes sérvient ei ;

Quia liberábit páuperem à potente, * & páuperem cui non erat adjútor.

Parcet páuperi & inopi, * & ánimas páuperum salvas fáciet.

Ex usúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum ; * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiæ, & adorábunt de ipso semper : * totâ die benedícent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis móntium, superextollétur super Líbanum fructus ejus; * & florebunt de civitáte sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in sécula : * ante solem pérmanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ : * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedictus Dóminus Deus Israel, * qui facit mirabília solus.

Et benedictum nomen majestátis ejus in æternum ; * & replébitur majestáte ejus omnis terra : Fiat, fiat.

Psalmus 84.

BEnedixisti, Dómine, terram tuam, * avertisti captivitátem Jacob.

Remisisti iniquitátem plebis tuæ, * operuisti ómnia peccáta eórum.

Mitigasti omnem iram tuam, * avertisti ab ira indignatiónis tuæ.

Converte nos, Deus salutáris noster, * & averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum irascéris nobis? * aut extendes iram tuam à generatióne in generatiónem?

Deus, tu conversus vivificábis nos, * & plebs tua lætábitur in te.

Ostende nobis, Dómine, misericórdiam tuam, * & salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus; * quóniam loquétur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos ; * & in eos qui convertuntur ad cor.

Verúmtamen prope timentes eum salutáre ipsíus, * ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia & véritas obviavérunt sibi : * justítia & pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est, * & justítia de cœlo prospexit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem; * & terra nostra dabit fructum suum.

Justítia ante eum ambulábit, * & ponet in via gressus suos.

Ant. Ecce concípies in útero, & páries fílium; & vocábis nomen ejus Jesum.

℣. Sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus: ℞. Deus in médio ejus.

Pater noster, &c.

Lectiones infrà.

IN III. NOCTURNO.

Feriâ IV. & Sabbato.

Ant. sola. 1. D. Quod nascétur.

Psalmus 86.

Fundamenta ejus in móntibus sanctis: * díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriósa dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylónis * sciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus Æthíopum; * hi fuérunt illìc.

Numquid Sion dicet: Homo & homo natus est in ea; * & ipse fundávit eam Altíssimus?

Dóminus narrábit in scriptúris populórum & príncipum, * horum qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium ómnium * habitátio est in te.

Psalmus 96.

Dominus regnávit, exultet terra * lætentur ínsulæ multæ.

Nubes & caligo in circúitu ejus: * justítia & judícium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: * vidit, & commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt à fácie Dómini; * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli justítiam ejus; * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes qui adórant sculptília, * & qui gloriantur in simulácris suis.

Adoráte eum, * omnes Angeli ejus.

Audívit, & lætáta est Sion: * & exultavérunt fíliæ Judæ propter judícia tua, Dómine;

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram: * nimis exaltátus

es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum : * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum; de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætítia.

Lætámini, justi, in Dómino, * & confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Psalmus 97.

CAntáte Dómino cánticum novum, * quia mirabília fecit.

Salvávit sibi déxtera ejus, * & bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum; * in conspectu géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ, * & veritátis suæ dómui Israel.

Vidérunt omnes términi terræ * salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo, omnis terra; * cantáte, & exultáte, & psállite.

Psállite Dómino in cíthara, * in cíthara & voce psalmi.

In tubis ductílibus & voce tubæ córneæ, * jubiláte in conspectu regis Dómini.

Moveátur mare, & plenitúdo ejus; * orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt à conspectu Dómini, * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justítia, * & pópulos in æquitáte.

Ant. Quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

℣. Descender sicut pluvia in vellus : ℟. Et replébitur majestáte ejus omnis terra.

Pater noster, &c.

Absolutio. II. Mach. 1.

DEus memínerit testamenti sui quod locútus est, & exáudiat oratiónes nostras.

Amen.

Bened. Deus det nobis illuminátos óculos cordis, ut sciamus quæ sit spes vocatiónis ejus in sanctis. ℟. Amen.

Lectio j. Isaïæ 7.

ADjécit Dóminus loqui ad Achaz, dicens : Pete tibi signum à Dómino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum suprà. Et dixit Achaz : Non petam, & non tentábo Dóminum. Et dixit : Audíte er-

go, domus David: Numquid parum vobis est molestos esse homínibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum: Ecce Virgo concípiet, & páriet fílium; & vocábitur nomen ejus, Emmánuel. Tu autem.

℟. Benedícam ei, & ex illa dabo fílium cui benedictúrus sum: * Constítuam pactum meum illi in fœdus sempitérnum. ℣. Hic erit magnus, & Fílius Altíssimi vocábitur; & regnábit in domo Jacob in æternum. * Constítuam.

Bened. Dignos nos fáciat in partem fortis sanctórum, qui erípuit nos de potestáte tenebrárum. ℟. Amen.

Lectio ij. Gal. 4.

QUanto témpore hæres párvulus est, nihil differt à servo, cùm sit dóminus ómnium; sed sub tutóribus & actóribus est, usque ad præfinítum tempus à patre: ita & nos, cùm essémus párvuli, sub elementis mundi erámus servientes. At ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus. Tu autem.

℟. Quod in ea natum est, de Spíritu sancto est: páriet autem fílium, * Ipse salvum fáciet pópulum suum à peccátis eórum. ℣. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi Dóminus. * Ipse.

Bened. Aperiantur óculi nostri, ut convertámur à ténebris ad lucem, & accipiámus sortem inter sanctos. ℟. Amen.

Lectio iij. Apoc. 11 & 12.

APertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca testamenti ejus in templo ejus: & facta sunt fúlgura, & voces, & terræ motus, & grando magna. Et signum magnum appáruit in cœlo: Múlier amicta sole, & luna sub pédibus ejus, & in cápite ejus coróna stellárum duódecim. Tu autem.

℟. Deus ex sémine David * Secundum promissiónem eduxit Israel salvatórem Jesum. ℣. Jurávit Dóminus David veritátem: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. * Secundum. Glória Patri. * Secundum.

Non dicitur. Te Deum.

℣. *Sacerd.* Confiteantur tibi pópuli, Deus: ℞. Terra dedit fructum suum.

Si Laudes non sequantur, dicitur hìc Oratio, Concéde. *ut infrà ad Sextam.* lxviij.

AD LAUDES.

℣. Deus, in adjutorium.

Ant. sola. 4. A. Benedícta tu.

Psalmus 66.

DEus misereátur nostrî, & benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostrì;

Ut cognoscámus in terra viam tuam, * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteantur tibi pópuli, Deus, * confiteantur tibi pópuli omnes.

Lætentur & exultent gentes, quóniam júdicas pópulos in æquitáte, * & gentes in terra dírigis.

Confiteantur tibi pópuli, Deus, confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus; * & métuant eum omnes fines terræ.

Psalmus 92.

DOminus regnávit, decórem indutus est: * indútus est Dóminus fortitúdinem, & præcinxit se.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc: * à seculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine, * elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, * à vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Psalmus 99.

JUbiláte Deo, omnis terra; * servite Dómino in lætítia.

Introíte in conspectu ejus * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus: * ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Pópulus ejus, & oves páscuæ ejus, introíte portas ejus in confessióne: átria ejus in hymnis, * confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, * quóniam suávis est Dóminus.

In ætetnum misericórdia ejus, * & usque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Canticum. Zach. 2.

LAudáte & lætáre, fília Sion; * quia ecce ego vénio, & habitábo in médio tuî, ait Dóminus.

Et applicabuntur gentes multæ ad Dóminum in die illa, * & erunt mihi in pópulum, & habitábo in médio tuî.

Et scies quia Dóminus exercituum * misit me ad te.

Et possidébit Dóminus Juda partem suam in terra sanctificáta; * & éliget adhuc Jerúsalem.

Síleat omnis caro à fácie Dómini, * quia consurrexit de habitáculo sancto suo.

Psalmus 150.

LAudáte Dóminum in sanctis ejus: * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum secundum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro: * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis benèsonántibus; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Ant. Benedicta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui.

Capitulum. Jerem. 31.

CReávit Dóminus novum super terram: Fémina circúmdabit virum.

Hym. Nunc auróra. liij.

℣. Recordátus est Dóminus misericórdiæ suæ,

℟. Et veritátis suæ dómui Israel.

Ad Bened. Ant. 3. 'à. Beáta quæ credidisti; quóniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Dómino.

Oratio.

DEus, qui de beátæ Maríæ vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscípere voluisti: præsta supplícibus tuis, ut qui verè eam genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur; Per eumdem.

Fiunt commemorationes.

AD PRIMAM.

Hymnus.

MEmento, de Deo Deus,
Quòd matre natus Vírgine,

Nostrî misertus, pérditi
Mundi redemptor véneris.
Et nos, Dei Virgo parens,
Vultu benigno réspice:
Placábilem tuâ prece
Fac esse nobis Fílium.
Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

Psalm. Deus, in nómine. 88. Cantáte.... omnis terra. 35. Laudáte Dóminum. 109. *sub Ant.* 2. D. Fílius Dei factus est ei ex sémine David secundum carnem.

Capitulum. Isaïæ. [illegible]

EGrediétur virga [illegible] díce Jesse, & flos de radíce ejus ascendet, & requiescet super eum Spíritus Dómini.

℟. *br.* Semen ejus * In æternum manébit. Semen. ℣. Et thronus ejus sicut sol * in conspectu meo, * In. Glória Patri. Semen.

℣. Dominábitur à mari usque ad mare, ℟. Et usque ad términos orbis terrárum.

Oratio.

PRótege, Dómine, [illegible] subsidiis pacis; & beátæ Maríæ semper vírginis patrocíniis confidentes, à cunctis hóstibus & perículis redde secúros; Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Hymnus, Memento. *suprà.*

Psalm. Ad Dóminum 55. Levávi 40. Lætátus sum. 55. *sub Ant.* 4. d. De María natus est Jesus, qui vocátur Christus.

Capitulum. Isaïæ. 7.

DAbit Dóminus ipse vobis signum: Ecce Virgo concípiet, & páriet fílium; & vocábitur nomen ejus, Emmánuel.

℟. *br.* Deus in medio ejus; * Non commovébitur. Deus. ℣. Adjuvábit eam * manè dilúculo: * Non. Glória Patri. Deus.

℣. Elégit eam Dóminus. ℟. In habitatiónem sibi.

Oratio.

DEus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcundâ, humáno géneri præmia præstitisti: tríbue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum.

AD SEXTAM.

Hymnus, Memento. *ſuprà.*

Pſal. Ad te levávi. 71. Niſi quia. 40. Qui confídunt. 71. *ſub Ant.* 7. d. Péperit fílium maſculum, qui rectúrus erat omnes gentes.

Capitulum. Mich. 5.

EGrediétur qui ſit dominátor in Iſrael; & egreſſus ejus ab inítio, à diébus æternitátis. Propter hoc dabit eos uſque ad tempus in quo parturiens páriet; & relíquiæ fratrum ejus convertentur ad fílios Iſrael.

℟. *br.* Homo * Natus eſt in ea. Homo. ℣. Et ipſe fundávit eam * Altíſſimus. * Natus eſt. Glória. Homo.

℣. Ipſe tanquàm ſponſus. ℟. Procédens de thálamo ſuo.

Oratio.

COncéde, miséricors Deus, fragilitáti noſtræ præſídium; ut qui ſanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, interceſſiónis ejus auxílio, à noſtris iniquitátibus reſurgámus; Per eumdem.

AD NONAM.

Hymnus, Memento. lxv.

Pſ. In convertendo. 41. Niſi Dóminus. 71. Beáti omnes. 117. *ſub Ant.* 1. g. Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ ſuxiſti.

Capitulum. Galat. 4.

UBi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℟. *br.* Miſericórdia & véritas * Obviavérunt ſibi. Miſericórdia. ℣. Juſtítia & pax * oſculátæ ſunt, * Obviavérunt ſibi. Glória Patri. Miſericórdia.

℣. Véritas de terra orta eſt, ℟. Et juſtítia de cælo proſpexit.

Oratio.

FAmulórum tuórum, quæſumus, Dómine, delictis ignoſce; ut qui tibi placére de áctibus noſtris non valémus, Genitrícis Fílii tui Dómini noſtri interceſſióne ſalvémur; Per.

AD VESPERAS.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. ſola. 3. c. In me ancilla.

Pſalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo: * Sede à dextris meis:

Donec ponam inimícos tuos * scabellum pédum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion : * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum : * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum : * Tu es Sacerdos in æternum secundum órdinem Melchísedech.

Dóminus à dextris tuis : * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas, * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrente in via bibet ; * proptéreà exaltábit caput.

Psalmus 112.

LAudáte, púeri, Dóminum : * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc, & usque in séculum.

A solis ortu usque ad occásum * laudábile nomen Dómini.

Excelsus super omnes gentes Dóminus, * & super cœlos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * & humília réspicit in cœlo & in terra ;

Súscitans à terra ínopem, * & de stércore érigens páuperem.

Ut cóllocet eùm cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui ;

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætantem.

Psalmus 121.

LÆtátus sum in hís quæ dicta sunt mihi : * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri * in átriis tuis, Jerúsalem.

Jerúsalem quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idipsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini ; * testimónium Israel, ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illìc sedérunt sedes in judício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem, * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

Psalmus 126.

NIsi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustrà vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere : * súrgite, postquàm sedéritis, qui manducátis panem dolóris, cùm déderit dilectis suis somnum.

Ecce hæréditas Dómini, filii; * merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis, * ita filii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis; * non confundétur, cùm loquétur inimícis suis in porta.

Psalmus 147.

LAuda, Jerúsalem, Dóminum: * lauda Deum tuum, Sion;

Quóniam confortávit seras portárum tuárum, * benedixit fíliis tuis in te;

Qui pósuit fines tuos pacem, * & ádipe fruménti sátiat te;

Qui emittit éloquium suum terræ, * velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam, * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas : * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emittet verbum suum, & liquefáciet ea : * flabit spíritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob, * justítias & judícia sua Israel.

Non fecit táliter omni natióni; * & judícia sua non manifestávit eis.

Ant. In me ancillâ suâ adimplévit Dóminus misericórdiam suam quam promísit dómui Israel.

Capitulum. Eccli. 24.

QUi créavit me, requiévit in tabernáculo meo, & dixit mihi : In Jacob inhábita, & in Israel hæreditáre, & in electis meis mitte radíces. Et sic in Sion firmáta sum.

Hymnus.

AVe, maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper virgo,
Felix cœli porta.

Sumens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce,
Monstra te esse matrem;
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.
Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solútos;
Mites fac & castos.
Vitam præsta puram,
Iter para tutum;
Ut, videntes Jesum,
Semper collætémur.
Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui sancto;
Tribus honor unus.
Amen.

℣. Anima mea exultábit in Dómino : ℟. Et delectábitur super salutári suo.

Ad Magníf. *Ant.* 8. *G.* Beátam me dicent omnes generatiónes, quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus.

Oratio.

Cordibus nostris, quæsumus, Dómine, grátiam tuam benignus infunde; &, intercedente sanctíssima Dei genitríce María, córpora nostra castitáte, & mentes nostras humilitáte & caritáte sanctífica; Per eumdem.

Fiunt commemorationes.

AD COMPLETORIUM.

℣. Convérte nos.

℣. Deus, in adjutórium.

Psalm. Sæpè expugnavérunt. 100. De profundis. 71. Dómine, non est. 72. *sub Ant.* 5. a. In omni gente quæ audíerit nomen tuum, magnificábitur super te Deus Israel.

Hymnus.

Virgo Dei génitrix, quem totus non capit orbis,
In tua se clausit víscera, factus homo.
Hinc méritò dicent te sécula cuncta beátam:
Hinc pópuli matrem te dominamque colunt.
Súscipe, quos pia plebs tibi péndere certat, honóres:
Annue, sollícitâ quam prece poscit, opem.
Glória magna Patri, compar sit glória Nato:
Ambórum tibi par, Spíritus alme, decus.
Amen.

Capitulum. Judith. 13.

NOmen tuum Dóminus ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fúerint virtútis Dómini in ætérnum.

℟. *br.* Vultum tuum * Deprecabuntur. Vultum. ℣. Omnes dívites * plebis. * Deprecabuntur. Glória. Vultum.

℣. Mémores erunt nóminis tui. ℟. In omni generatióne & generatiónem.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 4. E. Memoráre diérum humilitátis tuæ; & ínvoca Dóminum, & lóquere Regi pro nobis, & líbera nos de morte.

Oratio.

BEátæ & gloriósæ semperque vírginis Maríæ, quǽsumus, Dómine, intercéssio gloriósa nos prótegat, & ad vitam perdúcat ætérnam; Per Dóminum.

¶ *Tempore Paschali, si dicatur Officium parvum, fit ut suprà, addendo semel,* Allelúia, *in fine Invitatorii, & Antiph. & bis* Allelúia, *in fine Responsoriorum etiam brevium.*

Absolutio. I. Petr. 1.

BEnedíctus Deus qui secúndum misericórdiam suam magnam regenerávit nos in spem vivam, per resurrectiónem Jesu Christi ex mórtuis. Amen.

1. *Bened.* Confiteámur in ore, & in corde credámus quòd Deus suscitávit Jesum à mórtuis. Amen.

2. Interpellet pro nobis Christus, qui mórtuus est, & resurrexit. Amen.

3. Spíritus ejus qui suscitávit Jesum à mórtuis hábitet in nobis. Amen.

Non dicitur Te Deum.

Dicitur ad Laudes & Vesperas tantùm, Oratio, Deus, qui per resurrectiónem, *ut suprà*, lv.

Non dicuntur suffragia, sed tantùm commemoratio de Cruce, Tempore Paschali.]

PROSA DE BEATA,

ad devotionem.

INvioláta, íntegra & casta es, María:

Quæ es effécta fúlgida cœli porta.

O mater alma Christi caríssima,

Súscipe pia laudum præcónia.

Nostra ut pura péctora sint & córpora,

Te nunc flágitant devóta corda & ora.

Tua per precáta dulcísona,

Nobis

Nobis concédas véniam per sécula.

O benigna! O benigna! O benigna!

Quæ sola inviolata permansisti.

℣. Veritas de terra orta est, ℟. Et justítia de cœlo prospexit.

Oratio.

FAmulórum tuórum, quæsumus, Dómine, delíctis ignosce; ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, Genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur; Per eumdem Dóminum.

℟. Amen.

PSALMI PŒNITENTIALES.

Psalmus 6.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miserére meî, Dómine, quóniàm infirmus sum: * sana me, Dómine, quóniàm conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valdè; * sed tu, Dómine, úsquequò?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam;

Quóniàm non est in morte, qui memor sit tuî: * in inferno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per singulas noctes lectum meum, * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus, * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite à me omnes qui operámini iniquitátem; * quóniàm exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam: * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei: * convertantur & erubescant valdè velóciter.

Psalmus 31.

BEáti quorum remissæ sunt iniquitátes, * & quorum técta sunt peccáta.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec est in spíritu ejus dolus.

Quóniàm tácui, inveteravérunt ossa mea, * dùm clamárem totâ die.

Quóniàm die ac nocte graváta est super me manus tua, * conversus sum in ærumna mea, dùm confígitur spina.

Delictum meum cógnitum tibi feci, * & injustítiam meam non abscondi.

Dixi : Confitébor adversùm me injustítiam meam Dómino; * & tu remisisti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis sanctus * in témpore opportúno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatióne quæ circúmdedit me : * exultátio mea, érue me à circumdántibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac quâ gradiéris : * firmábo super te óculos meos.

Nolíte fíeri sicut equus & mulus, * quibus non est intellectus.

In camo & fræno maxillas eórum constringe, * qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatóris : * sperantem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino & exultáte, justi; * & gloriámini, omnes recti corde.

Psalmus 37.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me;

Quóniàm sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, * & confirmasti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea à fácie iræ tuæ : * non est pax óssibus meis à fácie peccatórum meórum.

Quóniàm iniquitátes meæ supergressæ sunt caput meum : * & sicut onus grave graváta sunt super me.

Putruérunt & corruptæ sunt cicatríces meæ, * à fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum & curvátus sum usque in finem : * totâ die contristátus ingrediébar.

Quóniàm lumbi mei impléti sunt illusiónibus; * & non est sánitas in carne mea.

Afflictus sum & humiliátus sum nimìs : * rugiébam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum; * & gémitus meus à te non est abscónditus.

Cor meum conturbátum est, derelíquit me virtus mea; * & lumen oculórum meórum. & ipsum non est mecum.

Amíci mei, & próximi mei * adversùm me appropinquavérunt & stetérunt.

Et qui juxta me erant, de longè steterunt: * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes, * & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tanquàm surdus non audiébam, * & sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens, * & non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniàm in te, Dómine, sperávi; * tu exáudies me, Dómine, Deus meus.

Quia dixi: Nequandò supergáudeant mihi inimíci mei; * &, dùm commoventur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniàm ego in flagella parátus sum; * & dolor meus in conspectu meo semper.

Quóniàm iniquitátem meam annuntiábo; * & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti sunt super me; * & multiplicáti sunt qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi; * quóniàm sequébar bonitátem.

Ne derelinquas me, Dómine Deus meus; * ne discésseris à me.

Intende in adjutórium meum, * Dómine Deus salútis meæ.

Psalmus 50.

Miserére meî, Deus, * secundùm magnam misericórdiam tuam.

Et secundùm multitúdinem miseratiónum tuárum * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me;

Quóniàm iniquitátem meam ego cognosco, * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci; * ut justificéris in sermónibus

tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incerta & occulta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, & mundábor: * lavábis me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam; * & exultábunt ossa humiliáta.

Averte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus; * & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua, * & Spíritum sanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui; * & spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas; * & ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ; * & exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries; * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniàm si voluísses sacrifícium, dedíssem útique; * holocaústis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum & humiliátum, Deus, non despícies.

Benignè fac Dómine, in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificentur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes & holocaústa; * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Psalmus 101.

DOmine, exáudi oratiónem meam; * & clamor meus ad te véniat.

Non avertas fáciem tuam à me: * in quacumque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacumque die invocávero te, * velóciter exaudi me;

Quia defecérunt sicut fumus dies mei, * & ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percussus sum ut fœnum, & áruit cor meum; * quia oblitus sum comédere panem meum.

A voce gémitûs mei * adhæsit os meum carni meæ.

Símilis factus sum pel-

ticáno solitúdinis : * factus sum sicut nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, * & factus sum sicut passer solitárius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei; * & qui laudábant me, adversùm me jurábant.

Quia cínerem tanquàm panem manducábam, * & potum meum cum fletu miscébam,

A fácie iræ & indignatiónis tuæ; * quia élevans allisísti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt; * & ego sicut fœnum árui.

Tu autem, Dómine, in ætérnum pérmanes; * & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Tu exurgens miserébeꝛis Sion, * quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus;

Quóniàm placuérunt servis tuis lápides ejus, * & terræ ejus miserebuntur.

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, * & omnes reges terræ glóriam tuam;

Quia ædificávit Dóminus Sion, * & vidébitur in glória sua.

Respexit in oratiónem humílium, * & non sprevit precem eórum.

Scribantur hæc in generatióne áltera : * & pópulus qui creábitur, laudábit Dóminum;

Quia prospexit de excelso sancto suo : * Dóminus de cœlo in terram aspexit,

Ut audiret gémitus compeditórum; * ut sólveret fílios interemptórum;

Ut annúntient in Sion nomen Dómini, * & laudem ejus in Jerúsalem,

In conveniendo pópulos in unum, & reges; * ut sérviant Dómino.

Respondit ei in via virtútis suæ : * Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoces me in dimídio diérum meórum : * in generatiónem & generatiónem anni tui.

Inítio tu, Dómine, terram fundasti : * & ópera mánuum tuarum sunt cœli.

Ipsi períbunt; * tu autem pérmanes :

Et omnes sicut vestimentum veterascent; * & sicut opertórium mutabis eos, & mutabuntur.

Tu autem idem ipſe es, * & anni tui non defícient.

Fílii ſervórum tuórum habitábunt; * & ſemen eórum in ſéculum dirigétur.

Pſalmus 129.

DE profundis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſervéveris, Dómine; * Dómine, quis ſuſtinébit?

Quia apud te propitiátio eſt, * & propter legem tuam ſuſtínui te, Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus, * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem * ſperet Iſrael in Dómino;

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio;

Et ipſe rédimet Iſrael * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Pſalmus 142.

DOmine, exaudi oratiónem meam: * áuribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua; exaudi me in tua juſtítia.

Et non intres in judícium cum ſervo tuo; * quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam: * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos ſéculi, * & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus: in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquórum meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te: * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine; * defécit ſpíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à me; * & ſímilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam; * quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem; * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis

meis, Dómine; ad te confúgi: * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam; * & in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam; * quóniam ego servus tuus sum.

Ant. Dómine, memor esto meî, & ne vindíctam sumas de peccátis meis, neque reminiscáris delícta mea, vel paréntum meórum.

LITANIÆ.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.
Christe, audi nos. Christe, exaudi nos.
Pater de cœlis, Deus, miserére nobis.
Fili redemptor mundi, Deus, miserére nobis.
Spíritus sancte, Deus, miserére nobis.
Sancta Trínitas unus Deus, miserére nobis.
Sancta María, Ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo vírginum, ora pro nobis.
Sancte Míchael, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphael, ora pro nobis.
Omnes sancti Angeli & Archángeli, oráte pro nobis.
Omnes sancti beatórum Spirítuum órdines, oráte pro nobis.
Sancte Joannes Baptista: ora pro nobis.
Omnes sancti Patriarchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe; (*Zeb.*) ora pro nobis.
Sancte Joannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora pro nobis.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe; ora.
Sancte Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apóstoli & Evangelistæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocentes,

oráte pro nobis.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Fabiáne, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Irenæe cum sóciis tuis, ora.
Sancte Dionysi cum sóciis tuis, ora.
Sancti Agoarde & Agliberte, oráte.
Sancti Cosma & Damiáne, oráte.
Sancti Gervási & Protási, oráte pro nobis.
Sancte Præjecte, ora.
Sancte Justíne, ora.
Sancte Lucáne, ora.
Sancte Victor, ora.
Sancte Sebastiáne, ora.
Sancte Maurici cum sóciis tuis, ora.
Sancte Hippólyte cum sóciis tuis, ora.
Omnes sancti Mártyres, oráte pro nobis.
Sancte Sylvester, ora.
Sancte Grégori, ora.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Hilári, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Cæsári, ora.
Sancte Remígi, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Sancte Marcelle, ora.
Sancte Germáne, ora.
Sancte Landeríce, ora.
Sancte Ceraune, ora.
Sancte Gendulfe, ora.
Sancte Exúperi, ora.
Sancte Maglóri, ora.
Sancte Elígi, ora.
Omnes sancti Pontífices & Confessóres, oráte.
Omnes sancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Maure, ora.
Sancte Maturíne, ora.
Sancte Mederíce, ora.
Sancte Leufréde, ora.
Sancte Severíne, ora.
Sancte Clodoalde, ora.
Sancte Droctovæe, ora.
Sancte Fiácri, ora.
Sancte Bernárde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Francísce, ora.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Roche, ora.
Omnes sancti Sacerdótes & Levítæ, oráte.
Omnes sancti Mónachi & Eremítæ, oráte.
Sancta Anna, ora.
Sancta María Magdaléne, ora pro nobis.
Sancta Thecla, ora.
Sanctæ Perpétua & Felícitas, oráte.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Anastásia, ora.

Sancta Genovéfa, ora.
Sancta Aurea, ora.
Sancta Opportúna, ora.
Sancta Clotildis, ora.
Sancta Bathildis, ora.
Sancta María Ægyptia, ora pro nobis.
Omnes sanctæ Vírgines & Víduæ, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.
Propítius esto, Parce nobis, Dómine.
Propítius esto, Exaudi nos, Dómine.
Ab omni malo, Líbera nos, Dómine.
Ab omni peccáto, líbera.
Ab ira tua, líbera.
A subitánea & improvísa morte, líbera.
Ab insídiis diáboli, líbera.
Ab immundis cogitatiónibus, líbera.
A spíritu fornicatiónis, líbera nos, Dómine.
Ab ira, & ódio, & omni mala voluntáte, líbera nos Dómine.
A fúlgure & tempestáte, líbera nos, Dómine.
A morte perpétua, líbera.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per adventum tuum, líbera.
Per nativitátem tuam, líbera nos, Dómine.
Per baptísmum & sanctum jejúnium tuum, líbera.
Per crucem & passiónem tuam, líbera.
Per mortem & sepultúram tuam, líbera.
Per sanctam Resurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Ascensiónem tuam, líbera.
Per adventum Spíritûs sancti paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus, audi nos.
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus, audi nos.
Ut remissiónem peccatórum nostrórum nobis dones, te.
Ut compunctiónem cordis, fontemque lacrymárum nobis dones, te rogámus, audi nos.
Ut fidem, spem & caritátem nobis dones, te.
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere & conserváre dignéris, te.
Ut Domnum Apostólicum, & omnes gradus Ecclésiæ in sancta religióne conserváre dignéris, te.
Ut Antístitem nostrum, & omnes congregatiónes illi commissas, in tuo sancto obséquio conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut regem noſtrum cuſto-
díre dignéris, te.
Ut inimícos ſanctæ Ecclé-
ſiæ humiliáre dignéris,
te rogámus, audi nos.
Ut Régibus & Princípi-
bus Chriſtiánis pacem
& veram concórdiam
donáre dignéris, te.
Ut cuncto pópulo Chri-
ſtiáno pacem & unitá-
tem largíri digneris,
te rogámus, audi nos.
Ut noſmetipſos in tuo
ſancto ſervítio confor-
táre & conſerváre di-
gnéris, te.
Ut mentes noſtras ad cœ-
léſtia deſidéria érigas,
te rogámus, audi nos.
Ut ómnibus benefactóri-
bus noſtris ſempiterna
bona retríbuas, te.
Ut ánimas noſtras, fra-
trum, propinquórum,
& benefactórum no-
ſtrórum, ab æterna
damnatióne erípias,
te rogámus, audi nos.
Ut fructus terræ dare &
conſerváre dignéris,
te rogámus, audi nos.
Ut ómnibus fidélibus de-
functis réquiem æter-
nam donáre dignéris,
te rogámus, audi nos.
Ut nos exaudíre dignéris,
te rogámus, audi nos.
Fili Dei, te rogámus,
audi nos.

Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, Parce
nobis, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, Exau-
di nos, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, Miſe-
rére nobis.

Kyrie, eléiſon. Chriſte,
eléiſon. Kyrie, eléiſon.
Pater noſter. *uſque ad*
℣. Et ne nos indúcas in
tentatiónem; ℟. Sed lí-
bera nos à malo.

℣. Dómine, non ſe-
cundùm peccáta noſtra
fácias nobis: ℟. Neque
ſecundùm iniquitátes no-
ſtras retríbuas nobis.

℣. Eſto nobis, Dó-
mine, turris fortitúdinis,
℟. A fácie inimíci.

℣. Orémus pro Paſtó-
re noſtro *N.* ℟. Dóminus
conſervet eum, & vivífi-
cet eum.

℣. Pro Rege noſtro *N.*
℟. Dómine, ſalvum fac
Regem; & exaudi nos
in die quâ invocavéri-
mus te.

℣. Pro benefactóribus
noſtris. ℟. Deus omnem
grátiam abundáre fáciat
in illis, & áugeat incre-
menta frugum juſtítiæ il-
lórum.

℣. Pro cunctis fidéli-
bus defunctis. ℟. Edúcat

eos Dóminus in lucem, & vídeant justítiam ejus.

℣. Pro infirmis, afflictis, captivis & peregrínis. ℟. Líbera eos, Deus, ex ómnibus tribulatiónibus suis.

℣. Pro fràtribus nostris abséntibus. ℟. Bénefac, Dómine, bonis & rectis corde.

℣. Memor esto congregatiónis tuæ, ℟. Quam possedisti ab inítio.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam: ℟. Et clamor meus ad te véniat.

Psalmus, Deus, in adjutórium. lxxxviij. ℣. Dómine, exaudi, &c. Dóminus vobiscum.

Orémus.

DEus, cui próprium est miseréri semper, & párcere: súscipe deprecatiónem nostram; ut nos, & omnes fámulos tuos quos delictórum caténa constringit, miserátio tuæ pietátis clementer absolvat.

EXaudi, quæsumus, Dómine, súpplicum preces, & confiténtium tibi parce peccátis; ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benignus & pacem.

INeffábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam clementer ostende; ut simul nos & à peccátis ómnibus éxuas; & à pœnis quas pro his merémur, erípias.

DEus, qui culpas delinquéntium districtè feriendo pércutis, fletus quoque lugéntium non recusas: quæsumus, ut qui pondus tuæ animadversiónis cognóvimus, pietátis tuæ grátiam sentiámus.

OMnípotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro *N.* & dírige eum secundùm tuam cleméntiam in viam salútis ætérnæ; ut, te donante, tibi plácita cúpiat, & totâ virtúte perfíciat.

QUæsumus, omnípotens Deus, ut fámulus tuus Rex noster *N.* qui tuâ miseratióne suscépit regni gubernácula; virtútum étiam ómnium percípiat incrementa; quibus decenter ornátus, vitiórum monstra devitáre, hostes superáre; & ad te, qui via, véritas & vita es, gratiósus váleat perveníre.

DEus, à quo sancta desidéria, recta consília & justa sunt ópera: da servis tuis illam, quam

mundus dare non potest, pacem; ut & corda nostra mandátis tuis dédita, &, hóstium sublátâ formídine, témpora sint tuâ protectióne tranquilla.

URe igne sancti Spíritûs renes nostros, & cor nostrum, Dómine; ut tibi casto córpore serviámus, & mundo corde placeámus.

ACtiónes nostras, quæsumus, Dómine, aspirando præveni, & adjuvando proséquere; ut cuncta nostra orátio & operátio à te semper incípiat, & per te cœpta finiátur.

FIdélium, Deus, ómnium cónditor & redemptor, animábus famulórum famularumque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequantur.

OMnípotens sempiterne Deus, qui vivórum domináris simul & mortuórum, omniumque miseréris, quos tuos fide & ópere futúros esse præ-noscis: te súpplices exorámus ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel præsens séculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscépit; intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntiâ, ómnium delictórum suórum véniam consequantur; Per Christum.

℞. Amen.

ORDO
COMMENDATIONIS ANIMÆ
ANTE DECESSUM.

Primùm dicuntur Litaniæ breves in hunc modum.

KYrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Sancta María, Ora pro eo [*vel* ea.]

Omnes sancti Angeli, oráte pro eo. [*vel* ea]

Sancte Abel, ora.

Omnis

Omnis chorus Justórum, ora pro eo [*vel* ea.]
Sancte Abraham, ora.
Sancte Joannes Baptista, ora pro eo [*vel* ea.]
Omnes sancti Patriarchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Joannes, ora.
Omnes sancti Apóstoli & Evangelistæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocentes, oráte pro eo [*vel*. ea.]
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Dionysi cum sóciis tuis, ora.
Omnes sancti Mártyres, oráte pro eo [*vel* ea.
Sancte Sylvester, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Francisce, ora.
Omnes sancti Confessóres, oráte pro eo [*vel* ea.]
Sancta María Magdaléne, ora pro eo [*vel* ea.]
Sancta Thecla, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Genovéfa, ora.
Omnes sanctæ Vírgines, oráte pro eo [*vel* ea.]
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercédite pro eo [*vel*. ea.]

Propítius esto, Parce ei, Dómine.
Propítius esto, Adjuva eum, [*vel* eam,] Dómine.
Propítius esto, Líbera eum [*vel* eam,] Dómine.
Ab ira tua, líbera.
A mala morte, líbera.
A potestáte diáboli, líbera.
A pœnis inferni, líbera.
Per Nativitátem tuam, líbera eum, [*vel* eam,] Dómine.
Per crucem & passiónem tuam, líbera.
Per mortem & sepultúram tuam, líbera.
Per gloriósam Resurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Ascensiónem tuam, líbera.
Per grátiam Spíritûs sancti paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, te rogámus, audi nos.
Ut ei parcas, te rogámus.
Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Deindè, cùm in agone sui exitûs anxiatur anima, dicitur :

PRoficíscere, ánima christiána, de hoc mundo, in nómine Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit : In nomine Jesu Christi Fílii Dei vivi, qui pro te passus est;

In nómine Spíritûs sancti, qui in te effúsus est. Egrediénti de córpore áditus tibi páteat ad Sion montem, civitátem Dei viventis, Jerúsalem cœlestem & multórum Angelórum frequéntiam, & Ecclésiam primitivórum qui conscripti sunt in cœlis. Exurgat Deus, & dissipentur omnes potestátes tenebrárum; fúgiant cuncta spirituália nequítiæ in cœléstibus, & ovem pretióso Christi sánguine redemptam violáre non áudeant. Líberet te à cruciátu Christus, qui pro te crucifixus est. Líberet te ab ætérna morte Christus, qui pro te mori dignátus est: ovem suam te bonus pastor agnoscat, atque in electórum suórum grege constítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas; & præsens semper assistens manifestíssimam beátis óculis aspícias veritátem in sécula seculórum.

℟. Amen.

COmmendámus tibi, Dómine, ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ]; precámurque te, Dómine Jesu Christe, Salvátor mundi, ut propter quam ad terram misericórditer descendisti, eam in pace suscípias, & in sinu Abrahæ per manus sanctórum Angelórum collocáre dignéris. Agnosce, Dómine Jesu, creatúram tuam, per te renátam ex aquâ & Spíritu sancto, consecrátam signo crucis tuæ, nutrítam córpore & sánguine tuo, & in Ecclesiæ tuæ sinu verbo veritátis instructam. Ne péreat prétium quod pro ejus æternâ redemptióne persolvisti. Delicta juventútis ejus & ignorántias clementer indulge. Ne memíneris iniquitatum ejus antiquárum, quas suscitávit furor mali desidérii: sed memento miseratiónum tuárum, & glóriæ nóminis tui. Licèt enim peccáverit, tamen in te sperávit & crédidit, teque Deum & salvatórem suum unà cum Patre & Spíritu sancto fidéliter adorávit.

℟. Amen.

Psalmus 3.

DOmine, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me? * multi insurgunt adversùm me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, suscéptor meus es, * glória mea, & exáltans caput meum.

Voce meâ ad Dóminum clamávi, & exaudívit me de monte sancto suo.

Ego dormívi & soporátus sum, * & exurrexi, quia Dóminus suscépit me.

Non timébo míllia pópuli circumdantis me : exurge, Dómine; * salvum me fac, Deus meus.

Quóniàm tu percussísti omnes adversantes mihi sine causa : * dentes peccatórum contrivisti.

Dómini est salus; * & super pópulum tuum benedíctio tua.

Glória Patri, &c.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie eléison. Pater. ℣. Et ne nos, &c. ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Salvum me fac, Deus, ℟. Quóniàm intravérunt aquæ usque ad ánimam meam.

℣. In multitúdine misericórdiæ tuæ exaudi me: ℟. In veritáte salútis tuæ.

℣. Eripe me de luto, ut non infígar : ℟. Libera me ab iis qui odérunt me, & de profundis aquárum.

℣. Non me demergat tempestas aquæ, neque absórbeat me profundum: ℟. Neque úrgeat super me púteus os suum.

℣. Exurge in adjutórium mihi : ℟. Dic ánimæ meæ : Salus tua ego sum.

℣. Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me & confundantur; ℟. Quóniàm tu, Dómine, adjuvisti me, & consolátus es me.

Orémus.

Unigénite & dilecte Fili Dei vivi, qui pro redemptióne mundi voluisti in præsépio nasci, à Judæis reprobári, à Juda proditóre ósculo tradi, vínculis alligári, sicut Agnus ad víctimam duci, flagellis & cólaphis cædi, sputis fœdari, spinis coronári, cruci affígi, cum sceleràtis deputári, & inter acerbíssimos dolóres expiráre: quæsumus ut per has sanctíssimas pœnas tuas, & per crucem ac mortem tuam, liberáre dignéris fámulum tuum *N.* *vel* (fámulam tuam *N.*) à pœnis inferni, & perdúcere quò perduxisti latrónem tecum crucifixum; Qui cum Patre & Spíritu sancto vivis & regnas Deus.

℟. Amen.

Posteà legitur de Passione Domini nostri Jesu Christi.

(Ex Matth. Marc. Luc.)

ASsumit Jesus Petrum, & Jacóbum, & Joannem secum; & cœpit pavére, & tædére, contristári, & mœstus esse. Tunc ait illis: Tristis est ánima mea usque ad mortem; sustinéte hìc, & vigiláte mecum. Et, progressus pusillùm, pósitis génibus, orábat, dicens: Pater, si vis, transfer cálicem istum à me: verúmtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Appáruit autem illi Angelus de cœlo, confortans eum. Et prócidit super terram in fáciem suam, orans; & factus in agónia, prolíxiùs orábat, ut, si fíeri posset, transíret ab eo hora. Et dixit: Abba Pater, si possíbile est, tránseat à me calix iste: ómnia tibi possibília sunt; transfer cálicem hunc à me: sed non quod ego volo, sed quod tu. Et factus est sudor ejus, sicut guttæ sánguinis decurrentis in terram.

Psalmus 69.

DEus, in adjutórium meum intende: * Dómine, ad adjuvandum me festína.

Confundantur & revereantur, * qui quærunt ánimam meam.

Avertantur retrorsùm & erubescant, * qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & læténtur in te omnes qui quærunt te; * & dicant semper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego verò egénus & pauper sum: * Deus ádjuva me.

Adjútor meus & liberátor meus es tu: * Dómine, ne moréris.

Glória Patri, &c.

℣. Exaudi, Deus, oratiónem meam, & ne despéxeris deprecatiónem meam: ℞. Intende mihi, & exaudi me.

℣. Cor meum conturbátum est in me: ℞. Et formído mortis cécidit super me.

℣. Timor & tremor venérunt super me: ℞. Et contexérunt me ténebræ.

℣. Ego autem in te sperávi, Dómine; ℞. Dixi: Deus meus es tu; in mánibus tuis fortes meæ.

℣. Illúmina óculos meos, ne unquàm obdórmiam in morte; ℟. Nequandò dicat inimícus meus: Præválui adversùs eum.

℣. Custódi ánimam meam, & érue me: ℟. Non erubescam; quóniàm sperávi in te.

Orémus.

DOmine Jesu Christe, cleméntiam tuam humíliter implorámus, per illam ánimæ tuæ tristítiam usque ad mortem, & per agóniam quam, instante passióne, pertulisti, quandò factus est sudor tuus sicut guttæ sánguinis decurrentis in terram: succurre fámulo tuo, [*vel* famulæ tuæ *N.*] in agóne mortis constitúto [*vel* constitútæ]: tuére eum [*vel* eam] in hac hora contra diabólicos incursus: líbera eum [*vel* eam] à mortis imminentis terróribus; & de peccatórum suórum consciéntia formidantem, fac eum [*vel* eam] de misericórdiæ tuæ immensa largitáte secúrum [*vel* secúram]; Qui vivis & regnas Deus.

℟. Amen.

Psalmus 141.

VOce meâ ad Dóminum clamávi, * voce meâ ad Dóminum deprecátus sum.

Effundo in conspectu ejus oratiónem meam, * & tribulatiónem meam ante ipsum pronúntio,

In deficiendo ex me spíritum meum; * & tu cognovisti sémitas meas.

In via hac quâ ambulábam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad déxteram, & vidébam; * & non erat qui cognósceret me.

Périit fuga à me; * & non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine; * dixi: Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Intende ad deprecatiónem meam; * quia humiliátus sum nimìs.

Líbera me à persequéntibus me; * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam, ad confiténdum nómini tuo: * me expectant justi, donèc retríbuas mihi.

Glória Patri, &c.

℣. Vide, Dómine, humilitátem meam & la-

bórem meum : ℟. Et dímitte universa delícta mea.

℣. Dómine Deus miserátor & miséricors, pátiens, & multæ misericórdiæ, & verax ; ℟. Réspice in me, & miserére meî.

℣. Ne derelinquas me, Dómine, Deus meus : ℟. Ne discésseris à me.

℣. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? ℟. Et volábo & requiéscam.

℣. Moriátur ánima mea morte Justórum : ℟. Et fiant novíssima mea horum símilia.

Orémus.

DOmine Jesu Christe, qui per os Prophétæ dixisti : In caritáte perpétua dilexi te ; ídeò attraxi te, míserans : te súpplices deprecámur per istam caritátem quâ dilexisti nos, ut omnes amaritúdines passiónum tuárum quas pro nobis peccatóribus sustinuisti in cruce, offerre & osténdere dignéris Deo Patri pro ánima fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ *N.*] in hac hóra éxitûs ejus ; quátenùs cum ipsa misericórdiùs agátur, quàm ejus peccáta meruérunt ; Qui cum eódem Deo Patre & Spíritu sancto vivis & regnas Deus.

℟. Amen.

Finitis Psalmis & Orationibus (vel etiam antequàm finiantur) si instet momentum exitûs animæ de corpore, legitur super moribundum quod sequitur de Passione Domini nostri Jesu Christi. (Ex Matth. Luc. Joann.)

TEnebræ factæ sunt in universam terram usque in horam nonam, & obscurátus est sol. Et circa horam nonam clamávit Jesus voce magnâ, dicens : Eli, Eli, lamma sabacthâni ? hoc est : Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me ? Póstea, sciens Jesus quia ómnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit : Sítio. Vas ergo erat pósitum acéto plenum. Et continuò currens unus ex eis, acceptam spóngiam implévit acéto, & impósuit arúndini, & dabat ei bíbere. Cùm ergo accepisset Jesus acétum, dixit : Consummátum est. Et, iterùm clamans voce magnâ, ait : Pater, in manus tuas commendo spíritum meum. Et, hæc dicens, inclináto cápite, trádidit spíritum.

Orémus.

MEmor esto, piíssime Dómine Jesu, illíus horæ in qua de cruce pendens, clamasti voce magnâ: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? & íterùm: Pater, in manus tuas commendo spíritum meum, & hæc dicens expirasti. Per istam ergo pretiosíssimam mortem quæ vita nostra fuit, obsecrámus cleméntiam tuam, ut non derelinquas in hac hora fámulum tuum [*vel* fámulam tuam *N.*] cujus præter te nullus est auxiliátor álius; sed suscípere digneris spíritum ejus, & introdúcere in regnum tuum, ubi te cum Deo Patre & Spíritu sancto perpétuâ caritáte díligat, & cum sanctis & electis in æternum cantet misericórdias tuas.

℟. Amen.

[*Finitâ præcedenti Oratione, & egressâ animâ, statim dícitur* ℟. In te, Dómine, sperávi. *cum versibus & oratione, infrà.*]

Si autem adhuc anxiatur anima, recitantur sequentes Psalmi, vel eorum pars, prout necesse erit.

Ps. 21. Deus, Deus meus, réspice in me. 98.

Ps. 34. Júdica, Dómine, nocentes me. 48.

Ps. 53. Deus, in nómine tuo. 88.

Ps. 56. Miserére meî, Deus.... quóniam in te confídit. 106.

Ps. 70. In te, Dómine, sperávi. 88.

Ps. 85. Inclína, Dómine, aurem tuam. 121.

Ps. 87. Dómine, Deus salútis. 110.

Ps. 90. Qui hábitat in adjutório. 23.

Ps. 138. Dómine probasti me. 100.

Egressâ autem animâ, dicitur: ℟. In te, Dómine, sperávi; non confundar in æternum: accélera ut éruas me: in manus tuas commendo spíritum meum: * Redemisti me, Dómine Deus veritátis; illustra fáciem tuam super servum tuum [*vel* ancillam tuam]; * salvum [*vel* salvam] me fac in misericórdia tua. ℣. Dómine Jesu, súscipe spíritum meum: * Redemisti me.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. *Secretò*, Pater. *Altâ voce*, ℣. Et ne nos, &c. ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Non intres in judícium cum servo tuo [*vel* ancilla tua], Dómine,

℟. Quia non justificábitur in conspectu tuo omnis vivens.

℣. Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi,

℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

℣. Dómine, exaudi oratiónem, &c.

℣. Dóminus vobiscum, &c.

Orémus.

Tibi, Dómine, commendámus ánimam * fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) *N.* ut * defunctus (*vel* defuncta) século, tibi vivat: & quæ per fragilitátem humánæ conversatiónis peccáta commísit, tu véniâ misericordíssimæ pietátis abstérge; Per Christum Dóminum.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Qualibet Hora sequentis Officii inchoatur absolutè.

AD VESPERAS.

Ant. 3. c. O Dómine.

Psalmus 114.

Dilexi, * quóniàm exáudiet Dóminus vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi: * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mórtis, * & perícula inferni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni; * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine, líbera ánimam meàm: * miséricors Dóminus, & justus, & Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus; * humiliátus sum, & liberávit me.

Convértere, ánima mea, in réquiem tuam; * quia Dóminus benefécit tibi;

Quia eripuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

In hoc Officio, in fine omnium Psalmorum, & Canticorum tantùm, dicitur;

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine, * & lux perpétua lúceat eis.

Ant. O Dómine, líbera ánimam meam.

Ant. 2. D. Heu mihi.

Pſalmus 119.

AD Dóminum, cùm tribulárer, clamávi; * & exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolóſa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolóſam?

Sagittæ poténtis acútæ, * cum carbónibus deſolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongatus eſt! habitávi cum habitántibus Cedar: * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus; * cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

Ant. Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt!

Ant. 8. d. Auxílium.

Pſalmus 120.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum; * neque dormítet qui cuſtódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui cuſtódit Iſrael.

Dóminus cuſtódit te, Dóminus protéctio tua * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo: * cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat intróitum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

Ant. Auxílium meum à Dómino, qui fecit cœlum & terram.

Ant. 8. G. Si iniquitátes.

Pſalmus 129.

DE profundis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris, Dómine; * Dómine, quis ſuſtinébit?

ſalvatiónis partem reſtítue.

In depoſitione Sacerdotis,
Oratio.

DEus, qui inter apoſtólicos Sacerdótes fámulum tuum *N.* ſacerdotáli fecisti dignitáte vigére: præſta ut eórum quoque perpétuo aggregétur conſórtio.

(*Pro Epiſcopo, loco* Sacerdotáli *dicitur* Pontificáli.)

In Anniverſariis dicuntur tres ſequentes Orationes.

DEus indulgentiárum, Dómine, da ánimæ* fámuli tui *N.* [ſacerdótis, *vel* pontíficis] [*vel* fámulæ tuæ *N.*] cujus [*vel* animábus famulórum tuórum *N.* & *N.* quorum [*vel* famulárum tuárum *N.* & *N.* quarum] anniverſárium depoſitiónis diem commemorámus, refrigérii ſedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem.

Pro Benefactoribus.

DEus, véniæ largítor, & humánæ ſalútis amátor: quæſumus cleméntiam tuam, ut noſtræ congregatiónis fratres, propínquos, & benefactóres, qui ex hoc ſéculo tranſiérunt, beáta María ſemper vírgine intercedente cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis conſórtium perveníre concédas.

Pro omnibus Defunctis.

FIdélium, Deus, ómnium cónditor & redemptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequantur; Qui vivis & regnas in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Si aliud Officium non ſequatur, dicitur:

℣. Requieſcant in pace.
℟. Amen.

[*Privatim pro patre & matre,*

Oratio.

DEus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepiſti: miſerére clementer animábus patris mei ac matris meæ, eorúmque peccáta dimitte; meque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére; Per Dóminum.]

AD VIGILIAS.

Vigiliæ dicuntur cum tribus Nocturnis in Depoſitione corporis, & in omnibus Anniverſariis ritu duplici celebrandis. In iis verò quæ ritu ſimplici fiunt,

fiant, ubi dicitur unicum Nocturnum, Feriis II. & V. dicitur primum; Feriis III. & VI. secundum; Feriâ IV. & Sabbato, tertium.

IN I. NOCTURNO,

Ant. 7. ç. Dómine.

Psalmus 5.

VErba mea áuribus pércipe, Dómine; * intellige clamórem meum.

Intende voci oratiónis meæ, * Rex meus & Deus meus.

Quóniàm ad te orábo, Dómine, * manè exáudies vocem meam.

Manè astábo tibi, & vidébo; * quóniàm non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus, * neque permanébunt injusti ante óculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitátem: * perdes omnes qui loquuntur mendácium.

Virum sánguinum & dolósum * abominábitur Dóminus.

Ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ introíbo in domum tuam; * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in justítia tua: * propter inimícos meos dírige in conspectu tuo viam meam.

Quóniàm non est in ore eórum véritas, * cor eórum vanum est.

Sepulcrum patens est guttur eórum, linguis suis dolósè agébant; * júdica illos, Deus.

Décidant à cogitatiónibus suis; secundùm multitúdinem impietátum eórum expelle eos, * quóniàm irritavérunt te, Dómine.

Et lætentur omnes qui sperant in te: * in ætérnum exultábunt; & habitábis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui díligunt nomen tuum, * quóniàm tu benedíces justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ * coronasti nos.

Réquiem, &c.

Ant. Dómine, deduc me in justítia tua: propter inimícos meos dírige in conspectu tuo viam meam.

Ant. 8. G. Salvum me fac.

Psalmus 6.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, *

neque in ira tua corrípias me.

Miserére meî, Dómine, quóniam infirmus sum: * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valdè; * sed tu, Dómine, úsquequò?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam;

Quóniam non est in morte, qui memor sit tuî: * in inferno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas noctes lectum meum, * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus, * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite à me, omnes qui operámini iniquitátem; * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam: * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei: * convertantur & erubescant valdè velóciter.

Réquiem, &c.

Ant. Salvum me fac propter misericórdiam tuam; quóniam non est in morte, qui memor sit tuî.

Ant. 3. c. Illúmina.

Psalmus 12.

USquequò, Dómine, oblivísceris me in finem? * úsquequò avertis fáciem tuam à me?

Quámdiù ponam consília in anima mea, * dolórem in corde meo per diem?

Usquequò exaltábitur inimícus meus super me? * réspice, & exaudi me, Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos; ne unquam obdórmiam in morte; * nequandò dicat inimícus meus: Præválui advérsùs eum.

Qui tríbulant me, exultábunt si motus fúero; * ego autem in misericórdia tua sperávi.

Exultábit cor meum in salutári tuo: * cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi, & psallam nómini Dómini altíssimi.

Réquiem, &c.

Ant. Illúmina óculos meos, ne unquàm obdórmiam in morte.

℣. Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi;

[redacted]

℟. Et ánimas páuperum tuórum ne oblivíscaris in finem.

Secretò, Pater. *Clarâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Lectiones leguntur sine Absolutione, sine Benedictionibus & sine titulo.

Lectio j. Job, 7.

PArce mihi, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculò, & súbitò probas illum. Usquequò non parcis mihi, nec dimittis me ut glutiam salívam meam? Peccávi: quid fáciam tibi, ô custos hóminum? Quare posuisti me contrárium tibi, & factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccátum meum? & quarè non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam; & si manè me quæsíeris, non subsistam. *In fine Lectionum nihil additur.*

℟. Defecérunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut crémium aruérunt? * Dies mei sicut umbra declinavérunt. ℣. Quæ est vita nostra? Vapor est ad módicum parens. * Dies.

Lectio ij. Job, 10.

TÆdet ánimam meam vitæ meæ: dimittam advèrsùm me elóquium meum, loquar in amaritùdine ánimæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnáre; índica mihi cur me ita júdices. Numquid bonum tibi vidétur, si calumniéris me, & ópprimas me opus mánuum tuárum, & consílium impiórum ádjuves? Numquid óculi cárnei tibi sunt? aut sicut videt homo, & tu vidébis? Numquid sicut dies hóminis dies tuí, & anni tui sicut humána sunt témpora; ut quæras iniquitátem meam, & peccátum meum scrutéris? Et scias quia nihil ímpium fécerim, cùm sit nemo qui de manu tua possit erúere. Manus tuæ fecérunt me, & plasmavérunt me totum in circúitu; & sic repentè præcipitas me? Memento, quæso, quòd sicut lutum féceris me, & in púlverem redúces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut cáseum me coagulasti? Pelle & cárnibus vestisti me, óssibus & nervis compe-

neque in ira tua corrípias me.

Miserére meî, Dómine, quóniam infirmus sum: * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valdè; * sed tu, Dómine, úsquequò?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam;

Quóniam non est in morte, qui memor sit tuî: * in inferno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas noctes lectum meum, * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus, * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite à me, omnes qui operámini iniquitátem; * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam: * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei: * convertantur & erubescant valdè velóciter.

Réquiem, &c.

Ant. Salvum me fac propter misericórdiam tuam; quóniam non est in morte, qui memor sit tuî.

Ant. 3. c. Illúmina.

Psalmus 12.

USquequò, Dómine, oblivísceris me in finem? * úsquequò avertis fáciem tuam à me?

Quámdiù ponam consília in anima mea, * dolórem in corde meo per diem?

Usquequò exaltábitur inimícus meus super me? * réspice, & exaudi me, Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos; ne unquam obdórmiam in morte; * nequandò dicat inimícus meus: Præválui advérsùs eum.

Qui tríbulant me, exultábunt si motus fúero; * ego autem in misericórdia tua sperávi.

Exultábit cor meum in salutári tuo: * cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi, & psallam nómini Dómini altíssimi.

Réquiem, &c.

Ant. Illúmina óculos meos, ne unquàm obdórmiam in morte.

℣. Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi;

℟. Et ánimas páuperum tuórum ne oblivíscaris in finem.

Secretò, Pater. *Clarâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Lectiones leguntur sine Absolutione, sine Benedictionibus & sine titulo.

Lectio j. Job, 7.

PArce mihi, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculò, & súbitò probas illum. Usquequò non parcis mihi, nec dimittis me ut glutiam salívam meam? Peccávi: quid fáciam tibi, ô custos hóminum? Quare posuisti me contrárium tibi, & factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccátum meum? & quarè non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam; & si manè me quæsíeris, non subsistam.

In fine Lectionum nihil additur.

℟. Defecérunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut crémium aruérunt? * Dies mei sicut umbra declinavérunt. ℣. Quæ est vita nostra? Vapor est ad módicum parens. * Dies.

Lectio ij. Job, 10.

TÆdet ánimam meam vitæ meæ: dimittam advérsùm me elóquium meum, loquar in amaritùdine ánimæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnáre; índica mihi cur me ita júdices. Numquid bonum tibi vidétur, si calumniéris me, & ópprimas me opus mánuum tuárum, & consílium impiórum ádjuves? Numquid óculi cárnei tibi sunt? aut sicut videt homo, & tu vidébis? Numquid sicut dies hóminis dies tuí, & anni tui sicut humána sunt témpora; ut quæras iniquitátem meam, & peccátum meum scrutéris? Et scias quia nihil ímpium fécerim, cùm sit nemo qui de manu tua possit erúere. Manus tuæ fecérunt me, & plasmavérunt me totum in circúitu; & sic repentè præcipitas me? Memento, quæso, quòd sicut lutum féceris me, & in púlverem redúces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut cáseum me coagulasti? Pelle & cárnibus vestisti me, óssibus & nervis compe-

gisti me. Vitam & misericórdiam tribuisti mihi, & visitátio tua custodívit spíritum meum.

℟. Peccávi valdè, sed * Precor, Dómine, ut tránsferas iniquitátem servi tui, quia stultè egi nimìs. ℣. Deus, propítius esto mihi peccatóri. * Precor.

Lectio iij. Job, 10.

QUarè de vulva eduxisti me? qui útinam consumptus essem, ne óculus me vidéret. Fuissem quasi non essem, de útero translátus ad túmulum. Numquid non páucitas diérum meórum finiétur brevì? Dimitte ergo me, ut plangam páululùm dolórem meum, ántequàm vadam, & non revertar, ad terram tenebrósam & opertam mortis calígine, terram miseriæ & tenebrárum, ubì umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhábitat.

℟. Ad Dóminum aspíciam, expectábo Deum salvatórem meum; consurgam, cùm sédero in tenebris: * Iram Dómini portábo, quóniàm peccávi ei. ℣. Flagellat Dóminus omnem fílium quem récipit: * Iram.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. *F.* In médio.

Psalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit: * in loco páscuæ ibì me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me: * ánimam meam convertit.

Deduxit me super sémitas justítiæ, * propter nomen suum.

Nam & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus, * ipsa me consoláta sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, * advérsùs eos qui tríbulant me.

Impinguasti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ;

Et ut inhábitem in domo Dómini * in longitúdinem diérum.

Réquiem ætérnam dona eis, &c.

Ant. In médio umbræ mortis non timébo mala quóniàm tu mecum es, Dómine.

Ant. 8. G. Delicta.

Psalmus 24.

AD te, Dómine levávi ánimam meam; * Deus meus, in te confído, non erubéscam:

Neque irrídeant me inimíci mei; * étenim univérsi qui sústinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes * supervácuè.

Vias tuas, Dómine, demónstra mihi, * & sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me; * quia tu es Deus salvátor meus, & te sustínui totâ die.

Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, * & misericordiárum tuárum quæ à sǽculo sunt.

Delícta juventútis meæ * & ignorántias meas ne memíneris.

Secúndum misericórdiam tuam meménto meî tu, * propter bonitátem tuam Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus; * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via:

Díriget mansuétos in judício, * docébit mites vias suas.

Univérsæ viæ Dómini misericórdia & véritas * requiréntibus testaméntum ejus & testimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo; * multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum? * legem státuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur, * & semen ejus hæreditábit terram.

Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum; * & testaméntum ipsíus ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum, * quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, & miserére meî; * quia únicus & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt, * de necessitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam & labórem meum, * & dimitte univérsa delícta mea:

Réspice inimícos meos, quóniam multiplicáti sunt, * & ódio iníquo odérunt me:

Custódi ánimam meam, & érue me; * non erubéscam, quóniam sperávi in te.

Innocentes & recti adhæsérunt mihi, * quia sustínui te.

Líbera, Deus, Israel * ex ómnibus tribulatiónibus suis.

Réquiem, &c.

Ant. Delícta juventútis meæ, & ignorántias meas ne memíneris, Dómine.

Ant. 4. E. Credo.

Psalmus 26.

DOminus illuminátio mea, & salus mea; * quem timébo?

Dóminus protéctor vitæ meæ, * à quo trepidábo?

Dùm apprópiant super me nocentes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt & cecidérunt.

Si consistant adversùm me castra, * non timébit cor meum.

Si exurgat adversùm me prælium, * in hoc ego sperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram; * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ:

Ut vídeam voluptatem Dómini, * & vísitem templum ejus;

Quóniàm abscondit me in tabernáculo suo: * in die malórum protexit me in abscóndito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me, * & nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuívi & immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis: * cantábo, & psalmum dicam Dómino.

Exaudi, Dómine, vocem meam quà clamávi ad te: * miserére meî, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum: Exquisívit te fácies mea; * fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avertas fáciem tuam à me: * ne declínes in ira à servo tuo.

Adjútor meus esto; ne derelinquas me, * neque despícias me, Deus salutáris meus;

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me: * Dóminus autem assumpsit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua; * & dirige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me; * quóniàm insurrexérunt

in me testes iníqui, & mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expecta Dóminum, viríliter age; * & confortétur cor tuum, & sústine Dóminum.

Réquiem, &c.

Ant. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium.

℣. Unam pétii à Dómino, hanc requíram; ℟. Ut inhábitem in domo Dómini.

Lectio iv. Job, 13.

QUantas hábeo iniquitátes & peccáta, scélera mea & delicta ostende mihi. Cur fáciem tuam abscondis, & arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium quod vento rápitur, ostendis poténtiam tuam, & stípulam siccam persénqueris. Scribis enim contra me amaritúdines, & consúmere me vis peccátis adolescéntiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes sémitas meas, & vestígia pedum meórum considerasti; qui quasi putrédo consumendus sum, & quasi vestimentum quod coméditur à tínea.

℟. Ecce ánimam meam porto in mánibus meis: * Etiamsi occíderit me, in ipso sperábo, & ipse erit Salvátor meus. ℣. Sive vívimus, sive mórimur, Dómini sumus: * Etiamsi.

Lectio v. Job, 14.

HOmo natus de muliere, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur & contéritur, & fugit velut umbra, & nunquàm in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos, & addúcere eum tecum in judícium. Quis potest fácere mundum de immundo conceptum sémine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt? númerus ménsium ejus apud te est; constituisti términos ejus, qui præteríri non póterunt. Recéde páululùm ab eo, ut quiescat, donec optáta véniat sicut mercenárii dies ejus.

℟. Hi qui cum pietáte dormitiónem accepérunt, óptimam habent repósitam grátiam. * Sancta ergo & salúbris est cogitátio pro defunctis exoráre,

ut à peccátis solvantur.
℣. Si quis superædíficat super fundamentum, & opus ejus árserit, detriméntum patiétur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. * Sancta ergo.

Lectio vj. Job, 14.

QUis mihi hoc tríbuat ut in inferno prótegas me, & abscondas me, donec pertránseat furor tuus, & constítuas mihi tempus in quo recordéris meî? Putasne mórtuus homo rursùm vivat? Cunctis diébus, quibus nunc mílito, expecto donec véniat immutátio mea. Vocabis me, & ego respondébo tibi: óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccátis meis.

℟. Dómine omnípotens, Deus Israel, * Audi nunc oratiónem mortuórum Israel: noli meminisse iniquitátum patrum nostrórum; sed memento manûs tuæ & nóminis tui.
℣. Occísus es, Dómine, & redemisti nos Deo in sanguine tuo: * Audi nunc.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Amove.

Psalmus 38.

DIxi: Custódiam vias meas, * ut non delinquam in lingua mea.

Pósui ori meo custódiam, * cùm consísteret peccátor adversùm me.

Obmútui, & humiliátus sum, & sílui à bonis; * & dolor meus renovátus est.

Concáluit cor meum intra me, & in meditatióne mea exardéscet ignis: * locútus sum in lingua mea.

Notum fac mihi, Dómine, finem meum, & númerum diérum meórum, quis est; * ut sciam quid desit mihi.

Ecce mensurábiles posuisti dies meos; * & substántia mea tanquàm nihilum ante te.

Verúmtamen univérsa vánitas, * omnis homo vivens.

Verùmtamen in imágine pertransit homo, * sed & frustrà conturbátur:

Thesaurízat, * & ignórat cui congregábit ea.

Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dóminus? * & substántia mea apud te est.

Ab ómnibus iniquitátibus meis érue me : * oppróbrium insipienti dedisti me.

Obmútui, & non apérui os meum ; * quóniàm tu fecisti.

Amove à me plagas tuas * : à fortitúdine manûs tuæ ego deféci.

In increpatiónibus propter iniquitátem corripuisti hóminem , & tabéscere fecisti sicut aráneam ánimam ejus : * verúmtamen vanè conturbátur omnis homo.

Exaudi oratiónem meam , Dómine , & deprecatiónem meam : * áuribus pércipe lácrymas meas.

Ne síleas , quóniàm ádvena ego sum apud te , & peregrínus , * sicut omnes patres mei.

Remitte mihi ut refrígerer , priusquàm ábeam ; * & ampliùs non ero.

Réquiem , &c.

Ant. Amove à me plagas tuas , Dómine : áuribus pércipe lácrymas meas.

Ant. 3. b. Numquid qui.

Psalmus 40.

BEátus qui intélligit super egénum & páuperem ; * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum, & vivíficet eum ; & beátum fáciat eum in terra , * & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus : * univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi : Dómine , miserére meî ; * sana ánimam meam , quià peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi : * Quandò moriétur , & períbit nomen ejus ?

Et si ingrediebátur , ut vidéret , vana loquebátur : * cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foràs , * & loquebátur in idipsum.

Adversùm me susurrábant omnes inimíci mei : * adversùm me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsùm me : * numquid qui dormit , non adjíciet ut resurgat ?

Etenim homo pacis meæ , in quo sperávi , qui edébat panes meos , * magnificávit super me supplantatiónem.

Tu autem , Dómine ,

miserére meî, & resúscita me: * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniàm voluisti me, * quóniàm non gaudébit inimícus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepisti: * & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dóminus Deus Israel à século, & usque in séculum: * fiat, fiat.

Réquiem, &c.

Ant. Numquid qui dormit, non adjíciet ut resurgat? Dómine, miserére meî, & resúscita me.

Ant. 8. G. Sitívit.

Psalmus 41.

QUemádmodùm desíderat cervus ad fontes aquárum, * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quandò véniam & apparébo ante fáciem Dei!

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, * dum dícitur mihi quotídiè: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, & effúdi in me ánimam meam; * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei,

In voce exultatiónis & confessiónis, * sonus epulantis.

Quare tristis es, ánima mea? * & quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniàm adhuc confitébor illi: * salutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ad meipsum ánima mea conturbáta est; * proptéreà memor ero tuî de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyssus abyssum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excelsa tua & fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ; * dicam Deo: Susceptor meus es.

Quarè oblitus es meî? & quarè contristátus incédo, * dùm affligit me inimícus?

Dùm confringuntur ossa mea, * exprobravérunt mihi qui tribulant me inimíci mei;

Dùm dicunt mihi per síngulos dies: * Ubì est Deus tuus?

Quarè tristis es, ánima mea? * & quarè conturbas me?

Spera in Deo, quóniàm adhuc confitébor illi: * salutáre vultûs mei, & Deus meus.

Réquiem, &c.

Ant. Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum; quandò véniam & apparébo ante fáciem Dei!

℣. Quarè tristis es, ánima mea? & quarè conturbas me? ℟. Spera in Deo, quóniàm adhuc confitebor illi.

Lectio vij. Job, 16. & 17.

BReves anni tránseunt; & sémitam per quam non revertar, ámbulo. Spíritus meus attenuábitur, dies mei breviabuntur, & solùm mihi súperest sepulcrum. Non peccavi, & in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me, Dómine, & pone me juxta te; & cujusvis manus pugnet contra me.

℟. Scio quòd Redemptor meus vivit, & in novíssimo die de terra surrectúrus sum, * Et in carne mea vidébo Deum meum. ℣. Oportet corruptíbile hoc indúere incorruptiónem, & mortále hoc indúere immortalitátem; * Et in carne mea.

Lectio viij. Job, 17.

DIes mei transiérunt; cogitatiónes meæ dissipátæ sunt, torquentes cor meum. Noctem vertérunt in diem, & rursùm post tenebras spero lucem. Si sustinúero, inférnus domus mea est; & in tenebris stravi léctulum meum. Putrédini dixi: Pater meus es; Mater mea & soror mea, vérmibus. Ubi est ergo nunc præstolátio mea? & patiéntiam meam quis consíderat?

℟. Qui dórmiunt in terræ púlvere, * Evigilábunt; álii in vitam ætérnam, & álii in oppróbrium, ut víddeant semper. ℣. Omnes quidem resurgémus, sed non omnes immutábimur: * Evigilábunt.

Lectio ix. Job, 19.

PElli meæ, consumptis cárnibus, adhæsit os meum; & derelícta sunt tantúmmodò lábia circa dentes meos. Miseréminì meî, miseréminì meî, saltèm vos amíci mei; quia manus Dómini tetigit me. Quarè persé-

químini me ſicut Deus, & cárnibus meis ſaturámini? Quis mihi tríbuat ut ſcribántur ſermónes mei? Quis mihi det ut exarentur in libro, ſtylo férreo & plumbi láminâ, vel celte ſculpantur in ſílice? Scio enim quòd Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum: & rurſùm circúmdabor pelle meâ, & in carne mea vidébo Deum meum; quem viſúrus ſum ego ipſe, & óculi mei conſpectúri ſunt, & non álius. Repóſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

℟. Líbera me, Dómine, ab iis qui odérunt me: non abſórbeat me profundum, neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum: * Exaudi me, quóniàm † Benigna eſt miſericórdia tua: § Intende ánimæ meæ, & líbera eam. ℣. Dómine Deus, rex ſeculórum, Deus pius es: * Exaudi me, quóniàm † Benigna eſt miſericórdia tua: § Intende ánimæ meæ, & líbera eam. ℣. Miſerére meì, Dómine fili David: Dómine, ádjuva me: † Benigna eſt miſericórdia tua: § Intende ánimæ meæ, & líbera eam. ℣. Propóſuit te Deus propitiatiónem per fidem propter remiſſiónem delictórum: § Intende ánimæ meæ, & líbera eam. *Repetitur* ℟. Líbera *uſque ad* ℣. Dómine.

[*Quandò Vigiliæ celebrantur manè, prætermiſſis quæ ſequuntur, continuò inchoantur Laudes.*]

℣. Réquiem ætemam dona eis, Dómine; ℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

ABſolve, quæſumus, Dómine, ánimam * fámuli tui *N* [Sacerdótis *vel* Pontíficis] [*vel* fámulæ tuæ *N.*] [*vel* ánimas * famulórum tuórum *N.* & *N. vel* famulárum tuárum *N.* & *N.*] & ánimas ómnium fidélium defunctórum, ab omni vínculo delictórum; ut in reſurrectiónis glória, inter ſanctos & electos tuos reſuſcitáti

resuscitári respírent; Per eum qui ventúrus est judicáre vivos & mórtuos, & séculum per ignem. ℟. Amen.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

AD LAUDES.

In Psal. Miseréte.lxxv.

Ant. 1. g. Secundum multitúdinem miseratiónum tuárum dele iniquitátem meam.

Ant. 8. G. Exaudi.

Psalmus 64.

TE decet Hymnus, Deus, in Sion; * & tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exaudi oratiónem meam: * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos; * & impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus quem elegisti & assumpsisti: * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domûs tuæ; * sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exaudi nos, Deus salutáris noster, * spes ómnium fínium terræ, & in mari longè;

Præparans montes in virtúte tua, accinctus poténtiâ: * qui conturbas profundum maris, sonum flúctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui hábitant términos, à signis tuis: * éxitus matutíni & véspere delectábis.

Visitasti terram, & inebriasti eam: * multiplicasti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis; * parasti cibum illórum, quóniam ita est præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus: * in stillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ; * & campi tui replebuntur ubertáte.

Pinguescent speciósa deserti, * & exultatióne colles accingentur.

Indúti sunt aríetes óvium, & valles abundábunt frumento: * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Réquiem ætérnam dona eis, &c.

Ant. Exaudi, Deus, oratiónem meam: ad te omnis caro véniet.

Ant. 4. E. Propter.

Psalmus 142.

DOmine, exaudi oratiónem meam: * áuribus pércipe obsecratió-

nem meam in veritáte tua; exaudi me in tua justítia.

Et non intres in judícium cum servo tuo; * quia non justificábitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam, * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscúris sicut mórtuos séculi; * & anxiátus est super me spíritus meus: in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum: meditátus sum in ómnibus opéribus tuis; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te: * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine; * defécit spíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à me; * & símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam; * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem; * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine; ad te confúgi: * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Educes de tribulatióne ánimam meam: * & in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam; * quóniam ego servus tuus sum.

Réquiem, &c.

Ant. Propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me.

Ant. 2. D. Miserére.

Canticum. Baruch. 3.

DOmine omnípotens, Deus Israel, * ánima in angústiis, & spíritus ánxius clamat ad te:

Audi, Dómine, & miserére, quia Deus es miséricors, * & miserére nostrì, quia peccávimus ante te.

Quia tu sedes in sempitérnum, * & nos períbimus in ævum?

Dómine omnípotens, Deus Israel, * audi nunc oratiónem mortuórum Israel,

Et filiórum ipsórum qui peccavérunt ante te, & non audiérunt vocem Dómini Dei sui : * & agglutináta sunt nobis mala.

Noli meminisse iniquitátum patrum nostrórum; * sed memento manûs tuæ, & nóminis tui in témpore isto:

Quia tu es Dóminus Deus noster; * & laudábimus te, Dómine.

Réquiem, &c.

Ant. Miserére nostrî, Dómine, quia peccávimus ante te.

Ant. 7. b. Omnis spíritus.

Psalmus 150.

LAudáte Dóminum in sanctis ejus : * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus; * laudáte eum secundum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : * laudáte eum in psaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro : * laudáte eum in chordis & órgáno.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus ; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis spíritus laudet Dóminum.

Réquiem, &c.

Ant. Omnis spíritus laudet Dóminum.

Ad Benedict. *Ant.* 1. a. Ego sum resurrectio & vita : qui credit in me, etiamsi mórtuus fúerit, vivet; & omnis qui vivit & credit in me, non moriétur in æternum.

Pater. *& cetera ut suprà in Vesperis* xcij. *excepto quòd, loco Ps.* Lauda. *dicitur Ps.* De profundis. lxxviij.

COMMENDATIONES.

Pro pluribus dicuntur in plurali.

℟. DOmine, Deus, audi nunc oratiónem mortuórum Israel, qui peccavérunt ante te. Noli meminisse iniquitátum patrum nostrórum, sed * Memento manûs tuæ & nóminis tui. ℣. Occísus es, Dómine, & redemisti nos Deo in sánguine tuo : * Memento.

Kyrie, eléison. Christe, eléison, Kyrie, eléison. *Secretò.* Pater. *Clarè voce*, Et ne nos indúcas.

TIbi, Dómine, commendámus ánimam * fámuli tui *N.* ut defunctus [*vel* fámulæ tuæ N. ut defuncta] século, tibi

vivat : & quæ per fragilitátem mundánæ conversatiónis peccáta commísit, tu véniâ misericordíssimæ pietátis absterge; Per Christum Dóminum. ℟. Amen.

Orémus.

MIsericórdiam tuam Dómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus, pietátis affectu rogáre pro áliis cógimur, qui pro nostris rogáre peccátis nequáquàm sufficimus; tamen de tua confísi gratuíta pietáte & inólita benignitáte, cleméntiam tuam depóscimus, ut ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ] ad te reverténtem cum pietáte suscípias: adsit ei Angelus testamenti tui Míchael, & per manus sanctórum Angelórum tuórum inter sanctos & electos tuos in sínibus Abrahæ, Isaac & Jacob Patriarchárum tuórum, eam collocáre dignéris, quátenùs liberáta de princípibus tenebrárum & de locis pœnárum, nullis jam primævæ nativitátis vel ignorántiæ, aut própriæ iniquitátis seu fragilitátis confundátur erróribus; sed agnoscátur à Sanctis tuis, & beatitúdinis réquie perfruátur: atque cùm magni judícii dies advénerit, inter sanctos & electos tuos * resuscitátus (*vel* resuscitáta) glóriâ manifestæ contemplatiónis tuæ perpétuò satiétur; Per Christum. ℟. Amen.

In Ps. In éxitu. 21. *in cujus fine dicitur* Réquiem. *Ant.* 7. ç. Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino; adjútor eórum & protector eórum est.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui humáno córpori ánimam ad similitúdinem tuam inspiráre dignátus es: dùm, te jubente, pulvis in púlverem revértitur; tu imáginem tuam cum sanctis & electis tuis ætérnis sédibus præcípias sociári; eamque ad te reverténtem de Ægypti pártibus blandè leniterque suscípias, & Angelos tuos sanctos ei óbviàm mittas; viámque illi justítiæ demonstra, & portas glóriæ tuæ áperi. Repelle, quæsumus, Dómine, ab ea omnes príncipes tenebrárum, & agnosce depósitum fidéle quod tuum est. Súscipe,

Dómine, creatúram tuam, non à diis aliénis creátam, sed à te solo Deo vivo & vero; quia non est álius Deus præter te, Dómine, & non est secundum ópera tua. Lætífica, clementíssime Pater, ánimam ejus, & clarífica eam in multitúdine misericórdiæ tuæ. Ne memíneris, quæsumus, iniquitátum ejus antiquárum quas suscitávit furor mali desidérii: licèt enim peccáverit, tamen te non negávit; sed signo fídei insigníta, te qui ómnia, & eam inter ómnia fecisti, fidéliter adorávit; Qui vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

In Psalm. Dilexi. 39. Crédidi 84. Laudáte Dóminum, omnes gentes. 109. & Beáti immaculáti. 7. *integrè. Ant. sola* 8. G. Circumdedérunt me dolóres mortis, & perícula inferni invenérunt me. O Dómine, líbera ánimam meam.

Orémus.

DIri vúlneris novitáte perculsi, & quodámmodò córdibus sauciáti, misericórdiam tuam, mundi Redemptor, flebílibus vócibus implorámus; ut * cari nostri *N.* (*vel* caræ nostræ *N.*) ánimam ad tuam cleméntiam, qui fons pietátis es, reverentem blandè leniterque suscípias; & quas ex carnáli commoratióne contraxit máculas, tu, Deus, inólitâ bonitáte clementer déleas, *Chorus*, Amen: Piè indúlgeas, *Chorus*, Amen: Oblivióni in perpétuum tradas, *Chorus*, Amen: Atque hanc laudem tibi cum céteris reddit úram, & ad corpus próprium quandóque reversúram, Sanctórum tuórum cœtibus aggregári præcípias; Qui cum Deo Patre & Spíritu sancto vivis & regnas Deus, per ómnia sécula seculórum.

℟. Amen.

Pater, &c. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine; ℟. Et lux perpétua lúceat ei.

℣. Anima ejus in bonis demorétur, ℟. Et semen ejus hæréditet terram.

℣. Non intres in judícium cum * servo tuo, (*vel* ancilla tua) Dómine: ℟. Quia non justificábitur in conspectu tuo omnis vivens.

℣. A porta inferi

℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobiscum, ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

PArtem beátæ resurrectiónis obtíneat, quæsumus, Dómine, ánima * fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) *N.* vitamquæ ætérnam habére mereátur in cœlis, per te, Jesu Christe, Salvátor mundi.

DEus, cui soli cómpetit medicínam præstáre post mortem: præsta, quæsumus, ut ánima * fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) *N.* terrénis exúta contágiis, in tuæ redemptiónis parte numerétur; Per Christum Dóminum.

℟. Amen.

℣. Requiescat in pace.
℟. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ.

ANTE PRANDIUM.

BEnedícite. ℟. Dóminus. Oculi ómnium in te sperant, Dómine; & tu das illis escam in témpore opportúno: áperis tu manum tuam, & imples omne ánimal benedictióne.

Glória Patri, & Filio, & Spirítui sancto: Sicut erat in princípio, &c. Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Secretò, Pater. *usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Orémus.

BEnedic, Dómine, dona † tua, quæ de tua largitáte sumus sumptúri; Per Christum Dóminum.

℟. Amen.

Si fiat Lectio, Lector dicit: Jube, domne, benedícere.

Bened. Mensæ cœlestis partícipes fáciat nos Rex ætérnæ glóriæ. ℟. Amen.

In fine Lectionis dicitur: Tu autem, Dómine, miserére nostri.

℟. Deo grátias.

GRATIARUM ACTIO *post Prandium*.

COnfiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua; & Sancti tui benedícant tibi. Glória Patri, &c.

Qui benedixit mensam, dicit:

AGimus tibi, grátias, omnípotens Deus, pro univérsis benefíciis tuis; Qui vivis & regnas in sécula seculórum.

℟. Amen.

Deindè procedendo ad Ecclésiam, dicitur Ps. Miserére. 120. *Si verò non procedatur, dicitur Psalmus* Laudáte Dóminum omnes gentes, 109. *qui Psalmus semper dicitur, quandò absolvitur Gratiarum actio in loco refectionis.*

In fine Psalmi dicitur Glória Patri. *deinde* Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater. *secretò usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dispersit, dedit paupéribus: ℟. Justítia ejus manet in séculum séculi.

℣. Benedícam Dóminum in omni témpore; ℟ Semper laus ejus in ore meo.

℣. In Dómino laudábitur ánima mea: ℟. Audiant mansuéti, & læteniur.

℣. Magnificáte Dóminum mecum; ℟. Et exaltémus nomen ejus in idipsum.

℣. Sit nomen Dómini benedictum, ℟. Ex hoc nunc & usque in séculum.

REtribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus, propter nomen sanctum tuum, vitam æternam.

℟. Amen.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Secretò, Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiescant in pace.

℟. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ *ante Cœnam.*

BEnedícite. ℟. Dóminus. Edent páuperes, & saturábuntur; & laudábunt Dóminum qui requírunt eum: vivent corda eórum in séculum séculi. Glória Patri, &c. Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. *Secretò.* Pater noster. *Clarâ voce.* Et ne nos, &c.

Orémus.

BEnedic, Dómine, dona † tua quæ de tua largitáte sumus sumptúri; Per Christum.

Ad Lect. Bened. Ad cœnam perpétuæ vitæ perdúcat nos rex ætérnæ glóriæ. ℟. Amen.

GRATIARUM ACTIO post Cœnam.

MEmóriam fecit mirabílium suórum miséricors & miserátor Dóminus: escam dedit timéntibus se. Glória Patri.

Qui benedixit mensam, dicit:

BEnedíctus Deus in donis suis, & sanctus in ómnibus opéribus suis; Qui vivit & regnat in sǽcula sæculórum.

℟. Amen.

Psalm. & reliqua, ut suprà. cxv.

IN JEJUNIIS, *ad refectionem fiunt Benedictio mensæ & gratiarum actio, ut notatum est pro Cœna.*

Prædictus modus benedicendi mensam, & agendi gratias, mutatur diebus infrà scriptis, ut sequitur.

AD UTRAMQUE refectionem.

A NATALI DOMINI ad Vigiliam Epiphaniæ.

BENEDICTIO.

BEnedícite. ℟. Dóminus. Verbum caro factum est, allelúia, & habitávit in nobis, allelúia. Glória Patri. Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. *& reliqua ut suprà,* cxiv.

GRATIARUM ACTIO.

NOtum fecit Dóminus, allelúia, Salutáre suum, allelúia. Glória Patri. *& reliqua omnia ut suprà, excepto quòd, loco Ps.* Miserére. *dicitur Ps.* Cantáte Dómino.... quia. 36.

IN EPIPH. DOMINI, & per Octavam.

BENEDICTIO.

BEnedícite. ℟. Dóminus. Omnes de Saba vénient, allelúia, aurum & thus deferentes, allelúia. Glória. Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. *& reliqua ut suprà.* cxiv.

GRATIARUM ACTIO.

REges Tharsis & Insulæ múnera ófferent, allelúia; reges Arabum & Saba dona addúcent, allelúia. Glória Patri. *& reliqua omnia ut suprà, excepto quòd, loco Psalmi* Miserére. *dicitur Ps.* Deus judícium. *cum sua divisione.* lx.

FERIIS IV. V. & VI. Majoris Hebdomadæ.

BENEDICTIO.

CHristus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem.

Pater. *Totum secretò. Deindè nihil dicendo, signo crucis benedicitur*

mensa; quæ benedictio Feriâ sextâ omittitur.

Ad Lect. non datur benedictio, nec dicitur, Tu autem.

GRATIARUM ACTIO.

CHristus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. *Ps.* Miserére. lxxv. *sine* Glória. Pater. *totum secretò.*

REspice, quæsumus, Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, & crucis subíre torméntum, *secretò*: Qui tecum vivit & regnat.

SABBATO SANCTO.

BENEDICTIO.

BEnedícite. ℟. Dóminus. Cùm transísset Sábbatum, María Magdaléne, & María Jacóbi, & Salóme emérunt arómata; ut venientes úngerent Jesum, allelúia.

Kyrie, eléison. *& reliqua, ut suprà.*

GRATIARUM ACTIO.

VEspere autem Sábbati, quæ lucescit in prima Sábbati, venit María Magdaléne, & áltera María vidére sepulchrum, allelúia.

Benedictus Deus, &c. cxvj *Psalm.* Laudáte Dóminum, omnes gentes, 109. Kyrie, eléison. Pater. ℣. Dispersit. *& reliqua, ut suprà.* cxv.

IN DIE S. PASCHÆ & usque ad Prandium seq. Sabb. inclusivè.

BENEDICTIO.

BEnedícite. ℟. Dóminus. Hæc dies quam fecit Dóminus, exultémus, & lætémur in ea, allelúia.

Glória. Kyrie. *& reliqua, ut suprà.* cxiv.

GRATIARUM ACTIO.

HÆc dies quam fecit Dóminus, exultémus, & lætémur in ea, allelúia.

Glória. *& reliqua omnia ut suprà* cxvj. *excepto quòd, loco Psal.* Miserére. *dicitur Psal.* Confitémini. 6.

IN ASCENS. DOMINI & usque ad Vigil. Pent.

BENEDICTIO.

BEnedícite. ℟. Dóminus. Ascendens Christus in altum, allelúia, captívam duxit captivitátem, allelúia.

Glória. Kyrie. *& reliqua, ut suprà.* cxiv.

GRATIARUM ACTIO.

AScendit Deus in júbilo, allelúia, & Dóminus in voce tubæ, allel.

Glória. & *reliqua omnia ut suprà.* cxvj. *excepto quòd, loco Psal.* Miserére. *dicitur Psal.* Omnes gentes. 36.

IN PENTECOSTE
& per Hebdomadam.

BENEDICTIO.

Benedícite. ℟. Dóminus. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúia; & hoc quod cóntinet ómnia sciéntiam habet vocis, allelúia.

Glória Patri. Kyrie. & *reliqua, ut suprà.* cxiv.

GRATIARUM ACTIO.

Repléti sunt omnes Spíritu sancto, allelúia, & cœpérunt loqui, allelúia.

Glória. & *reliqua omnia ut suprà,* cxvj. *excepto quòd, loco Ps.* Miserére. *dicitur Psalm.* Magnus Dóminus. 114.

ITINERARIUM.

Viator, in ipso itineris ingressu, si solus fuerit, dicat quæ sequuntur, in singulari; si cum sociis, in plurali, ut sequitur.

In Cantic. Benedict. 5. *Ant.* 5. C. In viam pacis & prosperitátis dírigat nos omnípotens & miséricors Dóminus: & Angelus Ráphael comitétur nobíscum in via, ut cum pace, salúte & gáudio revertámur ad própria.

PRECES.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. *Secretò*, Pater. *usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Salvos fac servos tuos, ℟. Deus meus, sperántes in te.

℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto; ℟. Et de Sion tuére nos.

℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis, ℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.

℣. Benedíctus Dóminus die quotídiè: ℟. Prósperum iter fáciat nobis Deus salutárium nostrórum.

℣. Vias tuas, Dómine, demónstra nobis, ℟. Et sémitas tuas édoce nos.

℣. Utinam dirigantur viæ nostræ, ℟. Ad custodiendas justificatiónes tuas!

℣. Erunt prava in dirécta, ℟. Et áspera in vias planas.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te, ℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

DEus, qui fílios Israel per maris médium sicco vestígio ire fecisti, quique Magis iter ad te, stellâ duce, pandisti: tríbue nobis, quæsumus, iter prósperum tempúsque tranquillum; ut, Angelo tuo sancto cómite, ad eum quò pérgimus locum, ac demum ad ætern æ salútis portum pervenire felíciter valeámus.

DEus, qui Abraham púerum tuum de Ur Chaldæórum edúctum, per omnes suæ peregrinatiónis vias illæsum custodisti; quæsumus, ut nos fámulos tuos custodíre digneris. Esto nobis, Dómine, in procinctu suffrágium, in via solátium, in æstu umbráculum, in plúvia & frígore tegumentum, in lassitúdine vehículum, in adversitáte præsídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus: ut, te duce, quò téndimus, prósperè perveniámus, & demùm incólumes ad própria redeámus.

ADesto, quæsumus, Dómine, supplicatiónibus nostris: & viam famulórum tuórum in salútis tuæ prosperitáte dispóne; ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietátes, tuo semper protegámur auxílio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut família tua per viam salútis incédat; & beáti Joannis præcursóris hortamenta sectando, ad eum quem prædixit secúra perveniat, Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

℟. Amen.

℣. Procedámus cum pace in nómine Dómini.

℟. Amen.



PRÆPARATIO AD MISSAM,

AD LIBITUM SACERDOTIS.

Psalmi, Quàm dilecta. 80. Benedixisti. 44. Inclína, Dómine. *cum sua divis.* 121. Crédidi. 84. De profundis clamávi. 72.

Ant. Dómine, memor esto meî; & ne vindíctam sumas de peccátis meis, neque reminiscáris delicta mea.

PRECES.

KYrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster, &c.

℣. Et ne nos indúcas, &c.

℣. Ego dixi: Dómine, miserére meî: ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

℣. Convértere, Dómine; úsquequò? ℟. Et deprecábilis esto super servos tuos.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, ℟. Quemádmodum sperávimus in te.

℣. Sacerdótes tui induantur justítiam, ℟. Et sancti tui exultent.

℣. Ab occultis meis munda me, Dómine; ℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

AUres tuæ pietátis, mitíssime Deus, inclína précibus nostris, & grátiâ sancti Spíritûs illúmina cor nostrum; ut tuis mystériis dignè ministráre, teque æternâ caritáte diligere mereámur.

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas lóquitur, & quem nullum latet secrétum: purífica per infusiónem sancti Spíritûs cogitatiónes cordis nostri, ut te perfectè dilígere, & dignè laudáre mereámur.

URe igne sancti Spíritûs renes nostros & cor nostrum, Dómine; ut tibi casto córpore serviámus, & mundo corde placeámus.

MEntes nostras, quæsumus, Dómine, Paraclétus qui à te procédit

cédit illúminet, & indúcat in omnem, sicut tuus prómisit Filius, veritátem.

ADsit nobis, quæsumus, Dómine, virtus Spíritûs sancti; quæ & corda nostra clementer expurget, & ab ómnibus tueátur adversis.

DEus, qui corda fidélium sancti Spíritûs illustratióne docuisti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, & de ejus semper consolatióne gaudére.

COnsciéntias nostras, quæsumus, Dómine, visitando purífica; ut véniens Dóminus noster Jesus Christus Filius tuus, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem; Qui tecum vivit & regnat Deus.

℟. Amen.

GRATIARUM ACTIO *POST MISSAM.*

Psalmi, Dóminus regit me. 81. Benedícam Dóminum. *cum sua divisione, ibid.* Bénedic, ánima mea, Dómino; & ómnia. 67. *cum sua divisione* 68.

Ant. O quàm suávis est, Dómine, Spíritus tuus! qui, ut dulcédinem tuam in fílios demonstráres, pane suavíssimo de cœlo præstito, esuriéntes reples bonis, dívites dimittens inánes.

PRECES.

KYrie, eléison.
Christe, eléison.
Kyrie, eléison.

Pater noster, &c.

℣. Et ne nos indúcas, &c.

℣. Memóriam fecit mirabílium suórum miséricors & miserátor Dóminus: ℟. Escam dedit timéntibus se.

℣. Quid est homo, quòd memor es ejus? ℟. Aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum?

℣. Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea; ℟. Et lábiis exultatiónis laudábit os meum.

℣. Non nobis, Dómine, non nobis; ℟. Sed nómini tuo da glóriam.

℣. Nunc dimittis servum tuum, Dómine, secundum verbum tuum, in pace, ℟. Quia vidérunt óculi mei salutáre tuum.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

VIsita, quæsumus, Dómine, famíliam tuam, & corda sacris dicáta mystériis pervígili tuére pietáte; ut remédia salútis ætérnæ, quæ te miseránte percípiunt, te protegénte custódiant.

QUæsumus, Dómine, Deus noster, ut quos divínâ tríbuis participatióne gaudére, humánis non sinas subjacére perículis.

COgnóscimus, Dómine, tuæ circa nos cleméntiæ largitátem: & ideò fiduciáliùs implorámus, ut quos páscere non désinis immeritos, & dignè tibi servíre perfícias, & donis uberióribus prosequáris.

MAjestátem tuam, Dómine, suppliciter exorámus, ne períre patiáris quibus tanta remédia providísti; sed cum divíni frequentatióne mystérii crescat nostræ salútis efféctus.

ACtiónes nostras, quæsumus, Dómine, aspirando præveni, & adjuvando proséquere; ut cuncta nostra orátio & operátio à te semper incípiat, & per te cœpta finiátur.

ADjuvet nos grátia tua, omnípotens Deus; ut qui offícium sacerdotále suscépimus, dignè ac devótè tibi in omni puritáte & consciéntia bona famulári valeámus: & si non póssumus in tanta innocéntia vitæ conversári ut debémus, concéde nobis tamen dignè flere mala quæ géssimus, & in spíritu humilitátis, ac bonæ voluntátis propósito tibi fervéntius de cétero deservíre; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.



CANONES
PARTIS ÆSTIVALIS.

Pueris in ejus & cetero-
De Festo SS. Trinitatis, [illegible] : cum de solemni-
rum mysteriorum fide instituend[illegible] [illegible]tu interno &
tate Corporis Christi, & latriæ cu[illegible]
externo ei debito.

DOMINICA PRIMA
Post Pentecosten.
IN FESTO
SS. TRINITATIS.

Ex Concílio Carthaginensi secundo.

Ann. 390. *C.* 1.

✝ GEnéthlius Epíscopus dixit: Ad corroborandas fratrum mentes, ea proponenda sunt quæ à Pátribus certâ dispositióne accépimus; ut Trinitátis quam in nostris sénsibus consecrátam retinémus, id est Patris, Fílii, & Spíritûs sancti unitátem, quæ nullam noscitur habére differéntiam, sicutì didícimus, ita pópulos instruámus. Ab universis Epíscopis dictum est: Planè sic crédimus, sic tenémus, sic docéri vólumus, fidem Apostólicam cum vestra doctrína sequentes.

FERIA SECUNDA.
Ex Concílio Parisiensi sexto.

Ann. 829. *Lib.* 1. *Cap.* 6.

QUóniam fides Christi ubíquè pollet, & párvuli de Christiánis paréntibus nati, ántequàm ad intelligíbilem ætátem véniant, Baptísmatis sacramenta percípiunt; necesse est ut quod imbecíllis ætas nequivit, intelligíbilis díscere sátagat: quod quia ab usu propter quorumdam (Sacerdótum) incúriam recessit, quantæ sit negligéntiæ quantíque discríminis satìs dici non potest.

FERIA TERTIA.
Ex Statútis Synodálibus Eustáchii de Belláio, Parisiensis Epíscopi.

Ann. 1557. *Can.* 25.

CUm baptizáti infantes adulti fúerint, ad eórum excitandam fidem

& spem, multùm pértinet ut intélligant se à Deo Patre récipi in grátiam, adoptári in fílios, & sibi ab eódem Patre tradi jus hæreditátis bonórum cœléstium, à Christo Dei Fílio omne suum méritum pendére, ab eo fratrum loco habéri, & fieri cohærédes regni cœlestis, à Spíritu sancto excitári & confirmári in fide.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Mediolanensi quinto, sub sancto Carolo.

Ann. 1579. *Part.* 1. *Tit.* 2.

Confessárii graviſsimam pœnitentiam impónant, itemque Concionatóres divínam ultiónem denúntient, & pátribus-famílias, & dóminis qui, nullâ aut saltèm parvâ diligéntiâ adhíbitâ, omnem ratiónem non íneunt ut sui líberi ac fámuli Christiánam doctrínam addiscant, neque iis quos in famulátu habent, tantùm diébus saltèm festis vácui témporis concédunt, quo in Ecclésias ubi ea doctrína tráditur, ad illam percipiendam convenire possint.

FERIA QUINTA.
In Festo
CORPORIS CHRISTI.

Ex Concílio Tridentíno.
Anno 1551. *Sess.* 13.
de Euchar. Cap. 5.

† Declárat sancta Synodus piè & religiósè ádmodùm in Dei Ecclésiam indúctum fuisse hunc morem, ut síngulis annis peculiári & festo die præcelsum & venerábile (Eucharístiæ) Sacramentum singulári veneratióne ac solemnitáte celebrarétur, utque in Processiónibus reverenter & honorífice illud per vias & loca pública circumferrétur. Christiáni omnes singulári significatióne gratos & mémores testentur ánimos erga commúnem Dóminum & Redemptórem protàm ineffábili & planè divíno benefício.

FERIA SEXTA
Intra Octavam.

Ex Concílio Tridentíno.
Anno 1551. *Sess.* 13.
de Euchar. Can. 4.

Si quis díxerit, peractâ consecratióne, in admirábili Eucharístiæ Sacramento non esse corpus & sánguinem Dómini nostri Jesu Christi; sed tantùm in usu, dum súmitur; non autem antè vel pòst,

& in hóstiis seu particulis consecrátis, quæ post communiónem reservantur vel supersunt, non remanére verum corpus Dómini, anathéma sit.

SABBATO

Intra Octavam.

Ex Concílio Tridentíno.

Anno 1551. *Sess.* 13. *de Euchar. Cap.* 5.

NUllus dubitandi locus relínquitur quin omnes Christi fidéles, pro more in Cathólica Ecclésia semper recepto, latriæ cultum qui vero Deo debétur, sanctíssimo Eucharístiæ Sacramento in veneratióne exhíbeant. Neque enim ídeò minùs est adorandum, quod fúerit à Christo Dómino ut sumátur, institútum: nàm illum eumdem Deum præsentem in eo adesse crédimus, quem Pater ætérnus introdúcens in orbem terrárum, dicit: Et adórent eum omnes Angeli Dei; quem Magi procidentes adoravérunt; quem in Galilæa ab Apóstolis adorátum fuisse Scriptúra testátur.

DOMINICA

Intra Octavam,

Quæ est II. post Pentecosten.

Ex Concílio Tridentíno.

Ann. 1551. *Sess.* 13. *de Euchar. Cap.* 6.

COnsuetúdo asservandi in Sacrário sanctam Eucharístiam ádeò antíqua est, ut eam séculum étiam Nicæni Concílii agnóverit. Porrò deferri ipsam sacram Eucharístiam ad infirmos, & hunc usum diligenter in Ecclésiis conservari, præterquàm quòd cum summa æquitáte & ratióne conjunctum est, tùm multis in Concíliis præceptum invenítur, & vetustíssimo Cathólicæ Ecclésiæ more est observátum. Quarè sancta hæc Synodus retinendum omnínò salutárem hunc & necessárium morem státuit.

FERIA SECUNDA

Intra Octavam.

Ex Concílio Turonensi.

Ante annum 900.

Apud Reginonem, libro de Ecclesiasticis disciplinis.

Can. 70 & 71.

OMnis Présbyter hábeat pyxidem aut vas Sacramento dignum, ubi corpus Domínicum dili-

genter recondátur ad viáticum recedéntibus à século; semperque sit super altáre obseratum. Illud étiam annectendum vidétur, ut oblatiónes quæ in altári offeruntur, de Sábbato in Sábbatum semper innoventur; quia panes propositiónis qui supra mensam Dómini ponebantur, à Sábbato in Sábbatum semper mutabantur.

FERIA TERTIA

Intra Octavam.

Ex Statútis Synodálibus Odónis de Soliáco, Parisiensis Epíscopi.

Circa ann. 1197. Syn. I. Cap. de Sacram. altaris.

NOn permittant Presbyteri Diáconos deferre infirmis sacrosanctum corpus Dómini, nisi in necessitáte, cùm Sacerdos absens fúerit; sed semper Sacerdótes, cum magna reveréntia déferant & maturitáte in pyxide benè clausa propter casum, & cum lucerna præcedente, cantantes Psalmos Pœnitentiáles cum Litánia pro infirmo, eundo & redeundo, & álias Oratiónes. Sic enim débitum persolvunt infirmo, & audientes invitant ad exhibendam Deo reveréntiam, & honórem, & oratiónem.

FERIA QUARTA

Intra Octavam.

Ex Statútis Synodálibus Odónis de Soliáco, Parisiensis Epíscopi.

Circa ann. 1197. Syn. I. Cap. de Sacr. altaris.

SUmma reveréntia & honor máximus sacris altáribus exhibeátur, & máximè ubi sacrosanctum corpus Dómini reservátur, & Missa celebrátur. Frequenter moneantur Láici, ubicumque víderint deferri corpus Dómini, ut statìm génua flectant, tanquàm Dómino & creatóri suo; & junctis mánibus, quoadusque transíerit, orent. In pulchrióri parte altáris, cum summa diligéntia & honestáte, sub clave sacrosanctum corpus Dómini custodiátur.

FERIA QUINTA.

Octava

CORPORIS CHRISTI.

Ex Statútis Synodálibus Francisci Harlæi, Parisiensis Archiepíscopi.

Ann. 1674. art. 29.

† NUmquàm in Capellis, numquàm ad piæ cujúslibet Confraternitátis altária quibuscum-

que in Ecclésiis, tùm secuIáribus, tùm reguláribus, exemptiónem quamvis prætendéntibus, vel étiam sub Indulgentiárum solemnitati annexárum prætextu, exponétur sanctíssimum Eucharístiæ Sacramentum. Numquàm páriter ad majus altáre exponátur; nec in Processiónibus sine expressa Pontíficis licéntia, ipsáque scripto consignáta, circumferátur, nisi decurrente Octavâ Festi Córporis Christi. Ne ítidèm ad incéndia compescenda deferátur sub quocumque prætextu.

De Sacramentis Viatici & Extremæ-Unctionis, & reliquo sacerdotali ministerio erga infirmos.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Narbonensi.

Ann. 1609. *Can.* 32.

INvígilent Párochi supra gregem, & paráti semper sint, ne per illórum negligéntiam, aut párvuli sine Baptismo, aut adulti sine Sacraméntis Pœniténtiæ, Communiónis, & Extrémæ-Unctiónis moriantur. Infirmos sæpiùs vísitent & consolentur, ac de salúte ánimæ móneant. Olea sancta intra cremérias nítidas, mundas, & non fractas distinctè custódiant. Per seipsos Sacramenta ministrent, & múnera atque offícia suárum Ecclesiarum præstent: neque ab ipsis étiam secundáriis (seu Vicáriis) nisi justâ causâ detenti, fieri aut ministrári permittant.

SABBATO.

Ex Statútis Synodálibus Stéphani de Pontécaro, Parisiensis Epíscopi.

Ann. 1508.

Tit. de Pœnitentia.

CUm sit ánima multùm pretiósior córpore, præcípimus médicis córporum, ut cùm eos ad infirmos vocári contígerit, ipsos ante ómnia móneant & indúcant ut médicos ádvocent animárum; ut postquàm fúerit infirmo de spirituáli salúte provísum, ad corporális medicínæ remédium salúbriùs procedátur. Ne quis étiam medicórum pro corporáli salúte áliquid ægróto suádeat, quod in perículum ánimæ convertátur.

DOMINICA III post Pentecosten.

Ex Sacramentáli Ambrosiáno sancti Cároli, Mediolanensis Archiepíscopi.

Script. post ann. 1582. *Cap.* 5. *de visit. & cur. infirm.*

ÆGrótis máximè visitandis & consolandis assíduam caritátem Párochus navábit, qui rerum ómnium indigéntiâ & morbi acerbitáte miserábilem in modum afflicti, curatiónem difficíllimam experiuntur, quorum paupertátem commótus zelo pietátis ita sublevábit, ut & ipse, si per facultátes potest, de suo éroget, & aliórum eleemósynas conquírat.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Mediolanensi quarto, sub sancto Cárolo.

Part. 2. *Cap.* 4.

TEmpore pestiléntiæ Epíscopus quæcumque pietátis offícia à parente óptimo fíliis præstári afflictíssimo illo témpore opórteat, ea stúdio & ministério suo ita præstábit, ut ad ómnia caritátis christiánæ ópera céteri hómines inflammentur. Parochi autem animarumve curatóres tantùm abest ut necessário eo témpore pópulum cujus curam gerunt, áliquo modo destituant, ut fixâ ánimi deliberatióne sibi statuendum putent ómnia prorsùs étiam mortis perícula paratíssimo ánimo subíre pótiùs, quàm fidéles Christi Sánguine redemptos, ac sibi præcípuè in curam tráditos, in summa penè ómnium adjumentórum necessitáte desérere.

FERIA TERTIA.

Ex Synodo Claromontána.

Ann. 1268.

Tit. 7. *de Pœnitentia.*

INfirmis in mortis artículo constitútis pia est inquirenda peccatórum conféssio. Est eis intimandum ut conterantur & ut dóleant de peccátis suis universis & síngulis, non tàm timóre pœnæ quam peccando meruérunt, sed quòd Deum & Patrem Creatórem & Redemptórem suum offéndere præsumpsérunt. Inducantur infirmi, ut acerbitátes ægritúdinis quasi flagella pii Patris, quemádmodùm ei plácuit, cum gáudio toleráre labórent.

...clésiis, tùm se... ...cùm reguláribus, ...tem quamvis præ... ...us, vel étiam sub ...árum solemnita... ...um prætextu, ex... ...anctíssimum Eu... Sacramentum. ...pártiter ad majus altáre exponátur; nec in Processiónibus sine expressa Pontíficis licéntia, ipsaque scripto consignáta, circumferátur, nisi decurrente Octavâ Festi Córporis Christi. Ne ítidèm ad incéndia compescenda deferátur sub quocumque prætextu.

...mentis Viatici & Extremæ-Unctionis, & ...o sacerdotali ministerio erga infirmos.

A SEXTA.

...lio Narbonensi.

...609. *Can.* 32.

...at Párochi su... ...egem, & paráti ...nt, ne per illó... ...igéntiam, aut ...ine Baptísmo, ... sine Sacramen... ...éntiæ, Commu... ... Extrémæ-Un... ...oriantur. Infir... ...uls vísitent & ...ur, ac de salúte ...óneant. Olea san... ...cremérias níti... ...ndas, & non fra... ...nctè custódiant. ...s Sacramenta mi... ... & múnera atque ...um Ecclesiarum ...que ab ipsis ... (seu ...ausâ ...mini...

SABBATO.

Ex Statútis Synodálibus Stéphani de Pontécaro, Parisiensis Epíscopi.

Ann. 1508.

Tit. de Pœnitentia.

CUm sit ánima multùm pretiósior córpore, præcípimus médicis córporum, ut cùm eos ad infirmos vocári contígerit, ipsos ante ómnia móneant & indúcant ut médicos ádvocent animárum; ut postquàm fúerit infirmo de spirituáli salúte provísum, ad corporális medicínæ remédium salúbriùs procedátur. Ne quis étiam medicórum pro corporáli salúte áliquid ægróto suádeat, quod in perículum ánimæ convertátur.

DOMINICA III *post Pentecosten.*

Ex Sacramentáli Ambrosiáno sancti Cároli, Mediolanensis Archiepíscopi.

Scrípt. post ann. 1582. *Cap.* 5. *de visit. & cur. infirm.*

ÆGrótis máximè visitandis & consolandis assíduam caritátem Párochus navábit, qui rerum ómnium indigéntiâ & morbi acerbitáte miserábilem in modum afflicti, curatiónem difficíllimam experiuntur, quorum paupertátem commótus zelo pietátis ita sublevábit, ut & ipse, si per facultátes potest, de suo éroget, & aliórum eleemósynas conquírat.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Mediolanensi quarto, sub sancto Cárolo.

Part. 2. *Cap.* 4.

TEmpore pestiléntiæ Epíscopus quæcumque pietátis officia à parente óptimo fíliis præstári afflictíssimo illo témpore opórteat, ea stúdio & ministério suo ita præstábit, ut ad ómnia caritátis christiánæ ópera céteri hómines inflammentur. Parochi autem animarumve curatóres tantùm abest ut necessário eo témpore pópulum cujus curam gerunt, áliquo modo destítuant, ut fixâ ánimi deliberatióne sibi statuendum putent ómnia prorsùs étiam mortis perícula paratíssimo ánimo subíre pótiùs, quàm fidéles Christi Sánguine redemptos, ac sibi præcípuè in curam tráditos, in summa penè ómnium adjumentórum necessitáte desérere.

FERIA TERTIA.

Ex Synodo Claromontâna.

Ann. 1268.

Tit. 7. *de Pœnitentia.*

INfirmis in mortis artículo constitútis pia est inquirenda peccatórum conféssio. Est eis intimandum ut conterantur & ut dóleant de peccátis suis univérsis & síngulis, non tàm timóre pœnæ quam peccando meruérunt, sed quòd Deum & Patrem Creatórem & Redemptórem suum offéndere præsumpsérunt. Inducantur infirmi, ut acerbitátes ægritúdinis quasi flagella pii Patris, quemádmodùm ei plácuit, cum gáudio toleráre labórent.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Nannetensi.

Can. 4 & 5. *seculo ix.*

SAcerdos infirmum blandè leniterque alloquátur, ut omnem spem suam in Deo ponat, ut peccáta confiteátur, ut emendationem promittat: hujuscémodi allocutiónibus det locum Sacerdos ut ægrótus de peccátis suis possit cogitáre. Infirmus qui necessitáte mortis urgente confitétur peccáta, sub ea conditióne à Sacerdóte reconciliétur, ut si ei Dóminus sanitátem reddiderit, secundum qualitátem delicti & secundum Cánonum statúta & Pœnitentiálium probatórum pœníteat.

FERIA QUINTA.

Ex Pœnitentiáli sancti Theodóri, Cantuariensis Epíscopi.

Ed. ante ann. 690. inter except. Barth. Oxon. Episc.

INfirmis non imponenda est pœniténtiæ quantitas, sed innotescenda, & cum amicórum oratiónibus, & eleemosynárum [illegible] pondus sublevandum, si fortè migráverint; ne fortè obligáti à communióne alieni, vel consórtio véniæ fiant.

A quo perículo si divínitùs erepti convaluerint, pœniténtiæ modum à suo Confessóre impósitum diligenter obsérvent. Et ídeò secundum Canónicam áuctoritátem, ne illis jánua pietátis clausa videátur, oratiónibus & consolatiónibus Ecclesiásticis sacra cum unctióne ólei animáti, secundum statúta sanctórum Patrum, communióne Viático reficiantur.

FERIA SEXTA.

Ex Statútis Synodalibus Eustáchii de Belláio, Parisiensis Epíscopi.

Ann. 1557. *Can.* 33.

ÆGrótis Extréma-Unctio adhibeátur, quibus naturális infirmitas mortem minátur; & hoc, vel ut convalescant, vel ut peccatórum graviórum relíquiis dimissis & expiátis, in Dómino requiescant. Commonefaciendi sunt au[illegible] ægro[illegible] uc in [illegible] hoc [illegible] item [illegible] sus[illegible] cipiant [illegible] tanda est [illegible] [illegible] liter [illegible] Extrémæ [illegible]

DOMINICA III
post Pentecosten.

Ex Sacramentáli Ambrosiáno sancti Cároli, Mediolanensis Archiepíscopi.

Script. post ann. 1582. *Cap.* 5. *de visit. & cur. infirm.*

ÆGrótis máximè visitandis & consolandis assíduam caritátem Párochus navábit, qui rerum ómnium indigéntiâ & morbi acerbitáte miserábilem in modum afflicti, curatiónem difficíllimam experiuntur, quorum paupertátem commótus zelo pietátis ita sublevábit, ut & ipse, si per facultátes potest, de suo éroget, & aliórum eleemósynas conquírat.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Mediolanensi quarto, sub sancto Cárolo.

Part. 2. *Cap.* 4.

TEmpore pestiléntiæ Epíscopus quæcumque pietátis officia à parente óptimo fíliis præstári afflictíssimo illo témpore opórteat, ea stúdio & ministério suo ita præstábit, ut ad ómnia caritátis christiánæ ópera céteri hómines inflammentur. Parochi autem animarumve curatóres tantùm abest ut necessário eo témpore pópulum cujus curam gerunt, áliquo modo destítuant, ut fixâ ánimi deliberatióne sibi statuendum putent ómnia prorsùs étiam mortis perícula paratíssimo ánimo subíre pótiùs, quàm fidéles Christi Sánguine redemptos, ac sibi præcípuè in curam tráditos, in summa penè ómnium adjumentórum necessitáte desérere.

FERIA TERTIA.

Ex Synodo Claromontána.

Ann. 1268.

Tit. 7. *de Pœnitentia.*

INfirmis in mortis artículo constitútis pia est inquirenda peccatórum conféssio. Est eis intimandum ut conterantur & ut dóleant de peccátis suis universis & síngulis, non tàm timóre pœnæ quam peccando meruérunt, sed quòd Deum & Patrem Creatórem & Redemptórem suum offéndere præsumpsérunt. Inducantur infirmi, ut acerbitátes ægritúdinis quasi flagella pii Patris, quemádmodùm ei plácuit, cum gáudio toleráre labórent.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Nannetensi.

Can. 4 & 5. seculo ix.

SAcerdos infirmum blandè leniterque alloquátur, ut omnem spem suam in Deo ponat, ut peccáta confiteátur, ut emendatiónem promittat: hujuscémodi allocutiónibus det locum Sacerdos ut ægrótus de peccátis suis possit cogitáre. Infirmus qui necessitáte mortis urgente confitétur peccáta, sub ea conditióne à Sacerdóte reconciliétur, ut si ei Dóminus sanitátem reddíderit, secundum qualitátem delicti & secundum Canonum statúta & Pœnitentiálium probatórum pœníteat.

FERIA QUINTA.

Ex Pœnitentiáli sancti Theodóri, Cantuariensis Epíscopi.

Ed. ant. ann. 600. inter except. Barth. Oxon. Episc.

INfirmis non imponenda est pœniténtiæ quantitas, sed innotescenda, & cum amicórum oratiónibus, & eleemosynárum studiis pondus sublevandum, si fortè migráverint; ne fortè obligati à communióne [illegible], vel consórtio [illegible]

A quo perículo si divinitùs erepti convalúerint, pœniténtiæ modum à suo Confessóre impósitum diligenter obsérvent. Et ídeò secundum Canónicam áuctoritátem, ne illis jánua pietátis clausa videátur, oratiónibus & consolatiónibus Ecclesiásticis sacra cum unctióne ólei animáti, secundum statúta sanctórum Patrum, communióne Viátici reficiantur.

FERIA SEXTA.

Ex Statútis Synodalibus Eustáchii de Belláio, Parisiensis Epíscopi.

Ann. 1557. Can. 33.

ÆGrótis Extréma-Unctio adhibeátur, quibus naturális infírmitas mortem minátur; & hoc, vel ut convalescant, vel ut peccatórum gravióum reliquiis dimissis & expiátis, in Dómino requiescant. Commonefaciendi sunt au[illegible] ægro[illegible] [illegible]uc in [illegible] hoc [illegible]útem [illegible] suf[illegible] [illegible]

ceptióne arcéri non debent.

SABBATO.

Ex Concílio Mediolanensi quarto, sub sancto Cárolo.

Ann. 1576. *Part.* 2. *Cap.* 6.

SAcerdos, dùm ægrótus sénsuum usum non amísit, eum brévibus & suávibus ardentibusque verbis excitáre ad desidérium vitæ ætérnæ & ad spem de divína misericórdia concipiendam, ne opportúnè desistat; tùm cùm propè moribundus est, in illíus ánimæ commendatióne, quàm máximâ potest íntimâ ánimi pietáte, statas, religiósas sanctásque preces récitet.

De Sacramento Matrimonii.

DOMINICA IV.

post Pentecosten.

Ex Concílio Parisiensi.

Ann. 1528. *in Decr. fid.* [illegible] 10.

MAtr[illegible] esse Sacra[illegible] abundè satis fac[illegible] Ecclésiæ [illegible] auctorit[illegible] comprobatur. Hoc quippe Sacramentum magn[illegible] est in Christo [illegible] in Ecclésia, quia sanctificatur vir infidélis per mulierem fidélem, & [illegible] per [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mente ex-

FERIA SECUNDA.

Ex Epístola Synódica Hincmári, Remensis Archiepíscopi, de divórtio regis Lothárii, ad Reges & Sacerdótes.

Ann. 862. *Inter opera Hincm. Tom.* [illegible]

QUáliter conjúgium fieri débeat, [illegible] & nova lex [illegible] Dómino per Móysen præcipiente, & in Evangélio demonstrante. [illegible] inquit, desponsata [illegible] Jesu Maria Joseph [illegible] [illegible] convenirent. [illegible] in núptiis celebrátis [illegible] [illegible] quas [illegible] [illegible] sanctificáre [illegible] [illegible] patr[illegible] dignátus est. [illegible] legítimum [illegible] Pátribus accépimus, S.

sanctis Apóstolis eorumque successóribus tráditum invénimus) non fit conjúgium, nisi ab his qui super ipsam féminam dominatiónem videntur habére, & à quibus custodítur, uxor petátur, & à paréntibus aut propinquióribus sponsétur, & légibus dotétur; & suo témpore solémniter accipiátur.

FERIA TERTIA.

Ex Epístola canónica secunda sancti Basílii Magni ad beátum Amphilóchium, Epíscopum Iconiensem.

Ann. 375. *C.* 42.

QUæ sine iis qui habent potestátem fiunt matrimónia, sunt fornicatiónes. Nec ergo, vivente patre, nec dómino, ii qui convéniunt, sunt ab accusatióne líberi, donec conjúgio dómini annúerint; tunc enim áccipit firmitátem conjúgium.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Eliberitáno.

Ann. 313. *C.* 15 & 16.

GEntílibus mínimè in matrimónium dandæ sunt Christiánæ. Hærétici si se transferre nolúerint ad Ecclésiam cathólicam, nec ipsis cathólicas dandas esse puellas, sed neque Judæis dare plácuit; eò quòd nulla possit esse socíetas fidéli cum infidéli.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio * Mediolanensi quinto sub sancto Cárolo; & ex ** Statútis Synodálibus Odónis de Soliaco, Parisiensis Epíscopi.

* *Ann.* 1579. *Part.* 3. *C.* 16. ** *Ann.* 1199. *Syn.* 1. *Can. de Matrim.*

PArochus, quos sponsos experiundo víderit doctrínæ christiánæ rudimenta planè ignoráre, ne matrimónio illos antè jungat, quàm ea item ratióne cognôrit didicisse quæ eo de género illos planè scire oportet.... Nullus Sacerdos áudeat perfícere matrimónium in casu dúbio, inconsulto Epíscopo, sed ad eum semper réferat omnes matrimónii dubitatiónes.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Cameracensi.

Ann. 1565. *Tit.* 15. *Cap.* 2.

DOcébunt Pastóres, idque frequenter populáres suos in Matrimónio spectári debére fidem, prolem & Sacramentum;

fidem scilicèt quæ jus conjúgii servet indissolúbile; prolem, ut Dei benefício suscepta ac donáta mútuâ benevoléntiâ nutriátur, & instituátur religiósè; Sacramentum autem, ut exemplo Christi & Ecclésiæ divórtium cónjuges non séparet.

SABBATO.

Ex Statútis Stéphani de Pontécaro, Parisiensis Epíscopi.

Ann. 1508. *C. de Matrim.*

CОntráhere volentes sponsália & fidei datiónes, véniant ad Ecclésiam reverenter, & coram Sacerdóte fáciant in Ecclésia promissiónes matrimoniáles: Sacerdos verò próferat, & proferre fáciat à contráhere voléntibus verba de matrimónio contrahendo per verba de futúro, & non per verba de præsenti. Item ne admittantur ad fídei datiónes & matrimónia solemnisanda, metu aut vi adducti, aut seducti.

DOMINICA V post Pentecosten.

Ex Epístola Siricii Papæ, ad Himérium Tarraconensem Epíscopum.

Ann. 385. *Can.* 4.

DE conjugálium violatióne requisísti, si desponsátam álii puellam alter in matrimónium possit accípere. Hoc ne fiat, modis ómnibus inhibémus; quia illa benedíctio quam nuptúræ Sacerdos impónit, apud fidéles cujusdam sacrilégii instar est, si ullâ transgressióne violétur.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Tridentíno. *Ann.* 1563. *Sess.* 24. *Cap.* 1. *de Reform. Matrim.*

ANtequàm matrimónium contrahátur, ter à proprio contrahéntium Párocho tribus contínuis diébus festívis in Ecclésia inter Missárum solémnia públicè denuntiétur quos inter matrimónium sit contrahendum. Quibus denuntiatiónibus factis, si nullum legítimum opponátur impedimentum, ad celebratiónem matrimónii in fácie Ecclésiæ procedátur.

FERIA TERTIA.

Ex Statútis Synódicis Eustáchii de Belláio, Parisiensis Epíscopi.

Ann. 1557. *C.* 32.

INdíctio nuptiárum, id est bannum, fieri solet ad evitanda perícula quæ clandestinæ

clandestínæ núptiæ afferre possunt: quam & nos sub anathématis pœna præcípimus observári. Nec solùm dignos censémus anathémate, qui sic matrimónium, clàm cóntrahunt; sed quotquot étiam consílium, auxílium, favórem exhibuérunt, & dédita ópera præbuérunt. Clandestína matrimónia dicuntur quæcumque nec palàm, nec públicè, neque sub próprio Párocho & coram justis fiunt téstibus. Si quis autem tales contraxisse nóverit, Párocho déferat. Altérius Paróchiæ (fidélem) absque Párochi qui ei præficitur lítteris rei fidem faciéntibus, nullum admitti ad contractum nuptiálem vólumus.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Tridentíno.

Ann. 1563. *Sess.* 24. *C.* 1. *de Reform. Matrim.*

QUi áliter quàm præsente Párocho, vel álio Sacerdóte de ipsíus Párochi seu Ordinárii licéntiâ, & duóbus vel tribus téstibus, Matrimónium contráhere attentábunt; eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnínò inhábiles reddit: & hujúsmodi contractus írritos & nullos esse decernit, prout eos præsenti decréto írritos facit & annullat. Prætéreà eádem sancta Synodus hortátur ut cónjuges ante benedictiónem Sacerdotálem in templo suscipiendam, in eádem domo non cohábitent. Postrémò, ut ántequàm cóntrahant, peccáta diligenter confiteantur, & ad Eucharístiæ Sacramentum piè accédant. Si quæ Provínciæ áliis ultra prædictas, laudabílibus consuetudínibus & cæremóniis hâc in re utuntur, eas omnínò retinéri sancta Synodus vehementer optat.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Parisiensi.

Ann. 1429. *Jac. Des Chasteliers, Paris. Episcopo. Cap.* 32.

CAnónica jura non sine magnis ratiónibus jubent matrimoniórum contractus in Ecclésiis públicè celebrári, scilicèt propter Sacramenti dignitátem, reveréntiam & honórem, in quo confertur grátia sicut & in céteris Sacramentis. Nos

circa id providére volentes, ómnibus Ecclesiárum rectóribus prohibémus, ne in privátis Oratóriis solemnisatiónem matrimoniórum fáciant, aut fíeri dispensent; nisi fórsitàn subsit ingens vel necessária causa & non ficta, étiam plúribus præséntibus.

FERIA SEXTA.

Ex Capítulis Herardi, Turonensis Epíscopi.

Ann. 858. *Can.* 89.

SPonsus & sponsa cum précibus & oblatiónibus à Sacerdóte benedicantur; & hæc légibus sponsétur ac dotétur, & à paranymphis custodiátur, ut públicè solemniterque accipiátur. Tùm doceátur eis ut castitátem inter se custódiant, ut fílios non spúrios, sed hæreditários Deo & século génerent.

SABBATO.

Ex Concíliis * Laodicéno & ** Venético.

* *Anno* 372. *Can.* 53. & 54.
** *Ann.* 465. *Can.* 11.

NOn oportet Christiános euntes ad núptias saltáre aut chóreas ágere, sed modestè cœnáre vel prándere, sicut Christiános decet. Non oportet minístros altáris vel quóslibet Cléricos spectáculis alíquibus, quæ aut in núptiis aut in cœnis exhibentur, interesse; sed ántequàm thymélici ingrediantur, súrgere eos & abíre... Presbyteri, Diáconi atque Subdiáconi nuptiárum evítent convívia: nec iis cœtibus admisceantur, ubi amatória cantantur & túrpia, aut obscœni motus córporum chóreis & sáltibus efferuntur; ne audítus & obtútus sacris mystériis deputátus, túrpium spectaculórum atque verbórum contágio polluátur.



De nominatione & institutione canonica ad Beneficia & dignitates Ecclesiasticas.

DOMINICA VI *post Pentecosten.*

Ex Concílio Parisiensi sexto.

Ann. 829. *Lib.* 1. *Cap.* 11.

SUmmópere cavendum est ut hi per quos & Relígio Christiána constáre, & céteri ab offensióne debent salvári, tales posthábitâ simoníacâ peste eligantur, quales & Apostólicus sermo, & canónicus ordo, & beáti Gregórii pastorális Régula docet: scílicèt ut nullíus terrénæ rei grátiâ nisi Dei solíus eligantur, quóniam si pro áliquo múnere præsentis futuræque retributiónis, vel pro quálibet ália re quæ contrária esse possit veritáti divinæque auctoritáti, elígitur, liquet profectò quòd in hujuscemodi facto Deus offendátur. Orandus est ergò ut eam pestem ab ómnium fidélium corde, ore & manu procùl amóveat.

FERIA SECUNDA.

Ex Concíliis * Lateranensi tértio, & ** Albiensi.

* *Ann.* 1179. *Can.* 8.
** *Ann.* 1254. *Can.* 56.

NUlla Ecclesiástica ministeria, seu étiam beneficia, vel Ecclésiæ, alícui tribuantur seu promittantur, ántequàm vacent; ne desideráre quis mortem próximi videátur, in cujus locum & benefícium se crediderit successúrum. Turpe nimìs est & divíni plenum animadversióne judícii, si locum in Dei Ecclésia futúræ successiónis expectátio hábeat..... Cùm in collatióne bonórum Ecclesiasticórum habéri débeat principáliter ante óculos solus Deus, ómnia Ecclesiástica bona persónis idóneis & statúto à Canónibus témpore conferantur, nullo præcepto vel promisso, remótis omni conditióne & pacto.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Remensi.

Ann. 1119. *Can.* 4.

NUllus Epíscopus, nullus Présbyter, nullus

omninò de Clero Ecclesiasticas dignitátes vel beneficia cuilibet quasi hæreditário jure derelinquat.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1563. *Seſſ.* 24. *de Reform. Cap.* 1.

QUi ad promotiónem præficiendórum quod cumque jus habent, aut aliòquin óperam suam præstant, imprímis memínerint nihil se ad Dei glóriam & populórum salútem utílius posse fácere, quàm si bonos pastóres & Ecclésiæ gubernandæ idóneos promovéri stúdeant: eosque aliénis peccátis communicantes mortáliter peccáre, nisi quos dignióres & Ecclésiæ magis útiles ipsi judicáverint; non quidem précibus vel humáno affectu, aut ambiéntium suggestiónibus, sed eórum exigéntibus méritis, præfici diligenter curáverint.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Senonensi. *Ann.* 1460. * *more præsenti* 1461. *mense Martio. art.* 2. *C.* 4.

Aderat Guillelmus Chartier, Parisiensis Episcopus.

CUm Prælatórum & Collatórum præcipua versári débeat sollicitúdo ut viris provídeant idóneis, doctis páriter & probátis, & præsertìm in dignitátibus, & máximè parochiálium Ecclesiárum rectóribus, quibus régimen animárum quod est ars ártium, curaque nóscitur esse commissa; sacrique Cánones Epíscopis & áliis quibus præmissa spectáre dignoscuntur, in perículo animárum suárum, tanquàm de pretiosíssimo talento sibi per suprémum Directórem commisso benè & fidéliter dispónere injúnxerint: præcípimus ómnibus & síngulis Epíscopis ac áliis antedictis, ut neque ad carnalitátem aut preces, aut áliàs inordinátè respicientes, summópere curent in benefíciis viros próvidos & móribus benè compósitos, probátos & examinátos institúere, promovére & ordináre, per quos cultus Dei & Ecclesiásticus ordo possit & váleat augmentári.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Tridentíno. *Ann.* 1563. *Seſſ.* 24. *de Reform. Cap.* 12.

CUm dignitátes in Ecclésiis, præsertìm Ca-

thedrálibus, ad conservandam augendamque Ecclesiásticam disciplinam fúerint institútæ; ut qui eas obtinérent, pietáte præcéllerent, aliisque exemplo essent, atque Epíscopos óperâ & officio juvârent; méritò qui ad eas vocantur, tales esse debent, qui suo múneri respondére possint. Nemo ígitur deinceps ad dignitátes quascumque, quibus animárum cura subest, promoveátur, nisi qui saltèm vigésimum quintum ætátis annum attígerit; & in Clericáli órdine versátus, doctrínâ ad suum munus exequendum, necessária ac morum integritáte commendétur.

SABBATO.

Ex Concílio Lateranensi primo.

Ann. 1123. *Can.* 7.

NUllus omninò Archidiâconus, aut Archiprésbyter, aut Præpósitus vel Decánus, animárum curam, vel Præbendas Ecclésiæ sine judicio vel consensu Epíscopi, alicui tríbuat: imò sicut sanctis Canónibus constitútum est, cura & rerum Ecclesiasticárum dispensátio in Epíscopi judicio & potestáte permáneant.

De Prælatorum residentia, & Pastorali sollicitudine.

DOMINICA VII *post Pentecosten.*

Ex Concílio Cloveshoviensi secundo.

Ann. 747. *C.* 1.

UNusquisque Episcopórum curam pastorálem sibi créditam, Canonicasque Christi Ecclésiæ institutiónes, summo conámine deféndere sit promptus: nec ullátenùs negligenter vivendo, ségniter docendo, negótiis seculáribus, plusquàm Dei servítiis, quod absit, súbditus exístat; sed bonis útiquè móribus, abstinéntiæ virtútibus, justítiæ opéribus, doctrínæ stúdiis adornátus, ut secundum Apóstololum, pópulum Dei suis exemplis benè corrígere, & sanæ quoque doctrínæ sermónibur instrúere præváleat.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Tridentino.

Ann. 1547. *Sess.* 6. *de Reform. C.* 1.

OMnes Cathedrálibus Ecclésiis quibuscum-

que, quovis nómine ac título, præfectos monet, ac mónitos esse vult sancta Synodus, ut attendentes sibi & universo gregi, in quo Spíritus sanctus pósuit eos régere Ecclésiam Dei, vígilent, & ministérium suum ímpleant. Implére autem illud nequàquàm posse sciant, si greges sibi commissos mercenariórum more déserant, atque óvium suárum, quarum sanguis de eórum est mánibus à suprémo Júdice requirendus, custódiæ mínimè incumbant; cùm certíssimum sit non admitti Pastóris excusatiónem si lupus oves cómedit, & Pastor nescit.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Aquileiensi.

Ann. 1596. *C.* 4.

NOn est dignitátum aut officiórum institútio otiósa, ut spécies ostentet quod actus non éfficit: nec residére aut interesse reipsâ, juxta sincéram & rectam Cánonum intelligéntiam censentur, qui interessendo nihil eórum quæ ad suum pértinent officium exequuntur. Proindè cùm dignitátum institútio ad ministéria Ecclesiástica & sacra facta sit, ut obtinentes illa per se & non per substitútos officia súbeant, decérnimus per Epíscopos diligenter curandum, ut pietáte ac diligéntiâ vígeant, quò ista aliquandò promptè exhibeantur, inobedientes ac pertináces districtè cohíbeant & emendent.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Tolosáno.

Anno 1590. *C.* 3.

QUàm ánxiè sollicitèque commissæ sibi animárum salúti invigiláre Párochi débeant, fácilè intélliget, qui iis de pópuli peccátis ratiónem reddendam esse nóverit. Id ne áccidat, super gregis custódiam perpétuò stent; sacris hortatiónibus, concionibusque diébus Domínicis & áliis Festivitátibus habendis, pópulum commonefáciant, ad crebram confessiónem communionemque invítent; ægrótos frequenter étiam non vocáti ádeant, & quàmmáximè póterunt, eorumdem consciéntiæ cónsulant; tùm dénique réliqua ómnia Parochórum múnera fidéliter exequantur.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Burdigalensi.

Anno 1583. *Tit.* 18. *de Parochis.*

OBservent Párochi sui gregis vítia, & commúnia vel própria peccáta; iisque corrigendis, cum omni mansuetúdine & caritáte, tùm publicè omnes, tùm privatìm síngulos admonendo, diligéntiam adhíbeant. Si qui contentióne discordes fúerint, vel ódia in ínvicem suscéperint, aut simultátes exercúerint, curent eos quamprimùm ad pacem & fraternam concórdiam revocáre.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Tridentíno.

Anno 1551. *Sess.* 13. *de Reform. Cap.* 1.

SE Pastóres memínerint ita præesse sibi súbditis oportére, ut non eis dominentur, sed illos tanquàm fílios & fratres díligant: elaborentque ut hortando & monendo ab illícitis detérreant; ne, ubi delíquerint, débitis eos pœnis coercére cogantur. Quos tamen si quid per humánam fragilitátem peccáre contigerit, illa Apóstoli est ab eis observanda præcéptio, ut illos árguant, óbsecrent in omni bonitáte & patiéntiâ; cùm sæpè plus erga corrigendos agat benevoléntia quàm austéritas; plus exhortátio quàm comminátio, plus cáritas quam potestas. Sin autem ob delicti gravitátem virgâ opus fúerit, tunc cum mansuetúdine rigor, cum misericórdia judícium, cum lenitáte sevéritas adhibenda est.

SABBATO.

Ex Concílio Avenionensi.

Ann. 1594. *Can.* 42.

STudiósè Párochus sit sollícitus de paupéribus suæ Paróchiæ, præsertìm puellis nubílibus, víduis, órphanis, pupillis, ægrótis, senio conféctis, aliisque persónis utráque misericórdiâ indigéntibus, quibus & ipse opitulétur, & álios hortátu suo ad id offícium invítet. Præcípuè de iis Epíscopum certiórem fáciat; ut qui commúnis eórum pater est, iisdem patérnam curam præstet.

que, quovis nómine ac título, præfectos monet, ac mónitos esse vult sancta Synodus, ut attendentes sibi & universo gregi, in quo Spíritus sanctus pósuit eos régere Ecclésiam Dei, vígilent, & ministérium suum ímpleant. Implére autem illud nequáquàm posse sciant, si greges sibi commissos mercenariórum more déserant, atque óvium suárum, quarum sanguis de eórum est mánibus à suprémo Júdice requirendus, custódiæ minimè incumbant; cùm certíssimum sit non admitti Pastóris excusatiónem si lupus oves cómedit, & Pastor nescit.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Aquileiensi. *Ann.* 1596. *C.* 4.

Non est dignitátum aut officiórum institútio otiósa, ut spécies ostentet quod actus non éfficit: nec resídére aut interesse reipsâ, juxta sincéram & rectam Canónum intelligéntiam censentur, qui interessendo nihil eórum quæ ad suum pértinent offícium exequuntur. Proindè cùm dignitátum institútio ad ministéria Ecclesiástica & sacra facta sit, ut obtinentes illa per se & non per substitútos officia súbeant, decérnimus per Epíscopos diligenter curandum, ut pietáte ac diligéntiâ vígeant, quò ista aliquandò promptè exhibeantur, inobedientes ac pertináces districtè cohíbeant & emendent.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Tolosáno. *Anno* 1590. *C.* 3.

Quàm ánxiè sollicitèque commissæ sibi animárum salúti invigiláre Párochi debeant, fácilè intélliget, qui iis de pópuli peccátis ratiónem reddendam esse nóverit. Id ne áccidat, super gregis custódiam perpetuò stent; sacris hortatiónibus, concionibusque diébus Domínicis & áliis Festivitátibus habendis, pópulum commonefáciant, ad crebram confessiónem communionemque invítent; ægrótos frequenter étiam non vocáti ádeant, & quàmmáximè póterunt, eorumdem consciéntiæ cónsulant; tùm dénique réliqua ómnia Parochórum múnera fidéliter exequantur.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Burdigalensi.

Anno 1583. *Tit.* 18. *de Parochis.*

OBservent Párochi sui gregis vítia, & commúnia vel própria peccáta; iisque corrigendis, cum omni mansuetúdine & caritáte, tùm publicè omnes, tùm privatìm síngulos admonendo, diligéntiam adhíbeant. Si qui contentióne discordes fúerint, vel ódia in ínvicem suscéperint, aut simultátes exercúerint, curent eos quamprimùm ad pacem & fraternam concórdiam revocáre.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Tridentíno.

Anno 1551. *Sess.* 13. *de Reform. Cap.* 1.

SE Pastóres memínerint ita præesse sibi súbditis oportére, ut non eis dominentur, sed illos tanquàm fílios & fratres díligant: elaborentque ut hortando & monendo ab illícitis detérreant; ne, ubì delíquerint, débitis eos pœnis coercére cogantur. Quos tamen si quid per humánam fragilitátem peccáre contígerit, illa Apóstoli est ab eis observanda præcéptio, ut illos árguant, óbsecrent in omni bonitáte & patiéntiâ; cùm sæpè plus erga corrigendos [illegible] benevoléntia quàm [illegible]éritas, plus exhortátio quàm comminátio, plus cáritas quam potestas. Sin autem ob delicti gravitátem virgâ opus fúerit, tunc cum mansuetúdine rigor, cum misericórdia judícium, cum lenitáte sevéritas adhibenda est.

SABBATO.

Ex Concílio Avenionensi.

Ann. 1594. *Can.* 42.

STudiósè Párochus sit sollícitus de paupéribus suæ Paróchiæ, præsertìm puellis nubílibus, víduis, órphanis, pupillis, ægrótis, sénio conféctis, aliísque persónis utráque misericórdiâ indigéntibus, quibus & ipse opituletur, & álios hortátu suo ad id officium invítet. Præcípuè de iis Episcopum certiórem fáciat; ut qui commúnis eórum pater est, iísdem patérnam curam præstet.

De Visitatione Episcopali.

DOMINICA VIII
post Pentecosten.
Ex Concíliis * Tarraconensi & ** Toletáno quarto.
* *Ann.* 559. *Cap.* 8.
** *Ann.* 633. *C.* 28.

MUltórum cásuum experiéntiâ magistrante, repérimus nonnullas Diœcesánas esse Ecclésias destitútas: ob quam rem id hâc constitutióne decrévimus, ut antíquæ consuetúdinis ordo servétur, & ánnuis vícibus ab Epíscopo Diœcesáno visitentur, & si qua fortè Basílica reperta fúerit destitúta, ordinatióne ipsíus reparétur.... Quòd si ipse aut languóre detentus, aut áliis occupatiónibus implicátus, expléré nequíverit, Presbýteros probábiles aut Diáconos mittat, qui & réditus Basilicárum & reparatiónes, & ministrántium vitam inquírant.

FERIA SECUNDA.
Ex Concílio Suessionensi.
Anno 744. *Can.* 4. & 5.

UNusquisque Presbyter qui in Paróchia est, Epíscopo obédiens & subjectus sit, & ratiónem & órdinem ministérii sui Epíscopo reddat, & ab eo Chrisma & Oleum petat; & quandò jure canónico Epíscopus círcumit Paróchiam, Abbátes & Presbýteri paráti sint ad suscipiendum Epíscopum in adjutórium necessitátis. Supervenientes Presbyteri de áliis regiónibus non suscipiantur in ministérium Ecclésiæ, nisi priùs fúerint probáti ab Epíscopo cujus Paróchia est.

FERIA TERTIA.
Ex Concílio Narbonensi.
Ann. 1609. *Cap.* 27.

ECclésias Epíscopi vísitent moderáto comitátu, ne súbditos nímiis súmptibus ópprimant; eosque secum assúmant, quos probátæ fídei & doctrínæ nóverint, & quorum íntegra fama iis ad quos proficiscantur, exemplo esse possit. Abúsus, si qui irrépserint, tollant; modos státuant quibus in pósterum vitári possint.

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Tridentíno.
Anno 1562. *Sess.* 24.
de Reform. C. 3.

VIsitatiónum (Episcopálium) præcípuus

sit scopus sanam orthodoxamque doctrínam, expulsis hæréſibus, indúcere, bonos mores tuéri, pravos corrígere, pópulum cohortatiónibus & admonitiónibus ad religiónem, pacem, innocentiamque accéndere; cétera, prout locus, tempus & occásio feret, ex visitántium prudéntia, ad fidélium fructum constitúere. Patróni (Ecclesiárum) nullátenùs se visitatióni ornamentórum Ecclésiæ, aut bonórum stabílium seu fabricárum provéntibus immísceant, nisi quátenùs id eis ex institutióne ac fundatióne cómpetat: sed Epíscopi ipsi hæc fáciant, & fabricárum réditus in usus Ecclésiæ necessários & útiles, prout sibi expedíre magìs visum fúerit, expendi curent.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Mediolanensi quarto.

Ann. 1576. *Tit. de Visit.*

PArochus aliusve Ecclésiæ Rector, vel Præfectus, in qua animárum curam gerit, cùm visitandus erit, pastoráles Epíscopi litteras, visitatiónis nómine éditas, duóbus ante illíus adventum próximis festis diébus, intra Missárum solémnia, cùm pópuli frequéntia adest, de scripto récitet. Quam litterárum edictorumve Episcopálium evulgatiónem recitationemve, & sermóne, & concióne, & monitiónibus, & omni álio, tùm público, tùm priváto, cohortatiónum officio prosequátur, quo fidélium ánimos diligéntiùs præparet atque éxcitet ad suscipiendum visitatiónis Episcopális officium ubérrimo ac salutári cum animárum fructu. Illud porrò curet, ut nemo, chrísmate non antè confirmátus, modò ætáte in Confirmatiónis litteris Episcopálibus præscriptâ, sit, illud ab eódem tunc non accípiat.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Bracarensi secundo.

Anno 572. *Can.* 1.

EPíscopi per Diœcéses euntes primùm discútiant Cléricos, quómodò órdinem Baptísmi téneant, vel Missárum, & quáliter quæcumque offícia in Ecclésia peragantur. Et si rectè quidem invénerint, Deo grátias agant; sin autem mini-

ventur. Synodi quoque Diœcesánæ quotannis celebrentur, ad quas accédere teneantur qui Parochiálium Ecclesiárum curam gerunt, quicumque illi sint.

FERIA SEXTA.

Ex Statútis Synódicis Odónis de Soliaco, Parisiensis Episcopi.

Circa ann. 1199. in Synod. poster.


DIe Domínicâ præcedenti Synodum, Sacerdótes in suis Paróchiis semper inquírant públicè in Ecclésia si qui sint infirmi in Paróchia, & tértiâ subsequenti Fériâ eos vísitent; si áliqui fúerint infirmi, étiam non requisíti: & fáciant quidquid necesse fúerit ad salútem animárum, ne mora quam sunt factúri in Synodo, fiat occásio periculi eórum salúti: & ne magnam fáciant moram sese visitando & reficiendo, tàm in via quàm in civitáte; quidam enim moram fáciunt, & magnum ímminet perículum salúti animárum.

SABBATO.

Ex Statútis Francisci Harlæi, Parisiensis Archiepíscopi.

Ann. 1673. Synod. ultimâ.

STatúta Synodália quò religiósiùs serventur, præcípimus Párochis & Præsídibus Ecclesiárum, ut iis usu confirmandis invígilent, & sollicitè inquírant núm qui adversus ea peccent: quòd si factum compérerint, nobis renuntiábunt. Promotórem verò nostrum vólumus, omni probátâ & legítimâ viâ, eórum violatóres judício pérsequi. Et quóniam inter ea nonnulla sunt quæ ad Láicos étiam pértinent, ea præcípimus in Paróchiis inter Missárum solémnia promulgári.



De Pontificum vita domestica, & de Viris ecclesiasticis quorum operâ utuntur in Diœceseon regimine.

DOMINICA X.
post Pentecosten.
Ex Concílio Carthaginensi quarto.
Anno 398. *Can.* 15. 26. & 35.

EPíscopus dignitátis suæ auctoritátem fide & vitæ méritis quærat: dissidentes fratres, sive Cléricos, sive Láicos, ad pacem magìs quàm ad judícium cohortétur. In Ecclésia & in consessu Presbyterórum sublímior sédeat; intra domum verò collégam se Presbyterórum esse congnoscat.

FERIA SECUNDA.
Ex Concílio Mediolanensi tertio, sub sancto Cárolo.
Ann. 1573. *Tit.* 10.

EPíscopus cujus in primis est Sacerdotálem dignitátem tuéri, ut Láici discant Sacerdótes tanquàm parentes ab ipsis únicè in Christo díligi & coli étiam debére, efficiat ut semper illis à laicális órdinis viris débitus tribuátur locus & honor. Idem prætéreà ne patiátur Sacerdótem quemquam abjéctiùs se gérere, quàm Sacerdótis dignitas póstulat. Sacerdótes verò morbo senectutísve incómmodis affectos, qui Sacerdotále munus præstáre nequeunt, inopiáque premuntur, in locum áliquem cogi curet, aut álio modo eis cónsulat & provídeat, ubì victus suppeditétur.

FERIA TERTIA.
Ex Concílio Parisiensi, áliàs Meldensi.
Anno 846. *mense Februario. Can.* 25 & 35.
Aderat Erchenradus, Parisiensis Episcopus.

SAlúbre & decens esse cognóscitur, ut non solùm, secundum Apóstolum, dómui suæ spiritáliter Epíscopus benè præsit, verùm étiam & domum temporálem benè ordinátam & compósitam, secundum cómpetens ministérium suum, & de vicinitáte Ecclésiæ, & de conveniéntia Religiónis, & de receptióne páuperum vel hóspitum hábeat: & ita sit ordináta, ut quicumque conversatiónem & domos conversatiónis ipsius víderit,

dignitátes Ecclesiárum sunt institútæ, quò accurátiùs Officia pendantur divína, grávitas Sacerdótum in primis Chori subséllis assidéntium elucescens, quémlibet exemplo suo ad sua múnia ritè persolvenda impellat.

FERIA TERTIA.
Ex Concílio Aquisgranensi.
Anno 816. L. 1. C. 131.

CAnónici laudes Deo in commune persolventes, pro suis, populorumque quorum oblatiónibus vivunt, delictis Dóminum exórent. Debent, juxta Apóstolum, primùm ómnium ab his fieri obsecratiónes, oratiónes, postulatiónes, & gratiárum actiónes, pro ómnibus homínibus, pro régibus, & ómnibus qui in sublimitáte sunt constitúti; ut quiétam & tranquillam vitam agámus in omni pietáte & castitáte. Cáveant étiam ne pro réquie sibi in locis divíno cúltui mancipátis concessâ, ótio tórpeant, sed magìs in persolvendis divínis láudibus promptióres ac devotióres existant; ut per hanc quiétem benè operantes, ad eam quæ fine caret pervenire váleant.

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Coloniensi.
Anno 1536. Part. 3. Cap. 4 & 5.

CAnónici statis ac débitis horis devótè reverenterque omnes, páriter senes cum junióribus, laudent nomen Dómini, alácriter modulantes; sic tamen ne boátus confundat recitatiónem. Quàm autem à vero aberrant qui exístimant sese non alicújus Officii in Ecclésia exercendi, sed quiétis & inértiæ tantùm causâ Canonicátus esse adeptos! perindè atque satis sit, paucis quibusdam Cléricis admodùm ignáris, ténui prétio condúctis, curam divíni Offícii committi, quod deindè hujuscémodi mercenárii, non servátis témporum interstítiis, syncopando transcurrunt, intérim ipsis Canónicis totâ vitâ torpéntibus.

FERIA QUINTA.
Ex Concíliis * Coloniensi & ** Bituricensi.
** Anno 1536. Part. 3. C. 16. ** Anno 1584. Tit. 34.*

ANte ómnia curæ erit ne quis Canonicórum sacris absit; sed ut qui emolumentum ferre vo-

lent, offícium quoque suum, propter quod benefícium datur, in Ecclésia gerant. Aurelianensi Concílio cavétur Cléricos qui offício adesse contemnunt, Ecclesiásticam disciplínam ex arbítrio Epíscopi receptúros........ Sciant autem omnes qui bona Ecclésiæ possident, & iis utuntur, si offícium suum non impléverint, aut ab Ecclesiástico órdine defécerint, se ad restitutiónem tenéri; quod cuique in sua receptióne significétur.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Aquisgranensi.

Ann. 816. *C.* 145.

CAnónici discórdiam fúgiant; & quos discordantes invénerint, ad caritátis concórdiam révocent: amóri Christi nihil præpónant, próprio Epíscopo secundum canónicam constitutionem obtémperent, doctrínis spirituálibus óperam dent, irreprehensibíliter vivant: senióres spirituáliter junióres díligant: junióres senióribus obséquium dignum exhíbeant. Doctióres minùs doctis nequáquàm se præferant, sed magìs eos cum caritáte ædíficent; neque hi qui nobilitáte géneris aut virtútum donis pollent, céteris se túmidè supertexollant.

SABBATO.

Ex Concíliis * Coloniensi & ** Turonensi.

* *Anno* 1536. *Can.* 10.
** *Ann.* 1583. *Tit.* 3.

CApítula ... disciplínæ multò majóri diligéntiâ observentur atque hactenùs. Id ita fiet, si non tam profánæ quàm res sacræ in his tractentur, si de móribus inquirátur, si vita expendátur singulórum; & quod olim sancti Patres fecisse dignoscuntur, extemporáli oratióne interdùm commoneantur fratres, & imprímis ad capessendas sacras lítteras instigarentur, atque ut in his óptimas horas collocárent, incitarentur..... Multùm étenim Reipúblicæ christiánæ interest ut sint in Ecclésia viri docti, qui céteros ad justitiam & pietátem invítent & erúdiant. Ii ne ob librórum penúriam à lectióne se excusáre váleant, provideátur in unaquáque Ecclésia Cathedráli de bibliothéca in qua boni libri & ab

dignitátes Ecclesiárum sunt institútæ, quò accurátiùs Offícia pendantur divína, grávitas Sacerdótum in primis Chori subséllliis assidéntium elucescens, quémlibet exemplo suo ad sua múnia ritè persolvenda impellat.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Aquisgranensi.

Anno 816. *L.* 1. *C.* 131.

CAnónici laudes Deo in commune persolventes, pro suis, populorumque quorum oblatiónibus vivunt, delictis Dóminum exórent. Debent, juxta Apóstolum, primùm ómnium ab his fieri obsecratiónes, oratiónes, postulatiónes, & gratiárum actiónes, pro ómnibus homínibus, pro régibus, & ómnibus qui in sublimitáte sunt constitúti; ut quiétam & tranquillam vitam agámus in omni pietáte & castitáte. Cáveant étiam ne pro réquie sibi in locis divíno cúltui mancipátis concessâ, ótio tórpeant, sed magìs in persolvendis divínis láudibus promptióres ac devotióres existant; ut per hanc quiétem benè operantes, ad eam quæ fine caret pervenìre váleant.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Coloniensi.

Anno 1536. *Part.* 3. *Cap.* 4 & 5.

CAnónici statis ac débitis horis devótè reverenterque omnes, páriter senes cum junióribus, laudent nomen Dómini, alácriter modulantes; sic tamen ne boátus confundat recitatiónem. Quàm autem à vero aberrant qui exístimant sese non alicújus Officii in Ecclésia exercendi, sed quiétis & inértiæ tantùm causâ Canonicátus esse adeptos! perindè atque satìs sit, paucis quibusdam Cléricis admodùm ignáris, ténui prétio condúctis, curam divíni Offícii committi, quod deindè hujuscémodi mercenárii, non servátis témporum interstítiis, syncopando transcurrunt, íntetim ipsis Canónicis totâ vitâ torpéntibus.

FERIA QUINTA.

Ex Concíliis * Coloniensi & ** Bituricensi.

* *Anno* 1536. *Part.* 3. *C.* 16. ** *Anno* 1584. *Tit.* 34.

ANte ómnia curæ erit ne quis Canonicórum sacris abíit; sed ut qui emolumentum ferre vo-

lent, officium quoque suum, propter quod beneficium datur, in Ecclésia gerant. Aurelianensi Concílio cavétur Cléricos qui officio adesse contemnunt, Ecclesiásticam disciplinam ex arbitrio Epíscopi receptúros...... Sciant autem omnes qui bona Ecclésiæ possident, & iis utuntur, si officium suum non impléverint, aut ab Ecclesiástico órdine defécerint, se ad restitutiónem tenéri: quod cuique in sua receptióne significétur.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Aquisgranensi.

Ann. 816. *C.* 145.

CAnónici discórdiam fúgiant; & quos discordantes invénerint, ad caritátis concórdiam révocent: amóri Christi nihil præpónant, próprio Epíscopo secundum canónicam constitutionem obtémperent, doctrínis spiritálibus óperam dent, irreprehensibíliter vivant: senióres spiritáliter junióres díligant: junióres senióribus obséquium dignum exhíbeant. Doctióres minùs doctis nequáquàm se præferant, sed magìs eos cum caritáte ædíficent; neque hi qui nobilitáte géneris aut virtútum donis pollent, céteris se túmidè superextollant.

SABBATO.

Ex Concíliis * Coloniensi & ** Turonensi.

* *Anno* 1536. *Can.* 10.

** *Ann.* 1583. *Tit.* 3.

CApítula disciplínæ multò majóri diligéntiâ observentur atque hâctenùs. Id ita fiet, si non tam profánæ quàm res sacræ in his tractentur, si de móribus inquirátur, si vita expendátur singulórum; & quod olim sancti Patres fecisse dignoscuntur, extemporáli oratióne interdùm commoneantur fratres, & imprímis ad capessendas sacras lítteras instigarentur, atque ut in his óptimas horas collocárent, incitarentur..... Multùm étenim Reipúblicæ christiánæ interest ut sint in Ecclésia viri docti, qui céteros ad justítiam & pietátem invítent & erúdiant. Ii ne ob librórum penúriam à lectióne se excusáre váleant, provideátur in unaquáque Ecclésia Cathedráli de bibliothéca in qua boni libri & ab

Ecclésia cathólica recepti, potissimùm sacri, jurisque divini & canónici, tecondantur; cujus curam hábeant à Capitulo deputandi.

De Officii divini publicâ celebratione, & privatâ recitatione.

DOMINICA XII. *post Pentecosten.*

De Excerptiónibus Egberti Eboracensis Epíscopi.

Circa annum 747.

Can. 28.

SEptem synaxes sancti Patres canendas constituérunt, quas omni die Clerus síngulis Horis cánere debet; quarum prima est nocturnális synaxis. Has ergo septem synaxes omni die debémus sollícitè réddere Deo pro nobis & pro omni pópulo Christiáno, sicut Psalmista testátur, dicens: Séptiès in die laudem dixi tibi super judícia justítiæ tuæ, & insuper Missas non omittere.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Parisiensi.

Anno 1528. *Francisco de Pontecaro Episc. Paris. Decr.* 18.

IN Cathedrálibus, ac Collegiátis, & Conventuálibus Ecclésiis, laudes divínæ per síngulas Horas, non cursìm ac festinanter, sed tractìm cum pausa decenti, præsertim in médio cujuslibet versículi Psalmórum, débitam faciendo inter solemne ac feriále Offícium differéntiam, reverenter ab ómnibus persolvantur. Horas autem Canónicas dictúri, cùm in Choro fúerint, gravitátem servent quam locus & Offícium exposcunt: non cum áliis confabulantes, seu colloquentes, aut lítteras seu scriptúras álias legentes; sed omnes, præsertìm qui majóri funguntur honóre, in psalmis, hymnis & cánticis Deo alácritet modulentur.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Trevirensi.

Anno 1549. *Decr.* 6.

OMnes qui Horis Canónicis persolvendis deputáti sunt, dent óperam, ut collectis ánimis, quoàd fieri potest, débitum pensum absolvant; nec ita se hábeant, ut

dùm voce psallunt, quidvis pótiùs quàm Deum ánimo cogitáre videantur; semper caventes ne prophéticum illud áudiant: Lábiis quidem me honórant, cor autem eórum longè est à me. Quid autem est voce quidem psállere, mente autem domum aut forum circumíre, nisi hómines fállere, & Deum irridére?

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Parisiensi.
Anno 1528. *Decr.* 18.

NEmo, cùm Horæ in commúni cantantur, legat vel dicat privátìm Offícium. Nam non solùm Officium quo obnóxius est, Choro súbtrahit, sed & álios psallentes perturbat. Horum autem transgressóres, illíus Horæ in qua circa prædicta excésserint vel áliâ majóri, prout transgressiónis grávitas exégerit, plectantur mulctâ.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Basileensi.
Ann. 1435. *Sessione* 21.
Canone V. acceptato in Concilio Senonensi ann. 1460. præsente & approbante Guillelmo Chartier, Parisiensi Episcopo.

QUoscumque Beneficiátos, sive in sacris constitútos, cùm ad Horas Canónicas teneantur, ádmonet hæc sancta Synodus, si orationes suas Deo acceptas fore cúpiunt, ut non in gútture vel inter dentes, seu deglutiendo aut syncopando dictiónes, nec collóquia, vel risus intermiscendo; sed sive soli, sive associáti, diurnum nocturnumque Officium reverenter verbisque distinctis péragant, ac tali loco, unde à devotióne non retrahantur, ad quam se dispónere & præparáre debent, juxta id quod scriptum est: Ante oratiónem prǽpara ánimam tuam, ne sis quasi qui tentat Deum.

FERIA SEXTA.

Ex Synodo Diœcesána
Mediolanensi quarta,
sub sancto Carolo.
Anno 1574. *Decr.* 20. & 21.

SAcerdos, Clericusve sacris initiátus, aut Ecclesiásticum benefícium óbtinens, ne morbi quidem causâ quo labórat, Canonicárum Horárum Offícium omittat, nisi is ita gráviter morbo labóret, ut planè séntiat se illíus gravitáte impedíri quóminùs statas preces

horárias recitáre possit. Cùm ejúsmodi precum Canonicárum Officium privàtim præstant, in Ecclésiam, si ei domus sit conjuncta, aut saltèm domi in locum, quoàd fieri potest, precatióni aptiórem, se recípiant; ut ánimo qui distrahi quandóquè solet, se colligentes, ac pietátis stúdio accensi, orent spíritù, orent páriter & mente in conspectu Dómini, à quo ubérrimum hujus débitæ pietátis fructum cápient.

SABBATO.

Ex Synodo Diœcesána Mediolanensi undécima, sub sancto Cárolo.

Ann. 1584.

Monit. de divinis Officiis.

MArtyrológii usus in Ecclésia Dei pervetus, ita retentus est, ut in Choro públicè illud legi solemne semper fúerit. Quod in perpétuum deinceps ita retinéri mandámus, ut in Metropolitána Basílica recitári sólitum, in omni Collegiáta Ecclésia tàm urbis quàm Diœcésis de more in Choro recitétur. Sacerdótes & sacris initiátos, qui divíni Officii in Choro collegiátim recitandi lege devincti non sunt, hortámur ut pro pietátis Sacerdotalis stúdio, quò ardéntiùs Sanctórum exemplis ex Martyrológii étiam lectióne ad imitatiónem propósitis, ad sanctæ vitæ cursum progrediantur: idem quoque institútum usumque cum Pàtrum régulis congruentem piâ sollicitúdine suscípiant.

DOMINICA XIII. *post Pentecosten.*

Ex libro beáti Agobardi, Lugdunensis Epíscopi, de correctióne Antiphonárii.

Ann. 829. *Num.* 19.

AD celebranda Missárum solémnia habet Ecclésia librum mysterióրum, fide puríssimâ & concinnâ brevitáte digestum; habet & librum lectiónum congruâ ratióne collectum: ita étiam & Antiphonárium habeámus ómnibus humánis figmentis & mendáciis expurgátum, & per totum anni círculum ex puríssimis sanctæ Scripturæ verbis sufficientíssimè ordinátum; quátenùs in sacris Officiis peragendis,

juxta probatissimam fidei régulam, & paternæ auctoritátis venerábilem disciplinam, una à nobis atque eádem custodiátur forma oratiónum, forma lectiónum, & forma Ecclesiasticárum modulatiónum.

FERIA SECUNDA.

Ex Statútis Synodálibus Henríci de Gondiáco, Parisiensis Epíscopi.

Ann. 1608. *Can.* 29.

QUia Ecclesiásticæ pacis rátio éxigit, ut, docente Apóstolo, idipsum dicámus omnes, & non sint in nobis schísmata, sed simus omnes perfecti & in eádem senténtia, idque non modò quoad fidei Cathólicæ dógmata, sed étiam quoad ritus & cæremónias divíni Offícii & Sacramentórum; prohibémus ne quis Párochus per se vel per vicários, áliquid prædictárum cæremoniárum immútet contra commúnem aliárum Ecclesiárum Parochiálium usum à nobis approbátum, absque nostra auctoritáte & licéntia: & si quid ab áliquo fúerit immutátum, illud emendétur & restituátur.

FERIA TERTIA.

Ex * Concílio Noviomensi, & ** Synodo Trecensi.

* *Ann.* 1344. *Cap.* 4.

** *Ann.* 1459.

PEr síngulas Ecclésias cujúslibet civitátis vel Diœcésis, tàm in Collegiátis, quàm áliis, ordinárius seu usus divíni Offícii in modo officiandi qui in Ecclésiis Cathedrálibus observári consuévit & tenéri, inviolabíliter observétur...... In número Collectárum in Missa dicendárum, & modo se habendi ad altáre, & tálibus hujúsmodi, Ecclésiæ Cathedráli Présbyter se confórmet.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Aquisgranensi.

Ann. 816. *Lib.* 1. *Cap.* 132.

QUamvis ubíquè Dóminum per poténtiam divinitátis novérimus esse; præcípuè tamen eum, cùm divíno assístimus Offício, per grátiam nobis crédimus adesse. Undè studendum ut, cùm Ecclésiam, vel ad divínæ laudis débita solvenda, vel ad Missárum solémnia, intrámus, cum timóre & veneratióne competenti cœleste com-

pleámus Officium, ne si, quod absit, id negligenter aut inhonestè, vel tépidè explevérimus, & ad perficiendum pigri advenérimus, in senténtiam quâ dícitur: Maledictus homo qui opus Dei fécerit negligenter, miserabíliter labámur. Ergo nobis observandum est ne quid in Ecclésia Dei ineptum, ne quid perversum, ne quid indecens, aut cogitatióne, aut verbis, aut áctibus perpetrémus; quátenùs Dóminus ad nos véniens, non quod condemnet in nobis, sed pótiùs quod remúneret, invéniat.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Aquisgranensi.

Ann. 816. *L.* 1. *Can.* 133. & 137.

TAles ad legendum, cantandum & psallendum in Ecclésia constituantur, qui non superbè, sed humíliter débitas Dómino laudes persolvant, plùsque velint in lectióne, vel cantu, pópuli ædificatiónem, quàm populárem vaníssimam adulatiónem. Studendum summópere Cantóribus, ne donum sibi divínitùs collátum vitiis fœdent; sed pótiùs illud humilitáte, castitáte & sobrietáte, & céteris sanctárum virtútum ornamentis exornent: quorum melódia ánimos pópuli circumstantis ad memóriam amoremque cœléstium, non-solùm sublimitáte verbórum, sed étiam suavitáte tonórum, quæ dicuntur, érigat. Psalmi in Ecclésia, non excelsis atque inordinátis seu intemperátis vócibus, sed planè ac dilúcidè & cum compunctióne cordis recitentur; ut & recitántium mens illórum dulcédine pascátur, & audiéntium aures illórum pronuntiatione demulceantur.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Parisiensi.

Anno 1528. *Decr.* 17.

CUrent Sacerdótes & Clérici sic suos cantus instituere, ut modestâ honestâque psallendi gravitáte, placidâque modulatióne próvocent excitentque ad devotiónem. Organórum usum Ecclésia à Pátribus ad cultum servitiumque divínum recépit. Nólumus ítaque quòd orgánicis instrumentis résonet in Ecclésia lasciva melódia, sed

sonus omnínò dulcis, qui nihil præter hymnos divínos & cántica spirituália repræsentet.

SABBATO.

Ex Statútis Francisci Harlæi, Parisiensis Archiepíscopi.

Ex Syn. anni 1674.

Art. 32.

Districtè prohibémus in Ecclésiis ac Capellis, étiam quæ exemptiónem prætendunt, profánis ac seculáribus modis fractas músicas, órgana cantilénis ac sonis modéstiâ & gravitáte cantûs Ecclesiástici indignis resonántia, symphónias & musicórum instrumentórum usum in Officio Tenebrárum; mulíeres & puellas admitti ad cantandum in áliis quàm Communitátum sexûs ipsárum Ecclésiis; ac denique missis aut affixis programmátibus ad músicas Ecclésiásticas, quasi ad theátra vel spectácula, fidéles invitári.

DOMINICA XIV. *post Pentecosten.*

Ex Concílio Coloniensi primo.

Anno 1536. *Part.* 3. *C.* 13.

Utinàm optando à Deo óptimo máximo cónsequi possímus, ne quisquam lucri causâ divínis interesset, alióquì non accessúrus sacra, velutì quem nummi magìs quàm Dei amor in templum trahit, quæstum pietátem esse putantem! Qui non dúbio ex eórum número est de quibus Isaías ait: Díligunt múnera; sequuntur retributiónes. Sed ínterìm debet Clericus habére semper menti recónditum Christi verbum: Primùm quærite regnum Dei & justitiam ejus, & hæc ómnia adjicientur vobis.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Remensi.

Anno 1583. *Tit.* 3.

De Cult. div.

Clérici præ céteris, prolatióne non præcípiti vel inarticulátâ, sed íntegrâ ac certis quibusdam cæsúris & intervallis distinctâ, ad Deum preces fundent, Psalmosque decantábunt. Ac ne cui precum multitúdo aut prolíxitas tædium géneret, nemoque eárum partem áliquam tácitus prætéreat: aut volubilitáte linguæ illas omnes ita percurrat, ut plerumquè

tus qualitásque describétur.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Tridentino.

Ann. 1563. *Sess.* 25. *Dec. de Purgatorio.*

CUrent Epíscopi ut fidélium vivórum suffrágia, Missárum scílicèt sacrifícia, oratiónes, eleemósynæ, aliáque pietátis ópera quæ à fidélibus pro áliis fidélibus defunctis fieri consuevérunt, secundum Ecclésiæ institúta piè & devótè fiant; & quæ pro illis ex testatórum fundatiónibus vel áliâ ratióne debentur non perfunctóriè, sed à Sacerdótibus & Ecclésiæ minístris, & áliis qui hoc præstáre tenentur, diligenter & accuratè persolvantur.

FERIA QUARTA.

Ex Tractátu Jonæ Aurelianensis Epíscopi, de Institutióne Laicáli.

Ann. 830. *Lib.* 2. *Cap.* 15.

NUllátenùs audiendi sunt illi qui dicunt quod nullæ áliæ eleemósynæ opituári possint defunctis, nisi solúmmodò quæ Sacerdótibus dantur, & sacrifícia quæ per eos Deo offeruntur. Hoc qui credunt & dicunt, aut ignorántiâ aut certè aliórum persuasióne falluntur. Credíbile sanè est quòd hæc persuásio quâ símplices id crédere & dícere videntur, ex fonte avarítiæ processerit: sancta quippè mater Ecclésia pro defunctis suis non solùm sacrifícia altáris, sed étiam quascumque álias eleemósynas offerre consuévit.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Narbonensi.

Ann. 1669. *Can.* 24.

INtra Ecclésiam, & máximè prope altáre, non ita fácilè admittantur sepeliendi, sed illi tantùm, quos aut dignitas Ecclesiástica, aut nóbilis prosápia, aut virtútis laudábilis splendor commendárint. Quòd si sepulcra intra Ecclésiam constrúxerint, super soli planitiem non attollantur. Sórdidas exactiónes, & pro exéquiis defunctórum illícitas pactiónes à Sacerdótibus fieri non permittant Epíscopi; & in hoc deprehensos Sacerdótes quâ decet severitáte púniant.

[redacted]

FERIA SEXTA.

Ex Statútis Synodálibus Eustáchii de Belláïo, Parisiensis Epíscopi.

Ann. 1557. *Can.* 8. & 9.

SUpérflua fúneris & exequiárum pompa vitétur, quæ ad vivórum pótiùs quàm defunctórum solátium inventa est. Defunctis enim subvéniunt preces, eleemósynæ, jejúnia, oblatiónes, & Missæ sacrifícium. Cœmetérium, ubì mortuórum córpora ad extrémum usque judícium dórmiunt, in honóre est habendum. Proindè prohibémus in Cœmetériis plebíscita ac Laïcórum pública concília ac chóreas exercéri, nec-non núndinas & cantiónes impudícas decantári. Cœmetéria étiam à sórdibus & stercóribus mundári jubémus. Ecclésiæ quoque pædóres ac situs contractus, & céteræ immundítiæ excutiantur.

SABBATO.

Ex Concílio Mediolanensi quarto, sub sancto Cárolo.

Anno 1576. *Part.* 1. *tit.* 14. & 17.

CŒmetéria ut muro, vel áliàs, tutè undíque sepiantur, & eórum ingressus béstiis occludátur, curet Epíscopus diligenter. In eórum médio crux fírmiter erecta sit. Cœmetéria Vectóri aut étiam áliis úsui ne sint, res profánas oneráve asportántibus, hâcque & illâc per Ecclésiam sacraque loca, quasi per viam públicam transeúntibus.

De ambitione à Clericis fugienda.

DOMINICA XVI. *post Pentecosten.*

Ex sancto Ambrósio, Epíscopo.

Epistolâ 63. *ad Vercell. scriptâ ann.* 396. *in Decr. Gr. dist.* 63. *Et lib.* 1. *Offic. cap.* 22.

NEóphytus prohibétur ordinári, ne extollátur supérbiâ. Tamen, si non deest humílitas cómpetens sacerdótio, ubì causa non hæret, vítium non imputátur..... Ergo bonis áctibus & sincéro propósito nitendum ad honórem árbitror Ecclesiásticum, ut neque resupína arrogántia, vel remissa

negligéntia sit, neque turpis affectátio & indecóra ambítio. Ad ómnia abundat ánimi directa simplícitas, satísque seipsa commendat.

FERIA SECUNDA.

Ex Epístola sancti Leónis Papæ, ad Epíscopos Mauritániæ Cæsariensis.

Script. ann. 440. *Cap.* 4.

SI ad honóres mundi sine suffrágio témporis, sine mérito labóris, indígnum est pervenire; & notári ámbitûs solent, quos probitátis documenta non ádjuvant: quàm díligens & quàm prudens habenda est dispensátio divinórum múnerum & cœléstium dignitátum, ne in áliquo Apostólica & Canónica decréta violentur, & his Ecclésia Dómini regenda credátur, qui (tuat) legitimárum institutiónum néscii, & totius humilitátis ignári.

FERIA TERTIA.

De Sermóne Synodáli Stéphani, ex Abbáte sanctæ Genovéfæ, Tornacensis Epíscopi.

Ann. 1177. *Serm.* 1.

NOn quid fiat, sed quid fieri debeat attendámus. Generális enim est régula illa, & quæ locum habet in omni Sacerdóte, summo, médio infimove, ut (ad régimen) quærátur cogendus, rogátus recédat, invitátus fúgiat; sola illi suffragétur necéssitas se non excusandi. Si áliter factum est, vitiáta est régula, & pérdidit officium suum. Inter hæc clamat legis austéritas, stat rigor Cánonum intráre volentes arcens.

FERIA QUARTA.

Ex sancto Basílio.

Reg. disp. post ann. 370. *C.* 21.

QUóniàm præceptum est Dómini, qui ubíquè nos ad humilitátem assuéfacit, ut novíssimum locum præoccupémus; haud dúbiè ne hoc quidem præceptum négligi debet. Verúmtamen pugnax nimis eâ de re damnanda conténtio est, nempè ut quæ modéstiæ inimíca órdinem tollat, & perturbatiónem ac tumultum indúcat. Quin étiam si in eo pertináces simus, neque sit qui álteri cedat, símile quiddam éveniet planè, ac si de príncipe loco pugnémus. Proindè hic quoque videndum est, ut cógnito diligenter quid nos fácere déceat, ubi id

fácere studuérimus, loci pósteà cujúslibet ordinatiónem provisóri permittámus, sicutì Dóminus étiam vidétur admonuisse, cùm dixit pertinére ad patrem famílias hujúsmodi locórum distributiónem.

FERIA QUINTA.

Ex * Epístola Concílii Valentíni ad Clerum & plebem Forojuliensem, & ** ex Sermóne sancti Augustíni, Epíscopi.

* *Ann.* 374. *post Can.* 4.
** *Tom.* 5. *Serm.* 181. *post ann.* 413.

Licèt non ignorémus multos verecúndiâ, & nonnullos suscipiendi sacerdótii metu trépidos, (quæ útiquè signa sunt sanctitátis) falsa in se rejiciendi honóris causâ dixisse; tamen quia ómnium ferè ad ea quæ sunt pejóra, proclíve judícium est, & matéries disputatiónum ex obtrectatióne Sacerdótum Dei quæritur: sedit in Synodo, ut quisquis de se vel vera vel falsa dixisset, fides ei quam suómet testimónio confirmáret, haberétur. Quapropter decrétum est submovendos esse eb eo gradu, quem ab omni scándalo liberum esse decet.... Non áccipit Deus mendácem humilitátem. Nam quómodò est humílitas, ubì regnat fálsitas?

FERIA SEXTA.

Ex libro secundo sancti Gregórii, Papæ, de Régula pastórali.

Ann. 590. *Part.* 2. *Cap.* 6.

Sit Rector benè agéntibus per humilitátem sócius, contra delinquéntium vitia per zelum justítiæ erectus; ut & bonis in nullo se præferat, & cum pravórum culpa éxigit, potestátem prótinùs sui priorátûs agnoscat: quátenùs & honóre suppresso, æquálem se súbditis benè vivéntibus députet, & erga perversos jura rectitúdinis exercére non formídet. Nam omnes hómines natúra æquáles génuit; sed variante meritórum órdine, álios áliis culpa postpónit. Ipsa autem divérsitas quæ accessit ex vítio, divíno judício dispensátur; ut quia omnis homo æquè stare non valet, alter regátur ab áltero.

negligéntia sit, neque turpis affectátio & indecóra ambítio. Ad ómnia abundat ánimi directa simplícitas, satísque seipsa comméndat.

FERIA SECUNDA.

Ex Epístola sancti Leónis Papæ, ad Epíscopos Mauritániæ Cæsariensis.

Script. ann. 440. *Cap.* 4.

SI ad honóres mundi sine suffrágio témporis, sine mérito labóris, indignum est perveníre; & notári ámbitûs solent, quos probitátis documenta non ádjuvant: quàm díligens & quàm prudens habenda est dispensátio divinórum múnerum & cœléstium dignitátum, ne in áliquo Apostólica & Canónica decréta violentur, & his Ecclésia Dómi[illegible] regenda credátur, [illegible]ut) legitimátum [illegible]um néscii, & [illegible]militátis ignári.

[illegible]A TERTIA.

[illegible]móne Synodáli [illegible]ni, ex Abbáte [illegible] Genovéfæ, Tor[illegible]nsis Epíscopi.

[illegible]. 1177. *Serm.* 1.

[illegible]n quid fiat, sed [illegible]uid fieri débeat at[illegible] [illegible]. Generális e- [illegible]

fácere studuérimus, loci pósteà cujúslibet ordinatiónem provisóri permittámus, sicuti Dóminus étiam vidétur admonuisse, cùm dixit pertinére ad patrem famílias hujúsmodi locórum distributiónem.

FERIA QUINTA.

Ex * Epístola Concílii Valentíni ad Clerum & plebem Forojuliensem, & ** ex Sermóne sancti Augustíni, Epíscopi.

* *Ann.* 374. *post Can.* 4.
** *Tom.* 5. *Serm.* 181. *post ann.* 413.

LIcèt non ignorémus multos verecúndiâ, & nonnullos suscipiendi sacerdótii metu trépidos, (quæ útiquè signa sunt sanctitátis] falsa in se rejiciendi honóris causâ dixisse; tamen quia ómnium ferè ad ea quæ sunt pejóra, proclíve judícium est, & matéries disputatiónum ex obtrectatióne Sacerdótum Dei quæritur: sedit in Synodo, ut quisquis de se vel vera vel falsa dixisset, fides ei quam suómet testimónio confirmáret, haberétur. Quapropter decrétum est submovendos esse eb eo gradu, quem ab omni scándalo líberum esse decet.... Non áccipit Deus mendácem humilitátem. Nam quómodò est humílitas, ubì regnat fálsitas?

FERIA SEXTA.

Ex libro secundo sancti Gregórii, Papæ, de Régula pastórali.

Ann. 590. *Part.* 2. *Cap.* 6.

SIt Rector benè agéntibus per humilitátem sócius, contra delinquéntium vitia per zelum justítiæ erectus; ut & bonis in nullo se præferat, & cum pravórum culpa éxigit, potéstátem prótinùs sui priorátûs agnoscat: quátenùs & honóre suppresso, æquálem se súbditis benè vivéntibus députet, & erga perversos jura rectitúdinis exercére non formídet. Nam omnes hómines natúra æquáles génuit; sed variante meritórum órdine, álios áliis culpa postpónit. Ipsa autem divérsitas quæ accessit ex vítio, divíno judício dispensátur; ut quia omnis homo æquè stare non valet, alter regátur ab áltero.

SABBATO.

Ex Epistola Innocentii, Papæ tértii ad Episcopum Calaritánum.

Ann. 1206. Decr. Lib. 1. tit. 9. de renuntiatione.

SI humilitátis causâ de cúlmine quæris Pontificáli descéndere, eo ipso humilitátis videris erígere malè vérticem, quòd te nimìs in resignandi propósito éxhibes pertinácem; quia tunc in te veram humilitátem custódies, cùm & per eam locum sublímem fúgies, & per obediéntiam non dimittes. Esto quòd multùm hactenùs laboráveris, & bonum certámen certáveris; tamen, ut coróna justítiæ tibi de reliquo reponátur, cursum te decet perfecti óperis consummáre. Nec putes quòd ídeò Martha malam partem elégerit quæ circa plúrima satagébat, quia María óptimam partem elégit quæ non auferétur ab ea; quóniàm licèt illa magìs sit secúra, ista tamen est magìs fructífera. Quapropter facíliùs indulgétur ut mónachus ascendat ad Præsulátum, quam Præsul ad monachátum descendat.

De Scholis, Seminariis, & Collationibus Ecclesiasticis.

DOMINICA XVII. *post Pentecosten.*

Ex Concílio Aquisgranensi.

Ann. 816. Lib. 1. C. 135.

REctóres Ecclesiárum vigiláre oportet, ut adolescentes qui in congregatióne sibi commissa erudiuntur, ita júgibus Ecclesiásticis disciplínis constringantur, ut eórum ætas ad peccandum valdè proclívis nullum possit reperíre locum quo in peccáti fácinus próruat. Quapropter in hujuscémodi custódiendis & spirituáliter erudiendis, talis à Prælátis constituendus est, qui eórum curam summâ gerat indústriâ, eosque ita arctíssimè constringat, quáliter Ecclesiásticis doctrínis imbúti, & armis spirituálibus indúti, & Ecclésiæ utilitátibus decenter parére, & ad gradus Ecclesiásticos possint promovéri.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Cloveshoviensi secundo.

Ann. 747. Can. 7.

EPíscopi diligenti curâ provideant ut lectió-

nis stúdium indesinenter ad lucrum animárum, laudemque Regis æterni multórum vócibus innotescat. Nam dolendum est quòd perpauci ex íntimo corde sacræ sapiéntiæ rapiantur amóre, & vix áliquid elaboráre in discendo volúerint; quin pótiùs à juveníli ætáte vanitátibus diversis, & inánis glóriæ cupiditátibus occupantur, atque præséntis vitæ instabilitátem plusquàm sacrárum Scripturárum assiduitátem vagabundâ mente sequuntur. Proindè coerceantur & exerceantur (Clerici) ad dilectiónem sacræ sciéntiæ; ut per hoc benè erudíti inveníri possint ad omnímodam Ecclésiæ utilitátem, nec sint Rectóres terrénæ tam ávidi operatiónis, ut domus Dei desolatióne spirituális ornatúræ vilescat.

FERIA TERTIA.

Ex Concíliis * Vasensi tértio, & ** Narbonensi, sub Migétio, Archiepíscopo.

* *Ann.* 529. *Can.* 1.

** *Ann.* 589. *Can.* 11.

PResbyteri in Paróchiis constitúti, junióres Lectóres, quantoscumque habúerint, secum in domo recípiant, & eos quómodò boni patres spirituáliter nútriant; psalmos paráre, divínis lectiónibus insístere, & in lege Dómini erudíre contendant..... Qui ignorantes ordináti fúerint, cogantur díscere; qui verò Diáconus aut Présbyter fúerit lítteris inerudítus, & desidiósè légere, & implére offícium distúlerit, & in Ecclésia útilis ad ómnia non fúerit, ab stipéndio rejiciendum decérnimus, & inclinandum, quoadusquè ímpleat, & defendat quod esse cognóscitur. Quod: si perseveráverit desidiósè, & non vult profícere, mittátur in monastérium; quia non potest ædificáre pópulum.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Lateranensi tértio.

Ann. 1179. *Cap.* 18.

NE paupéribus qui parentum ópibus juvári non possunt, legendi & proficiendi opportúnitas subtrahátur, per unamquamque Ecclésiam Cathedrálem magistro, qui Cléricos ejusdem Ecclésiæ, & Scholáres páuperes dóceat, cómpetens áliquod benefícium assigné-

[illegible], cu
so humilitatis videris
gere malè verticem, q
te nimis in resigna
propósito exhibes pe
nácem; quia tunc in
veram humilitátem cu
dies, cùm & per eam
cum sublímem fúgies,
per obediéntiam non
mittes. Esto quòd m

De Scholis, Seminariis

DOMINICA XV
post Pentecosten.

Ex Concílio Aquisg
nensi.

Ann. 816. *Lib.* 1. *C.* 1

REctóres Ecclesiári
vigiláre oportet, ut
dolescentes qui in cong
gatióne sibi commissa
diu[illegible]
ca

dium ind·sinenter
rum animárum,
que Regis ætérni
m vócibus inno-
Nam dolendum est
erpauci ex íntimo
sacræ sapiéntiæ ra-
amóre, & vix áli-
aboráre in discen-
lúerint; quin pó-
juveníli ætáte va-
s divérsis, & iná-
óriæ cupiditátibus
ntur, atque præ-
vitæ instabilitátem
àm sacrárum Scrip-
n assiduitátem vaga-
mente sequuntur.
è coerceántur &
ntur (Clerici) ad di-
em sacræ sciéntiæ;
hoc benè erudíti
i possint ad om-
am Ecclésiæ utili-
, nec sint Rectóres
e tam ávidi opera-
, ut domus Dei de-
ne spiritális orna-
lescat.

IA TERTIA.

ncíliis * Vasensi tér-
& ** Narbonensi,
Migétio, Archie-

Cap. I.
Cap. II.
óchii
nió

mo recípiant, & eos quó-modò boni patres spiri-tuáliter nútriant; psal-mos paráre, divínis le-ctiónibus insístere, & in lege Dómini erudíre con-tendant..... Qui igno-rantes ordináti fúerint, cogantur díscere; qui ve-rò Diáconus aut Présbyter fúerit lítteris inerudítus, & desidiósè légere, & implére offícium distúle-rit, & in Ecclésia útilis ad ómnia non fúerit, ab stipéndio rejiciendum de-cérnimus, & inclinan-dum, quoadusquè ímpleat, & defendat quod esse co-gnóscitur. Quod si perse-veráverit desidiósè, & non vult profícere, mit-tátur in monastérium; quia non potest ædificáre pópulum.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Lateranensi tértio.

Ann. 1179. *Cap.* 18.

Ne paupéribus qui pa-rentum ópibus juvári non possunt, legendi & proficiendi opportúnitas subtrahátur, per unam-quamque Ecclésiam Ca-[illegible]lem magistro, qui ejusdem Ecclé-scholáres paupe-., competens áli-eficium assigné-

tur, quo docentis necéssitas sublevétur, & discéntibus via páteat ad doctrínam. Pro licéntia verò docendi nullus prétium éxigat; vel sub obtentu alicújus consuetúdinis, ab iis qui docent, áliquid quærat; nec docére quémpiam, petitâ licéntiâ, qui sit idóneus, interdícat.

FERIA QUINTA.
Ex Concílio Tridentíno.
Ann. 1546. Sess. 5. de Reform. C. 1.

SAcro-sancta Synodus piis summórum Pontíficum & probatórum Conciliórum constitutiónibus inhærens, ne cœlestis sacrórum librórum thesaurus neglectus jáceat, státuit quòd in Ecclésiis in quibus Præbenda seu áliud quovis nómine nuncupátum stipéndium, pro Lectóribus sacræ Theológiæ deputátum repéritur, Epíscopi eos qui Præbendam seu stipéndium hujúsmodi óbtinent, ad ipsíus sacræ Scriptúræ expositiónem & interpretatiónem compellantur. De cétero verò Præbenda aut stipendium hujúsmodi non nisi persónis idóneis, & quæ per seipsos id munus explére possint; conferantur. In monastériis quoque monachórum, ubì cómmodè fíeri queat, étiam léctio sacræ Scriptúræ habeátur: in gymnásiis étiam públicis, ubì tàm honorífica & ceterórum ómnium maximè necessária léctio instituta non fúerit, instituátur; & ubì institúta foret, & negligerétur, restituátur.

FERIA SEXTA.
Ex Concílio Aquensi.
Ann. 1585. Tit. de Seminariis.

SEminárii institútioquàm útilis sit ac necessária ad Cleri disciplínam in singulis Ecclésiis propagandam, animárumque salútem procurandam intélligi potest.. In Seminário, ubi cómmodè potest, præter cétera quibus & ad pietátis exercitatiónem & ad litterárum doctrínam adolescentum ánimi erudiuntur, stúdium étiam sacrórum rituum, historiæque omnis Ecclesiásticæ certis diébus & horis instituátur. Epíscopus Seminárium vísitet, in eoque visitatiónis múnere adhíbitis étiam, si modò ei vidébitur, áliis doctis & piis viris, tùm de magistrórum & rectórum diligéntia, tùm de pro-

tui significatiónem déderit, ut indè judicári possit, eum hoc Sacraméntum petitúrum, si adhùc íntegrâ mente esset.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Vasensi primo.

Ann. 442. *Can.* 2.

PRo his qui, pœniténtiâ acceptâ, in bonæ vitæ cursu satisfactóriâ compunctióne viventes, sine communióne, inopináto nonnunquàm tránsitu, in agris aut itinéribus præveniuntur, oblatiónem recipiendam, & eórum fúnera, ac deinceps memóriam Ecclesiástico affectu proséquendam decérnimus; quia nefas est eórum commemoratiónes exclúdi à salutáribus sacris, qui ad éadem sacra fidéli affectu contendentes, dùm se diútiùs reos státuunt, indignos salutíferis mystériis júdicant; ac dùm purgatióres restitui desíderant, absque Sacramentórum viático intercipiuntur, quibus fortasse nec absolutíssimam reconciliatiónem Sacerdos denegandam putasset.

SABBATO.

Ex Epístola decretáli sancti Leónis Papæ ad Rústicum, Narbonensem Epíscopum.

Ann. 443. *Resp.* 7. & 9.

EOrum qui in ægritúdine pœniténtiam accípiunt, & cùm revalúerint, ágere eam nolunt, culpanda est negligéntia, sed non pénitùs deserenda; ut crebris cohortatiónibus incitáti, quod necessáriè expetiérunt, fidéliter exequantur. Nemo enim desperandus est, dùm in hoc córpore constitútus est; quia nonnumquàm quod diffidéntiâ ætátis differtur, consílio matutióre perfícitur. Eórum qui, dolóre nímio perurgente, rogant pœniténtiam, & cùm venérit Presbyter, si dolor parumper quiéverit, excúsant & nolunt accípere, dissimulátio potest non de contemptu esse remédii, sed de metu gráviùs delinquendi. Undè Pœniténtia quæ diláta est, cùm studiósiùs petíta fúerit, non négetur, ut quoquómodò ad indulgéntiæ medicínam ánima vulneráta pervéniat.

re sperátam prætériti pœniténtiam denegârit, & despérávit de cleméntia Dei, qui eum ad subveniendum morienti sufficere vel momento posse non crédidit. Vera ergo ad Deum convérsio in últimis positórum mente pótiùs est æstimanda, non témpore. Cùm ergo sit Dóminus cordis inspector, quóvis témpore non est deneganda pœniténtia postulanti, cùm illi se óbliget júdici, qui occulta ómnia nóverit revelári.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Arausicáno.

Ann. 441. *C.* 12. & 13.

Subitò obmutescens, proùt status ejus est, baptizári aut pœniténtiam accípere potest, si voluntátis aut prætéritæ testimónium aliórum verbis habet, aut præséntis in suo nutu.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Carthaginensi quarto.

Ann. 398. *C.* 76. & 79.

Qui pœniténtiam in infirmitáte petit, si casu, dùm ad eum Sacerdos invitátus venit, oppressus infirmitáte obmutúerit, vel in phrénesim versus fúerit, dent testimónium qui eum audiérunt, & accípiat pœniténtiam. Et, si continuò créditur moritúrus, reconciliétur per manûs impositiónem. Si supervíxerit, admoneátur à supradictis téstibus, petitióni suæ satisfactum; & subdátur statútis pœniténtiæ légibus, quámdiù Sacerdos qui pœniténtiam dedit, probáverit. Pœnitentes qui attentè leges Pœniténtiæ exequúntur, si casu in itínere, vel in mari mórtui fúerint, ubi eis subveníri non possit, memória eórum & oratiónibus & oblatiónibus commendétur.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Mediolanensi tértio sub sancto Cárolo.

Ann. 1573. *Cap.* 9.

Si quis morbi vi vel repentino áliquo casu sensum omnem amíserit, ut nihil planè intélligat, Extrémæ-Unctiónis Sacramentum ei ministrári líceat; si modò, dùm usum ratiónis habéret, pii áni-

tmi significatiónem dédeꝛit, ut indè judicári possit, eum hoc Sacramentum petitúrum, si adhùc integrâ mente esset.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Vasensi primo.

Ann. 442. *Can.* 2.

PRo his qui, pœniténtiâ acceptâ, in bonæ vitæ cursu satisfactóriâ compunctióne viventes, sine communióne, inopináto nonnunquàm transitu, in agris aut itinéribus præveniuntur, oblatiónem recipiendam, & eórum fúnera, ac deinceps memóriam Ecclesiástico affectu proséquendam decérnimus; quia nefas est eórum commemoratiónes exclúdi à salutáribus sacris, qui ad éadem sacra fidéli affectu contendentes, dùm se diútiùs reos státuunt, indignos salutíferis mystériis júdicant; ac dùm purgatióres restítui desíderant, absque Sacramentórum viático intercipiuntur, quibus fortasse nec absolutíssimam reconciliatiónem Sacerdos denegandam putasset.

SABBATO.

Ex Epístola decretáli sancti Leónis Papæ ad Rústicum, Narbonensem Epíscopum.

Ann. 443. *Resp.* 7. & 9.

EOrum qui in ægritúdine pœniténtiam accípiunt, & cùm revalúerint, ágere eam nolunt, culpanda est negligéntia, sed non pénitùs deserenda; ut crebris cohortatiónibus incitáti, quod necessáriè expetiérunt, fidéliter exequantur. Nemo enim desperandus est, dùm in hoc córpore constitútus est; quia nonnumquàm quod diffidéntiâ ætátis differtur, consílio matúriore perfícitur. Eórum qui, dolóre nímio perurgente, rogant pœniténtiam, & cùm vénerit Presbyter, si dolor parumper quiéverit, excúsant & nolunt accípere, dissimulátio potest non de contemptu esse remédii, sed de metu gráviùs delinquendi. Undè Pœniténtia quæ diláta est, cùm studiósiùs petíta fúerit, non négetur, ut quoquómodò ad indulgéntiæ medicínam ánima vulneráta pervéniat.

De Excommunicatione.

DOMINICA XIX.
post Pentecosten.

Ex Régula Canonica sancti Chrodogangi, Metensis Epíscopi.

Script. anno 757.
Can. 14.

CUi peccáta non impédiunt de Clero, ómnibus diébus Domínicis & Festivitátibus præcláris debet corpus & sánguinem Dómini nostri Jesu Christi accípere; quia Dóminus in Evangélio dicit: Qui mandúcat carnem meam, & bibit sánguinem meum, in me manet, & ego in eo. At, si indignè quis sácro-sancta mystéria súmpserit, hic judícium sibi mandúcat & bibit.

FERIA SECUNDA.

Ex Epístola * sancti Leónis Papæ ad Epíscopos Provínciæ Viennensis, & ex Concílio ** Aureliannensi quinto.

* *Ann.* 445. *Can.* 8.
** *Ann.* 589. *Can.* 2.
Concilio Aurelian. V. aderat Saffaracus, Paris. Episcopus.

NUlli Christianórum fácilè commúnio denegétur: nec ad indignantis fiat hoc arbítrium Sacerdótis, quod in magni reátûs ultiónem invítus & dolens quodámmodò debet inferre ánimus judicantis.... Nullus Sacerdótum quemquam rectæ fidei hóminem pro parvis & lévibus causis à communióne suspendat, præter eas culpas pro quibus antíqui Patres ab Ecclésia arcéri jussérunt committentes.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Parisiensi, áliàs Meldensi.

Ann. 846. *Can.* 56.
Aderat Erchenradus, Paris. Episcopus.

NEmo Episcopórum quémlibet, sine certa & manifesta peccáti causa, communióne privet Ecclesiásticâ. Anathéma autem sine prælàta Evangélica admonitióne nulli impónat, nisi undè canónica docet auctóritas; quia anathéma ætérnæ est mortis damnátio, & nónnisi pro mortáli debet impóni crímine, & illi qui áliter non potúerit córrigi.

FERIA

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Tridentíno.
Anno 1563. *Sess.* 25.
de Ref. C. 3.

QUamvis excommunicatiónis gládius nervus sit Ecclesiásticæ disciplínæ, & ad continendos in offício pópulos valdè salutáris; sóbriè tamen magnâque circumspectióne exercendus est, cùm experiéntia dóceat, si témerè aut lévibus ex rebus incutiátur, magìs contemni quàm formidári, & perníciem párere pótiùs quàm salútem.

FERIA QUINTA.
Ex Concíliis * Arelatensi primo & ** Carthaginensi tértio.
* *Ann.* 317. *Can.* 4 & 5.
** *Ann.* 397. *Can.* 35.

DE agitatóribus plácuit eos, quámdiu ágitant, à communióne separári: de theátricis & ipsos plácuit, quámdiù agunt, à communióne separári..... Hujúsmodi persónis conversis vel reversis ad Dóminum grátia vel reconciliátio non negétur.

FERIA SEXTA.
Ex Concílio Antiochéno.
Ann. 341. *Can.* 2.

OMnes qui in Ecclésiam ingrediuntur, & sacras Scriptúras áudiunt, oratióni autem cum pópulo non commúnicant, vel sanctam Eucharístiæ participatiónem propter áliquam insoléntiam aversántur, eos ab Ecclésia expelli statúimus, donec postquàm confessi fúerint, fructusque pœniténtiæ osténderint, & implorâverint véniam, ássequi possint. Censémus non licére communicáre cum excommunicátis, neque in dómibus convenientes oráre pro iis qui in Ecclésia non commúnicant: neque in ália Ecclésia récipi eos qui in ália Ecclésia non convéniunt. Si quis autem de Epíscopis aut Presbyteris, vel Diáconis seu quílibet ex Clero deprehensus fúerit cum excommunicátis communicáre, étiam iste privétur communióne, tanquàm qui régulam confundat Ecclésiæ.

SABBATO.
Ex Concílio Aquisgranensi, ex Gregório magno.
Ann. 816. *Can.* 37.

PAstor quisque vel absólvere indiscrétè tímeat, vel ligáre. Is autem

qui sub manu Pastóris est, ligari tímeat, vel injustè: nec Pastóris sui judícium témerè reprehendat; ne, etsi injustè ligátus est, ex ipsâ túmidæ reprehensiónis supérbiâ, culpa quæ non erat, fiat.

De Ecclesiasticorum conversatione cum Laicis & Mulieribus.

DOMINICA XX.
post Pentecosten.

Ex Concílio Parisiensi.

Ann. 1528. *in Decr. mor.* C. 25.

IN conversatióne cum Láicis ita se hábeant Clérici, ut neque ex nímia familiaritáte, aut conversatióne æquáli, reddátur contemptus dignitátis; neque ex nimia austeritáte, fastu aut pompâ superbi aut plùs æquo eláti judicentur: quæ, cùm ómnibus Sacerdótibus sunt indecóra & Cleticáli órdini multùm detrahéntia, tùm illis præcipuè quibus animárum cura est commissa.

FERIA SECUNDA.

Ex Concíliis * Remensi & ** Avenionensi.

* *Ann.* 1583. *Tit. de Cler.*
** *Ann.* 1594. C. 32.

PRohibémus, ne Clérici sacris initiáti aut beneficiáti se suamque óperam Láicis quantumvìs nobílibus addícant ad rerum domesticárum dispensatiónem, negotiórum civílium procuratiónem, aut áliud áliquid vile indecorúmque órdini suo ministérium..... Nullus Clericórum étiam foréntium Láicis dóminis insérviat, nisi fortè eórum púeros instítuat; idque fáciat cum dignitáte. Sacerdótes, ut étiam à críminis suspicióne absint, domos éligant in parte civitátis honestióre & frequentióre.

FERIA TERTIA.

Ex libro primo sancti Ambrósii, Epíscopi, de Officiis Ministrórum.

Scripta c. ann 391. C. 20. n. 86.

QUàm prudenter factis convenire Ecclesiásticis, & máximè ministrórum officiis, árbitror declináre extraneórum convívia, vel ut ipsi

les sitis peregrinán-
vel ut eâ cautióne
sit oppróbrio locus.
ria quippè extra-
n occupatiónes ha-
tùm étiam epulan-
dunt cupiditátem.
unt étiam fábulæ
ater de século, ac
átibus cláudere au-
n potes, prohibé-
itur supérbia. Sub-
étiam præter vo-
:m pócula. Mélius
e domi semel excú-
quàm aliénæ tre-
r. Et, ut ipse só-
surgas, tamen ex
insoléntia condem-
on debet præséntia

IA QUARTA.

ístola Petri Blesensis,
idiáconi, ad Cléri-
os aulæ régiæ.

?. 150. script. int.
n. 1168. & 1180.

quia hi qui in ré-
familiaritátis sacrá-
admittunur, multa
possunt & dícere
s páuperis necéssitas
rétur, foveátur re-
, fiat æquitas, Ec-
dilatétur. In his,
nsimílibus misericór-
opéribus, desideran-
ierumquè cum Prin-
cípibus conversátio Cleri-
córum. Légimus Sacerdó-
tes & Prophétas frequén-
tiam & familiaritátem cum
Régibus habuisse: verúm-
tamen suâ intereſt, ne
ministérium vigilántiæ pa-
storális evácuent, sed sint
in conspectu Regum suæ
semper conditiónis mé-
mores.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Carthaginensi
tértio.

Ann. 397. Can. 25.

CLérici ad víduas vel vírgines, nisi jussu vel permissu Episcopórum & Presbyterórum, non accédant: & hoc non soli fáciant, sed cum Cléricis, vel cum his cum quibus jússerit Epíscopus aut Présbyter. Sed nec ipsi Epíscopi aut Présbyteri soli hábeant accessum ad hujúsmodi féminas, nisi aut Clérici præsentes sint, aut graves áliqui Christiáni.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Matisconensi
primo.

Ann 581. Can. 2.

NUllus Epíscopus, Présbyter, Diáconus, Cléricus vel quicumque seculáris in monastériis Puellárum, nisi probátæ

vitæ & ætátis provectæ, præter utilitátem aut quamcumque reparatiónem monastérii, ad quascumque eárum necessitátes habitáre, aut secrétas collocutiónes habére præsumant; nec extra salutatórium aut oratórium ultériùs ingredi permittantur.

SABBATO.

Ex Concílio Forojuliensi in Istria.

Ann. 791. *Can.* 12.

MOnastéria Puellárum, quæ sub disciplína régulæ degunt, obstrúctiùs munitis claustris, nullo páteant, nisi fortè summâ compellente necessitáte, áditu virórum. Sed neque Presbyteri, vel Diácones, vel quilibet de Clero, vel étiam Archimandrítis, quasi visitatiónis vel prædicatiónis causâ, sine permissu Epíscopi civitátis, sibi licéntiam tríbuat ineundi. Quin étiam nec Epíscopus absque Sacerdótibus, vel Cléricis suis, ut decet & honestè cónvenit, adíre illuc licéntiùs se exístimet. Sed sive ipse, sive quælibet religiósa persóna, aliénus ab illícita suspicióne, quem morum grávitas ornat, permittente & admonente Epíscopo, exhortatiónis vel ædificatiónis obtentu, quæ ad salútem ánimæ pértinent, dignum fúerit ut ádeat hæc Deo dicáta loca, non áliter, sed cum idóneis téstibus péragant; ne propter incautam præsumptiónem sanctæ Ecclésiæ infamétur angélicus ordo.



De fugienda à Clero avaritia.

DOMINICA XXI. *post Pentecosten.*

Ex Concílio * Moguntíno, &** CapituláriHerardi, Turonensis Archiepíscopi.

* *Ann.* 813. *C.* 44.
** *Ann.* 858. *Cap.* 35. & 132.

OBlatiónem & pacem in Ecclésia fácere júgiter admoneátur pópulus Christiánus; quia oblátio sibi & suis magnum est remédium animárum, & in ipsa pace vera unanímitas & concórdia demonstrátur..... Décimæ & fidéliter à pópulis dentur, & canónicè à Presbyteris dispensentur. (Easdem) nullus Sacerdótum cum lite & júrgio suscípiat, sed prædicatióne magìs & admonitióne.

FERIA SECUNDA.

Ex libro secundo sancti Ambrósii, Epíscopi, de officiis Ministrórum.

Script. circa ann. 391. *C.* 21.

DEcet Dei ministrum esse benignum, justum, non aliéni cúpidum, imò de suo jure pótiùs cedentem áliqua, si fúerit lacessítus, quàm aliéna jura pulsantem, fugitantem lítium, abhorrentem à jurgiis, rediméntem concórdiam & tranquillitátis grátiam; síquidem de suo jure virum bonum áliquid relaxáre, non solùm liberalitátis, sed étiam plerumquè commoditátis est. Primùm dispéndio litis carére, non mediócre est lucrum. Deindè accédit ad fructum quòd augétur amicítia ex qua oriuntur plúrimæ commoditátes, quæ contemnenti áliqua in tempore pósteà fructuósæ erunt.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Carthaginensi quarto.

Ann. 397. *Can.* 56. 57. 58. 92. 93. & 94.

CLéricus qui adulatiónibus & proditiónibus vacáre (suis rebus) deprehénditur, ab officio degradétur. Clériceus maledícus, máximè in Sacerdótibus, cogátur ad postulandam véniam; nec unquàm ad officium

absque satisfactióne revocétur. Ejus qui frequenter lítigat, & ad causandum fácilis est, testimónium nemo absque grandi exámine recípiat. Seditionários statúimus nunquàm ordinandos Cléricos, sicut nec usurários, & injuriárum suárum ultóres. Oblatiónes diffidéntium, neque in sacrário, neque in gazophylácio recipiantur. Eórum quoque qui páuperes ópprimunt dona à Sacerdótibus refutanda.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Parisiensi sexto.

Lib. 1. Cap. 13.

CUm nullus Christiánus thesauros in terra, sed potiùs, secundum Dómini senténtiam, in cœlo recóndere débeat; cavendum summópere Sacerdótibus, ut ab avarítiæ peste quæ est idolórum sérvitus, & cupiditáte quæ radix ómnium malórum est, suosque sectatóres à regno Christi exclúdunt, se compescant; quóniam digné non possunt súbditis prædicáre, ut ab his se abitíneant, cùm ipsi his, quod valde dédecens, imò periculósum est, se mancipáverint. Gráviùs quippè atrociùsque hæ pestiferæ lues in illis damnantur, quàm in his qui eórum dictis & exemplis coercéri debuérunt. Quòd autem oblatiónes fidélium non ad suam avarítiam, sed ad Christi honórem Ecclesiæque utilitátem retorquére débeant Sacerdótes, annotandum est.

FERIA QUINTA.

Ex Epístola sancti Anselmi ad Paulum, Abbátem sancti Albáni.

Script. ann. 1077. Edit. Paris. L. 1. Epist. 71.

SUnt multi Prælati qui quasi sollíciti ne destruátur res Dei in mánibus eórum, agunt ut dissipétur lex Dei in córdibus eórum. Nam tantùm conantur esse prudentes ne decipiantur ab áliis, ut fiant astúti ad decipiendum álios. Adeò sunt cauti ne fiant pródigi, & quæ habent irrationabiliter perdant, ut avári fiant, & quæ servant inutíliter putrescant. Sic studiósè, ut servis & paupéribus Dei, & sancto loco semper sátagunt áliquid acquírere, ut dolósè semper alícui tentent áliquid auferre. Sic animantur

zelo corrigendi stultos, ut accendantur crudelitáte vel cupiditáte colligendi nummos. Hæc ígitur vestra prudéntia sollícitè cáveat. Táliter peccantes coargúite, ut nec crudélitas adsit, nec avarítia.

FERIA SEXTA.

Ex constitutiónibus à Galóne Cardináli, Apostólico Legáto, éditis pro Diœcési Parisiensi.

Ann. 1208. *Can.* 2.

NE Sacerdótes vel Clérici occasióne alicújus consuetúdinis pro Baptismo aliisve Sacraméntis & Ecclesiásticis functiónibus áliquid exígere vel extorquére præsumant; sed ea liberáliter, & sine difficultáte stúdeant canónicè ministráre. Moneantur tamen Laici diligenter, ne quod pro reveréntia Sacramentórum fidélium píetas introduxit, ex avarítia velint aliquátenùs revocáre.

SABBATO.

Ex Concílio Parisiensi, sub Petro Cambelláno.

Ann. 1212. *Part.* 1. *Cap.* 11.

A Viris Ecclesiásticis monstrum avarítiæ extirpáre volentes, prohibemus ne, pro defunctórum annálibus vel triennálibus vel septennálibus Missárum faciendis, Láici vel álii dare áliquid vel legáre cogantur in testamento, ne super his áliqua pactio vel exáctio, vel sub áliqua ália spécie palliáta à Sacerdótibus vel áliis mediatóribus fiat; & ne supérfluâ multitúdine tálium annálium se ónerent Sacerdótes, ad quæ explenda honestè sufficere non possint, & propter quæ ipsos opórteat habére conductítios Sacerdótes.



De Potestate Civili & Ecclesiastica, & obsequio ipsis debito.

DOMINICA XXII. post Pentecosten.

Ex Capitularibus Herardi, Turonensis Archi-episcopi.

Anno 858. n. 39.

DOceantur plebes Episcopis humiliter ac reverenter in cunctis obedíre, & quòd eórum injúria referátur ad Deum, cujus summâ legatióne funguntur; & ut Reges vel Príncipes, pro quibus oráre, quibusque propter Deum subdi præcípimur, nullus maledícere vel detráhere præsúmat.

FERIA SECUNDA.

Ex sancto Joanne Chrysóstomo.

Homil. 23. in Epist. ad Rom. ante ann. 397.

APóstolus movens ratiónes eas quæ Potestátibus ex débito obedíre jubent, ostendit quòd ista imperentur ómnibus, & Sacerdótibus, & Mónachis, non solùm seculáribus: id quod statim in exórdio declárat, cùm dicit: **Omnis ánima Potestátibus supereminéntibus súbdita sit**; etiamsi Apóstolus sis, si Evangelista, si Prophéta, sive quisquis tandem fúeris: neque enim pietátem subvertit ista subjéctio. Et non simplíciter dicit, Obédiat; sed, Súbdita sit. Est autem prima constitutiónis hujus justítia, & quæ & fidélibus cogitatiónibus ac méntibus omnínò decóra est & honesta; nimirùm quòd à Deo ita ordinátum sit: non enim est potestas nisi à Deo.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Parisiensi sexto.

Anno 829. Lib. 1. Cap. 3.

PRincipáliter totíus sanctæ Dei Ecclésiæ corpus in duas exímias persónas, in Sacerdotálem vidélicet & Regálem, sicut à sanctis Pátribus trádítum accépimus, divísum esse nóvimus. De qua Gelásius Románæ sedis venerábilis Epíscopus ad Anastásium Imperatórem ita scribit: Duo sunt, inquit, Imperátor augu-

ste, quibus principáliter mundus hic régitur; auctóritas sacra Pontíficum, & Regális potestas: in quibus tantò grávius pondus est Sacerdótum, quantò étiam pro ipsis Régibus hóminum in divíno redditúri sunt exámine ratiónem.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Parisiensi, áliàs Meldensi.

Ann. 846. *Can.* 17.

SI quis potestáti régiæ quæ non est, juxta Apóstolum, nisi à Deo, contumáci ac infláto spíritu contra auctoritátem & ratiónem, pertináciter contradícere præsúmpserit, & ejus justis ac rationabílibus impériis secundum Deum & auctoritátem Ecclesiásticam ac jus civíle obtemperáre irrefragabíliter nolúerit, anathematizétur.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Cabillonensi secundo.

Ann. 813. *Can.* 20. & 21.

SI inter omnes fidéles pax & concórdia habenda est, multò magis inter Epíscopos & Cómites esse debet, qui post Imperiális (seu Regális) ápicis dignitátem pópulum Dei regunt. Ita enim inter se concordáre debent, ut alterutrum sibi ad Dei servítium peragendum & ministérium suum explendum non solùm non nóceant, quin pótiùs adminículo sint. Comítibus verò & Judícibus hoc summópere observandum est, ut justè júdicent, & nequáquàm in judício múnera seu persónas accípiant, dicente Dómino: Non accípies persónam nec múnera; quia múnera excæcant óculos sapientûm, & mutant verba justórum. Sed & ministros justos habére debent, ne fortè eórum avarítiâ & rapacitáte pópulus gravétur.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Turonensi tértio.

Ann 813. *Can.* 49.

ADmonendi sunt à Sacerdótibus Dómini subditórum, ut circa suos piè & misericórditer agant; nec eos quâlibet injustâ occasióne condemnent, nec vi ópprimant, nec illórum substantíolas injustè tollant, nec ipsa débita quæ à súbditis reddenda sunt, ímpiè ac crudéliter exígantur.

SABBATO.
Ex Concílio Arelatensi sexto.
Ann. 813. *Can.* 17.

NOvérint (Epíscopi) sibi curam populórum & páuperum in protegendis iisdem ac defendendis impósitam. Ideòque dùm conspíciunt Júdices ac Potentes páuperum oppressóres exístere, priùs eos Sacerdotáli admonitióne redárguant; & si contémpserint emendári, eórum insoléntia Regis áuribus intimétur; ut quos Sacerdotális admonítio non flectit ad justítiam, Regális potestas ab improbitáte coérceat.

De Miraculis. De Sanctorum reliquiis & imaginibus.

DOMINICA XXIII. *post Pentecosten.*
Ex Concílio Carthaginensi quinto.
Ann. 398. *Can.* 14

PLácuit ut altária quæ passim per agros & per vias tanquàm memóriæ Mártyrum construuntur, in quibus nullum corpus aut relíquiæ Mártyrum condita probantur, ab Epíscopis qui locis eísdem præsunt, si fieri potest, evertantur. Si autem hoc propter tumultus populáres non sinitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent; ut qui rectè sápiunt, nullâ ibi superstitióne devincti teneantur. Et omníno nulla memória Mártyrum probabíliter acceptétur, nisi ubì corpus, aut áliquæ certæ relíquiæ sunt, aut origo alicujus habitatiónis, aut possessiónis vel passiónis fidelíssimâ orígine tráditur. Nam quæ per sómnia & per inánes quasi revelatiónes quorúmlibet hóminum ubicumquè constituuntur altária, omnínò reprobentur.

FERIA SECUNDA.
Ex Concíliis * Lateranensi & ** Mediolanensi quartis.
* *Ann.* 1215. *Tit.* 62.
** *Ann.* 1576. *sub sancto Carolo. Part.* 1. *Tit.* 2. *& P.* 2. *Tit.* 4.

INventas de novo (Relíquias) nemo públicè venerári præsúmat, nisi priùs auctoritáte Pontíficis fúerint approbátæ. Prælàti verò non permittant illos qui ad Ecclésias

causâ veneratiónis accédunt, vanis figmentis aut falsis décipi documentis... Sanctórum Relíquiæ, præsertim insignes, & sacra córpora sacraque membra, quæ ex certis monumentis in quavis Ecclésia recondi constat, ne passim omni témpore, sed certis tantùm celebritátibus exponantur. Cùm in Processióne sanctíssimum Dómini Corpus religióso cultu defertur, ne Relíquiæ ullæ, sed illud solum, ut véteris institúti est, solemni celebritáte ferátur.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Tridentíno.

Ann. 1563. *Sess.* 25. *Decr. de Invoc. SS.*

OMnis superstítio in Sanctórum invocatióne, Reliquiárum veneratióne, & imáginum sacro usu, tollátur: omnis turpis quæstus eliminétur, omnis dénique lascívia vitétur; ita ut procáci venustáte imágines non pingantur nec ornentur: & Sanctórum celebratióne, ac Reliquiárum visitatióne, hómines ad comessatiónes atque ebrietátes non abutantur, quasi festi dies in honórem Sanctórum per luxum ac lascíviam agantur.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Mechliniensi.

Ann. 1570.

De Superstitione.

CUm rectè móneat sacrosancta Tridentína Synodus ut omnis superstitio tollátur; docet hæc Synodus omnem illum rerum usum esse superstitiósum, qui sine verbo Dei & Ecclésiæ doctrína fit, præscriptis alíquibus rítibus & observántiis, quarum rationábilis causa reddi non potest, & fidúcia in eis collocátur certò expectandi áliquem eventum, qui sine illis rítibus ex Sanctórum intercessióne non sperarétur, aut quæ in cultu Sanctórum ex temeritáte ac quâdam levitáte potiùs quàm pietáte & verâ in Deum religióne, fieri videntur.

FERIA QUINTA

Ex Concílio Tridentíno.

Ann. 1563. *Sess.* 25.

De Relig. & Invocat. SS.

STátuit sancta Synodus némini licére ullo in loco, vel Ecclésiâ, étiam quomodólibet exemptâ, ullam insólitam pónere, vel ponendam curáre imá-

ædificatiónem quæ est ex caritáte. Proindè, ubi cùm hæréticis res est, corrípiet cum modéstia eos qui resístunt veritáti; nequandò Deus det illis pœniténtiam ad cognoscendam veritátem, & resipiscant. Nequáquàm autem ad pópulum verbis contendat, (ad nihil enim útile est nisi ad subversiónem audiéntium,) memor Apostólici sermónis: Si quis vult contentiósus esse, nos talem consuetúdinem non habémus, neque Ecclésia Dei.

FERIA QUARTA

Ex Concílio Laodicéno.

Anno 372. *Can.* 7.

Qui ab hærésibus convertuntur, non antè suscipiantur quàm omnes hæreses anathematízent, & præcípuè illam quâ detinebantur: tunc nostræ doceantur Fídei Symbolum, & sic mystériis commúnicent sacrosanctis.

FERIA QUINTA.

Ex Epístola decretáli sancti Leónis ad Januárium Aquileiensem Epíscopum.

Scripta ann. 447. *Ep.* 14.

Presbyteri, sive Diáconi, vel Subdiáconi, aut cujúslibet órdinis Cléríci, qui se correctos videri volunt, atque ad Cathólicam fidem quam jamprídem amíserant, rursùm reverti ámbiunt, priùs errores suos, & ipsos auctóres errórum damnári à se sine ambiguitáte fateantur; ut, sénsibus pravis étiam peremptis, nulla spirandi supersit occásio, nec ullum membrum tálium possit societáte violári, cùm per ómnia illis proféssio própria cœperit obviáre; circa quos étiam illam Cánonum constitutiónem præcípimus custodíri, ut in magno hábeant benefício si ademptâ sibi omni spe promotiónis, in quo inveniuntur órdine, stabilitáte perpétuâ máneant.

FERIA SEXTA

Ex Concíliis Aurelianénsibus * primo & ** quarto.

* *Ann.* 511. *Can.* 10.
** *Ann.* 541. *C.* 8.

Primo ex his Conciliis aderat Heraclius, Episcopus Parisiensis; alteri Amphilochius Abbas, pro Amelio, Episcopo Parisiensi.

Si hærétici Clérici fidéliter convertuntur, & fidem Cathólicam íntegrè confitentur, vel ita dignam vitam morum &

De Hæreticis.

DOMINICA XXIV. post Pentecosten.

Ex Constitutiónibus quæ Apostólicæ dicuntur.

Script. sæculo IV. Lib. 6. C. 18.

IMpios hæréticos non pœnitentes discludite & removére à fidélibus, & eis Ecclésiam Dei interdícite; ut ómnibus modis ab eis declínent, neque ulla cum eis sit sermónis aut precatiónis commúnitas. Hi enim sunt adversárii & insidiatóres Ecclésiæ, qui corrumpunt gregem, & fœdant hæreditátem: de quibus Dóminus acerbè & rigidè pronuntiávit esse pseudochristos & falsos magistros; qui in Spíritum grátiæ blasphémi fuérunt, & donum ejus post grátiam contumeliósè aspernáti sunt.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio * Remensi & Synodo ** Ebroicensi.

** Ann. 625. C. 4.*

*** Ann. 1576. Tit. de Hæreticis.*

Priori adfuit Leudebertus, Episcopus Parisiensis.

SI qui Hærétici adhuc esse suspicantur in Gálliis, à Pastóribus Ecclesiárum perquirantur; & si veráciter fúerint inventi, ad Cathólicam fidem revocentur...... Orent assíduè pro ipsis, demonstrent se de eórum perditióne ex ánimo dolére, pro eórum conversióne ómnia paráros esse ágere, ut agnoscantur fílii Patris sui qui solem suum oriri facit super bonos & malos.

FERIA TERTIA.

Ex Statútis * Synodálibus Odónis de Solíaco, Parisiensis Epíscopi, & ex Concílio ** Coloniensi primo.

** Synodo posteriori, c. anno 1202. ** Anno 1536. Part. 6 C. 12.*

PRæcípitur Sacerdótibus ut frequenter Domínicis diébus & áliis festívis, in áliqua parte sermónis propónant fidéliter pópulo Sýmbolum fídei, & eis diligenter distinguant artículos Fidei, & in síngulis confirment pópulum auctoritátibus & ratiónibus sacræ Scriptúræ, pro posse suo, propter hæréticos...... Ne intendat his Párochus quæ magis quæstiónes præstant quàm

ædificatiónem quæ est ex caritáte. Proindè, ubi cum hæréticis res est, corrípiet cum modéstia eos qui resistunt veritáti; nequandò Deus det illis pœniténtiam ad cognoscendam veritátem, & resipiscant. Nequáquàm autem ad pópulum verbis contendat, (ad nihil enim útile est nisi ad subversiónem audiéntium,) memor Apostólici sermónis: Si quis vult contentiósus esse, nos talem consuetúdinem non habémus, neque Ecclésia Dei.

FERIA QUARTA

Ex Concílio Laodicéno.

Anno 372. Can. 7.

QUi ab hærésibus convertuntur, non antè suscipiantur quàm omnes hæreses anathematízent, & præcípuè illam quâ detinebantur: tunc nostræ doceantur Fídei Symbolum, & sic mystériis commúnicent sacrosanctis.

FERIA QUINTA.

Ex Epístola decretáli sancti Leónis ad Januárium Aquileiensem Epíscopum.

Scripta ann. 447. Ep. 14.

PResbyteri, sive Diáconi, vel Subdiáconi, aut cujúslibet órdinis Cléríci, qui se correctos vidéri volunt, atque ad Cathólicam fidem quam jamprídem amíserant, rursùm reverti ámbiunt, prìùs errórores suos, & ipsos auctóres errórum damnári à se sine ambiguitáte fateantur; ut, sénsibus pravis étiam peremptis, nulla sperandi supersit occásio, nec ullum membrum tálium possit societáte violári, cùm per ómnia illis proféssio própria cœperit obviáre; circa quos étiam illam Cánonum constitutiónem præcípimus custodíri, ut in magno hábeant benefício si adempta sibi omni spe promotiónis, in quo inveniuntur órdine, stabilitáte perpétua máneant.

FERIA SEXTA

Ex Concíliis Aurelianénsibus * primo & ** quarto.

* *Ann.* 511. *Can.* 10.

** *Ann.* 541. *C.* 8.

Primo ex his Concíliis aderat Heraclius, Epíscopus Parisiensis; alteri Amphilochius Abbas, pro Amelio, Epíscopo Parisiensi.

SI hærétici Clérici fidéliter convertuntur, & fidem Cathólicam íntegrè confitentur, vel ita dignam vitam morum &

dinátè asserventur: ab omni sorde & inquinamento pura ómnia & síngula sint ac íntegra. In Sacrístia siléntium servétur accurátè; neque in ea páteat áditus láicis, nisi necessárium fúerit.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Vaurensi.

Anno 1368. *C.* 86.

CUm non déceat sacramentália, per quæ spirituálium munditiárum conséquimur puritátem, materiálium sórdium contagiónibus inquinári, sínguli Ecclesiárum Rectóres, in quibus Fontes (Baptismáles) sunt fundáti, eos sic claudi clávibus fáciant, & clausos tenéri quòd nullus ad illos sórdibus patére possit accessus, ne temerária manus ad immundam contrectatiónem exténdere se váleat cómmodè; ut per hujúsmodi observántiam illíus quod íníbì percípitur, crescat reveréntia Sacramenti.

SABBATO.

Ex Statútis Henríci de Gondíaco, Parisiensis Epíscopi.

Ann. 1608 & 1620.

NE novæ ullæ sodalitátes in ullis Ecclésiis, sive immúnibus, seu non immúnibus instituantur, nisi hábitâ conceptis verbis per lítteras nostras authénticas facultáte. Item nec in iis aut benedicendi panis, aut benedicendæ aquæ cæremóniæ, nisi festis Patronórum diébus, usurpentur. Omnínò autem non ferantur in privátas domos, neque in públicis supplicatiónibus, báculi seu insígnia Confratriárum cum tetrachordis, fístulis aliisve instrumentis; sed in Sacrário cujusque Ecclésiæ reserventur. Ne étiam ullæ fiant comessatiónes in celebratióne dictárum Confraternitátum.



quàm inánes inter se prófferant confabulatiónes. Sed & témpore quo Missárum solémnia celebrantur, non solùm ab otiósis & inutílibus verbis, verùm étiam & à perniciósis cogitatiónibus fúnditùs abstinendum est.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Turonensi secundo.

Anno 567. Can. 4.
Aderat sanctus Germanus, Parisiensis Episcopus.

LAici secus altáre quo sancta mystéria celebrantur, inter Cléricos tàm ad Vigílias quàm ad Missas stare pénitùs non præsúmant; sed pars illa quæ à cancellis versus altáre divíditur, choris tantùm psalléntium páteat Clericórum. Ad orandum verò & communicandum, Laicis & féminis, sicut mos est, páteant sancta sanctórum.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Aquileiensi.

Anno 1596. Tit. 16.

ECclésiam in qua fiunt sacra, & cultus divínus perágitur, externis vacáre impedimentis convenit. Idcircò decérnimus concursatiónes páuperum quorumcumque, étiam miserabílium, qui celebrántibus & orántibus in Ecclésia impedimento sunt, ab ómnibus Ecclésiis, cùm sacra fiunt, arcendas esse.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Aquensi.

Anno 1585.
Tit. de Ecclesiis, & de Sacristia.

NE quis ad ornanda Templa peristrómatis aulæisque utátur, quæ obscœnis figuris intexta sint: ne pictas imágines & signa adhíbeat, quæ loci sanctitáti non convéniant. Pállia aliáque sacra indumenta altárium úsui ornatuive addicta, ad hóminis Ecclesiástici vel láici, quâvis dignitáte prædíti, apparátum, aut ad aliárum rerum quæ profánæ sint, usum sive ornamentum, ne adhibeantur. Vestes sacræ ceteraque ornamenta, volúmina item Ecclésiæ úsui ministerioque addicta, & réliqua Ecclesiástica supellex in Sacristia certis armáriis rectè atque or-

dinátè asserventur: ab omni forde & inquinamento pura ómnia & síngula sint ac íntegra. In Sacrístia siléntium servétur accurátè; neque in ea páteat áditus láicis, nisi necessárium fúerit.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Vaurensi.

Anno 1368. *C.* 86.

CUm non déceat sacramentália, per quæ spirituálium munditiárum conséquimur puritátem, materiálium sórdium contagiónibus inquinári, singuli Ecclesiárum Rectóres, in quibus Fontes (Baptismáles) sunt fundáti, eos sic claudi clávibus fáciant, & clausos tenéri quòd nullus ad illos sórdibus patére possit accessus, ne temerária manus ad immundam contrectatiónem exténdere se váleat cómmodè; ut per hujúsmodi observántiam illíus quod ínibi percípitur, crescat reveréntia Sacramenti.

SABBATO.

Ex Statútis Henríci de Gondíaco, Parisiensis Epíscopi.

Ann. 1608 & 1620.

NE novæ ullæ sodalitátes in ullis Ecclésiis, sive immúnibus, seu non immúnibus instituantur, nisi hábità conceptis verbis per litteras nostras authénticas facultáte. Item nec in iis aut benedicendi panis, aut benedicendæ aquæ cæremóniæ, nisi festis Patronórum diébus, usurpentur. Omnínò autem non ferantur in privátas domos, neque in públicis supplicatiónibus, báculi seu insígnia Confratriárum cum tetrachordis, fístulis aliísve instrumentis; sed in Sacrário cujúsque Ecclésiæ reserventur. Ne étiam ullæ fiant comessatiónes in celebratióne dictárum Confraternitátum.



De Sanctificatione diei Dominicæ, aliarumque Festivitatum.

DOMINICA XXVI *post Pentecosten.*

Ex Concilio Parisiensi sexto.

Ann. 819. *Libr.* 1. *Cap.* 50.

SAcerdótes, reges, príncipes cunctíque fidéles summóperè procúrent ut diéi Domínici débita obsservátio, nunc usque magnâ ex parte neglecta, devótiùs exhibeátur. Si Judæi Sábbatum carnáliter custodientes, eo die ab opéribus se abstinent; quantò magìs Christi grátiâ redemptis cónvenit ut eo die, quo Auctor vitæ resurrexit, eisque spem resurgendi concessit, ab his se abstíneant, & láudibus cœléstibus toto cordis annísu vacáre sátagant.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Aurelianensi tértio.

Anno 538. *Can.* 28.

QUia persuásum est pópulis die Domínico agi cum vehículis itínera non debére, neque ullam rem ad victum præparáre, vel ad nitórem domûs vel hóminis pertinentem ullátenùs exercére, (quæ res ad Judáicam magìs quàm ad Christiánam obsservántiam pertinére probátur;) id statúimus ut die Domínico quod ánteà fieri lícuit líceat. De ópere tamen rurálí, id est arátro, vel víneâ, vel sectióne, messióne, excussióne, exarto vel sepe, censúimus abstinendum; quò facíliùs ad Ecclésiam venientes oratiónis grátiâ vacent. Quòd si inventus fúerit quis in opéribus suprà scriptis quæ interdicta sunt, se exercére; quáliter emendári débeat, in Sacerdótis castigatióne consistat.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Rothomagensi.

Circa ann. 650. *Concil. Norm. Edit.* 2. *p.* 10. *Can.* 14.

ADmonére debent Sacerdótes plebes súbditas sibi, ut pastóres vel

qui in agris assí-
morantur, vel in
& ideò velut more
n vivunt, in Do-
& in áliis festis
saltèm vel ad miſ-
ciant, vel permit-
ríre: nam & hos
pretióso suo sán-
edémit. Quod si
rint, pro animá-
um absque dúbio
n se reddituros

A QUARTA.

cílio Matisconensi
secundo.

nno 585. C. 1.

Synodálem no-
m Epístolam de-
s ut unusquisque
in sacrosanctis
admóneat súbdi-
plebem, quóniàm
est auctoritàtis
i vestræ prospíce-
à malis opéribus
e. Custodíte diem
icam quæ nos dé-
perit, & à peccátis
s liberávit. Nullus
litium fomítibus
nullus causárum
s exérceat: nemo
em necessitátem ex-
, quæ jugum cerví-
juvencórum impó-
gat. Non quia hoc

Dóminus noster à nobis
éxpetit ut corporáli absti-
néntiâ diem Domínicum
celebrémus, sed quærit
obediéntiam per quam nos,
terrénis calcátis áctibus,
ad cœlum usque misericórditer
próvehat. Si quis
ítaque vestrûm hanc salúbrem
exhortatiónem parvipénderit,
aut contémptui
tradíderit, sciat se pro
qualitátis mérito à Deo
principáliter puníri, &
deinceps Sacerdotáli quoque
iræ implacabíliter
subjacére, si causídicus
fúerit, si rústicus aut servus,
si Clericus aut Mónachus.
Hæc namque ómnia
& placábilem erga
nos Dei ánimum reddunt,
& plagas morbórum vel
sterilitátem ámovent atque
repéllunt.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Arelatensi
sexto.

Anno 813. Can. 16.

PResbyteri pópulo sibi
commisso prædicáre
non négligant, ne Domínicis
diébus pública mercáta,
neque causatiónes
disceptationesque exerceantur,
& pénitùs à rurálibus
& servili ópere cessa-

tur, his solúmmodò peractis quæ ad Dei cultum & servítium pertinére noscuntur.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Toletáno tértio.

Ann. 587. Can. 23.

EXterminanda omnínò est irreligiósa consuetúdo quàm vulgus per Sanctórum Solemnitátes ágere consuévit; ut pópuli qui debent divína Officia attendere, saltatiónibus & túrpibus invígilent cánticis, non solùm sibi nocentes, sed & religiosórum officiis obstrepentes. Hoc étenim ut depellátur, Sacerdótum & Júdicum à Concílio sancto curæ committátur.

SABBATO.

Ex Concílio Moguntíno.

Ann. 1549. Can. 61

QUò Dei glória in observatióne divíni cultûs magìs illustrétur, & fidélium devótio minùs impediátur; diébus Domínicis & Festivitátibus, tripúdia, saltatiónes, quas damnat Concílium Toletánum (tértium,) & profána spectácula, non (sunt) permittenda: simul étiam lúdicra quædam à pietáte aliena, & theátris quàm templis aptióra, in Ecclésia non admittenda.

DOMINICA XXVII.

post Pentecosten.

Ex Concílio Senonensi.

Ann. 1460. Art. 3. Cap. 1.

Aderat Guillelmus Chartier, Parisi. Episcopus.

DIes Dómino sanctificáti nullis servílibus opéribus profanentur, nec vanitátibus aut voluptátibus occupentur; sed divínis vacando Officiis, expositióni & auditióni divinórum eloquiórum, laudes, vota & sacrificia Dómino offerantur, & ad hæc ómnia pópuli sæpiùs moneantur. Festivitátibus præcipuis, Parochiáles Presbyteri pópulos hortentur páriter & móneant piis commonitiónibus & devótis, & sua confitéri peccáta, & se ad celebritátem & devotiónem in ipsis solemnitátibus præparáre, dictas commonitiónes die Domí-

ipsárum celebri-
stivitátum débitè
.

SECUNDA.

lio Pontigonensi.

876. Can. 7.

ngelvinus, Paris.
Episcopus.

res & fidéles Lái-
ébus festis, qui in
is sunt, ad públi-
ónes occurrant;
villis & posséssió-
nt, ad públicum
in plebem festí-
nullus latibulósa
n in suis dómibus
celebráre præsu-
sui rationábili li-
píscopi.

A TERTIA.

ncílio Rothomag.

81. Tit. de Curat.
ræc. Offic. n. 22.
& 33.

e sint Missæ quæ
enóre fundatiónis
eant die Domíni-
celésia Parochiáli
devotióne, non di-
nisi ante aut post
Parochiálem, aut
post Communió-
ctam. Prohibémus
in Ecclésiis quæ
simul Collegiátæ sunt & Parœciáles, eâdem horâ cantári Missas Canonicórum & Parœcianórum. In Missis confraternitátum moneantur fidéles non esse prætermittendas Missas Parochiáles propter assisténtiam in ea Missa, quæ ex devotióne & consílio tantùm celebrátur.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Constantinopolitáno tértio.

Ann. 692. Can. 19.

OMnibus quidem diébus, sed præcípuè Domínicis, oportet eos qui præsunt Ecclésiis, omnem Clerum & pópulum docére pietátis & rectæ religiónis elóquia, ex divína Scriptúra colligentes intelligéntias & judícia veritátis, & non transgredientes jam pósitos términos, secundum Patrum divinórum traditiónem. Hic enim ordo est: nec áliter, si controvérsiæ áliquæ ad Scriptúram pertinentes tractantur, cuípiam licet interpretári, quàm quómodò Ecclésiæ luminária & Doctóres suis scriptis exposuérunt.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Aurelianensi.

Ante seculum XI. apud Yvonem Carnotensem, Decret. part. 2. cap. 120.

DIébus Domínicis vel Festis, post sermónem Missárum intra solémnia hábitum, plebem Sacerdos admóneat ut juxta Apostólicam institutiónem in commúni pro diversis necessitátibus preces fundant ad Dóminum pro Rege, & Epíscopis, & Rectóribus Ecclesiárum, pro pace, pro peste & pro infirmis qui in ipsa Paróchia lecto decumbunt, pro nuper defunctis. Sacerdos verò oratiónes ad hæc pertinentes solémniter éxpleat, & post hæc sacra celebrétur oblátio.

FERIA SEXTA.

Ex Concíliis * Matisconensi secundo, & ** Coloniensi, sub Adolpho Archiepíscopo.

* *Anno* 585. *C.* 4. ** *Ann.* 1549. *C.* 20.

DOmínicis diebus, altáris oblátio à viris & muliéribus offerátur, ut per has immolatiónes & peccatórum suórum fascibus cáreant, & cum Abel vel céteris justis promereantur esse consortes..... De quibus (oblatiónibus) exstant antiqui Patrum Cánones, exstant quoque oratiónes quas Secretas appellámus sub Offertório Missæ, quibus oblatiónes pópuli Deo commendantur. Quamobrem divíni verbi Concionatóribus, illis præsertìm qui de oblatiónibus pópuli non partícipant, ad cupiditátis spéciem tollendam, præcípimus ut pópulo veritátem rei istius & utilitátem expónant, hortenturque omnes ut vel exígui munúsculi oblatióne suam pro rebus à Deo acceptis ostendant gratitúdinem, quò étiam preces illæ in eos conquádrent, & testentur se à Deo & ad Dei honórem & cultum habére quidquid habent.

SABBATO.

Ex Concílio Aurelianensi quinto.

Ann. 549. *Can.* 20.

Aderat Saffaracus, Episcopus Parisiensis.

ID miseratiónis intúitu æquum dúximus custo-

diti, ut qui pro quibuscumque culpis in carcéribus deputantur, cum céteris egéntibus ab Archidiácono seu à Propósito Ecclésiæ síngulis diébus Domínicis requirantur; ut necéssitas vinctórum secundùm præceptum divínum misericórditer sublevétur, atque à Pontífice institútâ fidéli & diligenti personâ quæ necessária eis provídeat, competens victus de domo Ecclésiæ tribuátur.

De operibus caritatis & misericordiæ erga proximum, & domos hospitales pauperum & infirmorum.

DOMINICA XXVIII.

post Pentecosten.

Ex Concílio Bituricensi.

Ann. 1584. *Tit.* 43.

PRæcípuum Christiáni offícium post cultum divínum est adimplére ea quæ ad secundam legis tábulam pértinent: cujus summa est caritátem & dilectiónem in próximos observáre, & totis víribus amplecti, páuperes præsertìm. Frustrà enim ália étiam quæ videntur sanctióra, ópera exhibentur, nisi in caritáte fiant. Idcircò sanctíssima mater Ecclésia piè instítuit Xenodóchia & ália várii géneris loca sub Hospitálium nómine, nonnullis étiam assignátis redítibus: quorum cura præcípuè ad Epíscopos pértinet tanquàm dispensatóres, non tantùm verbi Dei, sed étiam eleemosynárum Ecclésiæ.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Aquisgranensi.

Anno 816. *C.* 116.

RES Ecclésiæ vota sunt fidélium, prétia peccatórum, & patrimónia páuperum. Fidéles namque fídei ardóre succensi, suis própriis facultátibus sanctam locúpletem fecérunt Ecclésiam; ut his & mílites Christi aleréntur, & Ecclésiæ exornaréntur, páuperes recrearéntur, & captívi redimeréntur. Quapropter vigilanti ac solerti curâ providendum est his qui ejus facultátes administrant, ne eas in suos solúmmodò usus con-

vertant, sed magis juxta possiblilitátem rerum, Christo famulántium, immò eórum in quibus Christus páscitur & véstitur, curam gérere non négligant.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Cabilonensi secundo.

Ann. 813. *Can.* 6. & 8.

IMputátur quibusdam frátribus, quòd avarítiæ causâ homínibus persuádeant ut abrenuntiantes século, res suas Ecclésiæ cónferant; quod pénitùs ab ómnium méntibus eradicandum est. Animárum quippe salútem inquírere Sacerdos, non lucra terréna debet. Ecclésia verò sancta non solùm fidéles spoliáre non debet, quin pótiùs inópibus opem ferre; ut necessitátem patientes, à sancta Ecclésia ut putà à pia matre & ómnium gubernatríce subsídium accípiant. Si quandò Sacerdótes fruges vel quosdam réditus terræ côngregant & prótelant, non ideò hoc fáciant, ut cáriùs vendant & thesauros côngregent, sed ut paupéribus, témpore necessitátis, subvéniant.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Moguntino.

Ann. 1549. *Can.* 72.

CUm Apóstolus victu adeóque ipsâ vitâ indignos júdicet hómines otiósos, qui panem non labóre suo partum cum gravámine aliórum edunt; quantò gravióri indignatióni divínæ eos subjacére putandum est, cui census Ecclésiæ, sanctórum Mártyrum patrimónia, & donária piæ plebis, ad divíni ministérii sustentatiónem colláta otiósè absúmunt, pro iis débita ipsis Ecclésiis obséquia repéndere non curantes.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Mediolanensi primo, sub sancto Cárolo.

Anno 1565. *Part.* 2. *C.* 62.

STatútum est quæ bona fidélium píetas Deo consecrávit, ea vel illórum necessitátibus honestè sublevandis, qui divínis dicáti essent obséquiis, vel Ecclésiis

Ecclésiis reficiendis, earumque ornamentis ad divínum cultum necessáriis comparandis, vel paupéribus sustentandis addicta esse. Quare cavendum ne cupiditáte prolapsi, dùm vel própriis vel propinquórum & familiárium divitiis & honóribus studémus, quæ Deo dicáta sunt bona, & Ecclésiæ detrimento, & páuperum gémitu, & bonórum offensióne ad aliórum usum convertámus.

Qui benefícia óbtinent, memínerint ea bona non esse sibi crédita ad luxum, neque ad augendos consanguíneos; sed ad vitam honestè, ut pietátis Christiánæ Magistrum decet, traducendam. Ex eo verò quod supérerit, si necessária paupéribus alimenta denegáverint, intélligant se, quos non páverint, occidisse.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Toletáno quarto.

Ann. 633. Cap. 38.

Quicumque fidélium de facultátibus suis Ecclésiæ áliquid devotióne própriâ contulérunt; si fortè ipsi aut filii eórum redacti fúerint ad inópiam, ab eádem Ecclésia suffrágium vitæ pro témporis usu percípiant. Si enim Clericis, vel Mónachis, seu peregrínis, aut quámlibet necessitátem sustinéntibus, pro solo religiónis intúitu, in usum res Ecclesiásticæ largiuntur; quantò magìs his consulendum est, quibus retríbutio justa debétur?

SABBATO.

Ex Concíliis * Aurelianensi & ** Parisiensi quintis.

* *Anno 549. Can. 13.*
** *Ann. 615. Cap. 6.*

Priori aderat Saffaracus, Episcopus Parisiensis; alterum sub sancto Cerano, Præsule itidem Paris. habitum est.

Ne cui líceat res vel facultátes Ecclésiis aut Monastériis aut Xenodóchiis pro quacumque eleemósyna cum justítia delegátas retentáre, alienáre, atque subtráhere. Quod quisquis fécerit,

junétur usque ad horam nonam, & à carne ab ómnibus abstineátur. Quod si quis indictum jejúnium superbiendo contémpserit, & observáre cum céteris Christiánis nolúerit, in Gangrensi Concílio præcípitur ut anathematizétur, nisi emendáre se stúdeat.

FERIA SEXTA
QUATUOR TEMPORUM
SEPTEMBRIS.

Ex Statútis Synodálibus Eustáchii de Belláio, Parisiensis Epíscopi.

Anno 1557. *Can.* 14.

JUbémus ómnibus Cléricis qui ad sacros Ordines aspírant, diligentíssimè sacrosanctum Dei Evangélium, & álios libros qui in Ecclésia nostræ Diœcésis leguntur, assíduè videant, & intellígere nitantur; ut nobis ac his qui exámini nostro præficiuntur, idónei, capáces & docti inveníri possint. Alióquin ubì comperiémus eos desidiósos & negligentes in his observandis, ab ipsórum Ordinum susceptíone repellendos vólumus.

SABBATO
QUATUOR TEMPORUM
SEPTEMBRIS.

Ex Statútis Synódicis Eustáchii de Belláio, Parisiensis Epíscopi.

Anno 1557. *Can.* 14.

QUia nonnulli, indocti omninò, ac suæ infirmitátis cónscii curant se promovendos Romæ, aut áliis in locis extra suam Diœcésim, absque ullo título, exámen assuétum reformidantes, aut à nonnullis qui se dicunt Epíscopos, promoventur; sicque promóti ad Diœcésim nostram revertuntur: vólumus hujúsmodi promótos à sacrórum Ordinum executióne arcendos esse, donec de dicti Epíscopi potestáte, eórum doctriná, vitá & móribus, & título constíterit.

DIE VIII SEPTEMBRIS.

IN FESTO [N]ATIVITATIS B. MARIÆ VIRGINIS.

Concílio Tridentíno.

Ann. 1547. *Seſſ.* 6. *de Juſtific. Can.* 23.

[S]I quis hóminem ſemel juſtificátum díxerit poſ[se] in tota vita peccáta óm[nia], étiam veniália, vi[tar]e, niſi ex ſpeciáli Dei [pri]vilégio, quemádmo[du]m de beáta Vírgine te[net] Ecclésia; anathéma [sit].

[D]OMINICA

quæ antecedit

[Q]UATUOR TEMPORA

SEPTEMBRIS.

[E]x Concílio Aquenſi.

[An]ni. 1585. *Tit. de Sacramento Ordinis.*

DOmínico illo die qui quátuor ſtata jejúnii [t]émpora, quibus Ordinis [sa]cramentum miniſtrá[tu]r, próximè antecédit, Párochi non ſolùm illud ſolemne jejúnium hujus rei causâ inſtitútum denúntient, verùm étiam in ſua unuſquiſque eórum Parochiáli Ecclésia pópulum excitet ut illis ipſis ſtatis jejúnii diébus frequens in oratióne purè ſanctèque verſétur; ut tùm Epíſcopus in eórum delectu quibus Ordines cónferet, Spíritûs ſancti lúmine illuſtrétur; tùm illi quibus conferuntur, in vitæ ſanctitáte, doctrína, religioſiſque virtútibus profíciant.

FERIA QUARTA

QUATUOR TEMPORUM

SEPTEMBRIS.

Ex Concílio Moguntino.

Anno 813. *Can.* 34. & 35.

QUátuor Témpora anni ab ómnibus cum jejúnio obſerventur: je-

junétur usque ad horam nonam, & à carne ab ómnibus abstineátur. Quod si quis indictum jejúnium superbiendo contémpserit, & observáre cum céteris Christiánis nolúerit, in Gangrensi Concílio præcípitur ut anathematizétur, nisi emendáre se stúdeat.

FERIA SEXTA

Quatuor Temporum

Septembris.

Ex Statútis Synodálibus Eustáchii de Belláio, Parisiensis Epíscopi.

Anno 1557. *Can.* 14.

JUbémus ómnibus Cléricis qui ad sacros Ordines aspírant, diligentíssimè sacrosanctum Dei Evangélium, & álios libros qui in Ecclésia nostræ Diœcésis leguntur, assíduè videant, & intelligere nitantur; ut nobis ac his qui exámini nostro præficiuntur, idónei, capáces & docti inveníri póssint. Alióquin ubì comperiémus eos desidiósos & negligentes in his observandis, ab ipsórum Ordinum susceptióne repellendos vólumus.

SABBATO

Quatuor Temporum

Septembris.

Ex Statútis Synódicis Eustáchii de Belláio, Parisiensis Epíscopi.

Anno 1557. *Can.* 14

QUia nonnulli, indocti omnínò, ac suæ infirmitátis cónscii curant se promovendos Romæ, aut áliis in locis extra suam Diœcésim, absque ullo título, exámen assuétum reformidantes, aut à nonnullis qui se dicunt Epíscopos, promoventur; sicque promóti ad Diœcésim nostram revertuntur: vólumus hujúsmodi promótos à sacrórum Ordinum executióne arcendos esse, donec de dicti Epíscopi potestáte, eórum doctriná, vitá & móribus, & título constíterit.

DIE IX OCTOBRIS.
IN FESTO
SANCTI DIONYSII
ET SOCIORUM MARTYRUM.

Ex antiquis Constitutiónibus Ecclesiárum Orientálium.
Tom. 1. *Conc. Labb. p.* 350. *C.* 62.

SAnctórum Mártyrum qui bonum certámen pro Christo ejusque orthodoxa fide certárunt, ossa deponantur in Ecclésiis & monastériis; ut emánent ex iis sanitátes, & utilitátes ægrótis, infirmis, paralyticis, & indigéntibus áliis. Eórum fiat quotannis commemorátio ab universa Christiána plebe: nec reputentur ut réliqui mórtui, sed máximus deferátur illis honor; quóniàm amíci Dei, & Ecclésiæ diadéma & coróna: suo quippe pretióso sánguine cornu Christiánæ Religiónis extulérunt præ cunctis géntibus & pópulis.

DIE I NOVEMBRIS.
IN FESTO
OMNIUM SANCTORUM.

Ex Concílio Tridentíno. *Ann.* 1563. *Sess.* 25. *Decr. de invocatione Sanctorum.*

MAndat sancta Synodus ómnibus Epíscopis & céteris docendi munus curamque sustinéntibus, ut, juxta Cathólicæ & Apostólicæ Ecclésiæ usum, à primævis Christiánæ Religiónis temporibus receptum, sanctorumque Pa-

gnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre, bonum atque utile esse suppliciter eos invocáre, & ob beneficia impetranda à Deo per Filium ejus Jesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor & Salvátor est, ad eórum orationes, opem auxiliumque confugere.

Die VIII Novembris.

OCTAVA

Omnium Sanctorum, & eorumdem Reliquiarum

Veneratio.

Ex Concilio Moguntino.

tátem ve eas fidé discant Sanctóru egrinatió tas Sanć vel ob i pulo ce tendas, imitanda pietátem vehemen citentur, votióne ctórum bus eóru fimiles; dulò c ne concu fiant.

IN PRÆCIPUA SOLEMNITATE SS. PATRONORUM,

Ubi deest proprius Canon.

Ex Concílio Mediolanensi tértio, sub sancto Cárolo.

Ann. 1573. *Tit.* 1.

QUò religiósiùs íncolæ, uniuscujusque Paróchiæ festum diem cólant illíus Sancti Sanctæve cujus patrocínio Páróchiális Ecclésia dicáta est, cohortatiónibus agat Párochus, ut ánimo piè recépetant religiósas ejus sanctárum virtútum exercitatiónes; quarum méritis in cœlum ille vocátus, cùm sempiternâ glóriâ perfruátur, pro caritáte quâ abundat, eórum quórum salútis patrocínium suscépit, preces Deo offert. Die Sancti qui Paróchiæ patrónus est & custos, quò ad illíus imitatiónem magìs fidéles inflammentur, id Párochus præstet, cùm frequéntior in Ecclésia pópulus adest, ut ipse aut álius in suggestu res ejus sanctè admirabiliterque gestas, morum disciplínam, pietátis stúdia ac virtútes pronúntiet.

IN FESTO DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

Ex Concílio Parisiensi sexto.

Ann. 829. *Libr.* 1. *Cap.* 11.

QUia Pontífices Basílicas Deo dédicant, ut omnes qui illìc deprecatúri veniunt, de quacumque tribulatióne ad eum clamáverint, consolatiónis ejus benefícia consequantur, oportet ut, remóto negligéntiæ torpóre, hujúsmodi loca ad eum exorandum, sibíque propi-

tem Dómini annuntiábitis donec véniat.

Oratio.

DEus, qui nobis sub Sacramento mirábili, passiónis tuæ memóriam reliquisti: tríbue, quæsumus, ita nos Córporis & Sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus; Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs sancti Deus, Per.

Pro imploranda Dei misericordia.

DOmine, non secundum peccáta nostra fácias nobis, neque secundum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: citò antícipent nos misericórdiæ tuæ; quia páuperes facti sumus nimìs.

Adjuva nos, Deus salutáris noster; &, propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos, & propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

℣. Ostende, nobis, Dómine, misericórdiam tuam; ℟. Et salutáre tuum da nobis.

Oratio.

DEus, qui non mortem sed pœniténtiam desíderas peccatórum: pópulum tuum ad te reverténtem réspice; ut dùm tibi devótus existit, iracúndiæ tuæ flagella ab eo cleménter amóveas; Per Dóminum.

Pro Rege

Psalmus 19.

EXaudiat te Dóminus in die tribulatiónis; * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de sancto; * & de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrifícii tui; * & holocaustum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi secundum cor tuum, * & omne consílium tuum confírmet.

Lætábimur in salutári tuo; * & in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas; * nunc cognovi quóniàm salvum fecit Dóminus christum suum.

Exáudiet illum de cœlo sancto suo: * in potentátibus salus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, & hi in equis; * nos autem in

nem diléxit eos. * Escam dedit. Glória. † Memor erit.

2. ℟. Unus panis & unum corpus multi sumus, * Omnes qui de uno pane & de uno cálice participámus. ℣. Parasti in dulcédine tua páuperi, Deus, qui habitáre facis unánimes in domo, * Omnes qui de uno pane. Glória Patri. * Omnes qui de.

3. ℟. Homo quidam fecit cœnam magnam, & misit servum suum horâ cœnæ dícere invitátis ut venírent; * Quia paráta sunt ómnia. ℣. Veníte, comédite panem meum, & bíbite vinum quod miscui vobis; * Quia. Glória. Quia paráta.

Hymnus.

PAnge, lingua, gloriósi
Córporis mysterium,
Sanguinísque pretiosi,
Quem in mundi prétium
Fructus ventris generósi
Rex effudit géntium.

Nobis datus, nobis natus,
Ex intacta Vírgine,
Et in mundo conversátus,
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátûs
Miro clausit órdine.

In suprémæ nocte cœnæ
Recumbens cum frátribus,
Observátâ lege plenè
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.

Verbum caro, panem verum,
Verbo carnem efficit:
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus déficit,
Ad firmandum cor sincérum
Sola fides sùfficit.

Tantum ergo Sacramentum
Venerémur cernui:
Et antíquum documentum
Novo cedat rítui:
Præstet fides supplementum
Sénsuum defécitui.

Genitóri, Genitóque
Laus & jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedíctio:
Procedenti ab utróque
Compar sit laudatio.
Amen.

℣. Edent páuperes, & laudábunt Dóminum: ℟. Vivent corda eórum in séculum séculi.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Quotiescumque manducábitis panem hunc, & cálicem bibétis, mor-

Venit ad vitæ véſperam.
In mortem à Diſcípulo
Suis tradendus æmulis,
Priùs in vitæ férculo
Se trádidit diſcípulis.
Quibus ſub bina ſpecie,
Carnem dedit & ſanguinem
Ut dúplicis ſubſtántiæ
Totum cibáret hóminem.
Se naſcens dedit ſócium,
Conveſcens in edúlium,
Se moriens in prétium,
Se regnans, dat in præmium.
O ſalutáris Hóſtia,
Quæ cœli pandis óſtium;
Bella premunt hoſtília,
Da robur, fer auxílium.
Qui carne nos paſcis tuâ,
Sit laus tibi, Paſtor bone,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

ADóro te ſupplex, latens Déitas,
Quæ ſub his figúris verè látitas:
Tibi ſe cor meum totum ſúbjicit,
Quia te contemplans totum deficit.
Viſus, tactus, guſtus in te fállitur,
Sed audítu ſolo tutò créditur:
Credo quidquid dixit Dei Fílius,
Nil hoc Veritátis verbo vérius.
In cruce latébat ſola Déitas,
At hìc latet ſimul & humánitas:
Ambo tamen credens atque cónfitens,
Peto quod petívit Latro pœnitens.
Plagas, ſicut Thomas, non intúeor;
Deum tamen meum te confíteor:
Fac me tibi ſemper magìs crédere,
In te ſpem habére, te dilígere.
O memoriále mortis Dómini,
Panis vivus, vitam præſtans hómini,
Præſta meæ menti de te vívere,
Et te illi ſemper dulce ſápere.
O fons puritátis, Jeſu Dómine,
Me immundum munda tuo ſánguine,
Cujus una ſtilla ſalvum fácere
Totum quit ab omni mundum ſcélere.
Jeſu, quem velátum nunc aſpício,
Oro, fiat illud quod tàm ſítio;
Ut te revelátâ cernens fácie,
Viſu ſim beátus tuæ glóriæ. Amen.

nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, & cecidérunt; * nos autem surréximus, & erecti sumus.

Dómine, salvum fac regem, * & exaudi nos in die quâ invocavérimus te.

℣. Dómine, in virtúte tua lætábitur Rex; ℟. Et super salutáre tuum exultábit veheménter.

Oratio. Quæsumus. lxxxiij.

Pro Pace.

Ant. Deus memínerit. ℣. Dóminus. *Oratio*, Deus à quo sancta desidéria. *ut suprà.* 132.

HYMNI & ANTIPH. DE SS. SACRAMENTO.

SAcris solémniis juncta sint gaudia,
Et ex præcórdiis sonent præcónia:
Recédant vétera, nova sint ómnia,
Corda, voces & ópera.
Noctis recólitur cœna novíssima,
Quâ Christus créditur agnum & ázyma
Dedisse frátribus, juxta legitima
Priscis indulta pátribus.
Post agnum typicum, explétis épulis,
Corpus domínicum datum discípulis,
Sic totum ómnibus, quod totum síngulis,
Ejus fatémur mánibus.
Dedit fragílibus córporis férculum,
Dedit & trístibus sánguinis póculum,
Dicens: Accípite quod trado vásculum;
Omnes ex eo bíbite.
Sic sacrifícium istud instítuit,
Cujus offícium commíti vóluit
Solis Prebyteris, quibus sic cóngruit,
Ut sumant & dent céteris.
Panis angélicus fit panis hóminum;
Dat panis cœlicus figúris términum:
O res mirabilis! mandúcat Dóminum
Pauper, servus & húmilis.
Te, trina Déitas unáque póscimus;
Sic nos tu visitas, sicut te colimus:
Per tuas sémitas duc nos quo téndimus,
Ad lucem quam inhabitas. Amen.

Hymnus.

VErbum supernum prodiens,
Nec Patris linquens déxteram,
Ad opus suum éxiens,

Jesu potentissime, mis.
Jesu patientissime, mis.
Jesu mitis & húmilis corde, miserére nobis.
Jesu amátor castitátis, miserére nobis.
Jesu amor noster, mis.
Jesu, Deus pacis, mis.
Jesu auctor vitæ, mis.
Jesu exemplar virtútum, miserere nobis.
Jesu zelátor animárum, miserére nobis.
Jesu, Deus noster, mis.
Jesu refúgium nostrum, miserére nobis.
Jesu Pater páuperum, miserére nobis.
Jesu thesaurus fidélium, miserére nobis.
Jesu bone Pastor, mis.
Jesu lux vera, mis.
Jesu sapiéntia æterna, miserére nobis.
Jesu bónitas infiníta, misere nobis.
Jesu via & vita nostra, miserére nobis.
Jesu gáudium Angelórum, miserére nobis.
Jesu magister Apostolórum, miserére nobis.
Jesu doctor Evangelistárum, miserére nobis.
Jesu fortitúdo Mártyrum, miserére nobis.
Jesu lumen Confessórum, miserére nobis.
Jesu púritas Vírginum, miserére nobis.
Jesu coróna Sanctórum omnium, miserére nobis.
Propitius esto, Parce nobis Jesu.
Propítius esto, Exaudi nos Jesu.
Ab omni malo, Líbera nos Jesu.
Ab ira tua, Líbera nos Jesu.
A spíritu fornicatiónis, Líbera nos Jesu.
A morte perpétua, Líbera nos Jesu.
A neglectu inspiratiónum tuárum, Líbera nos Jesu.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, Líbera nos Jesu.
Per Nativitátem tuam, Líbera nos Jesu.
Per Infántiam tuam, Líbera nos Jesu.
Per divinissimam vitam tuam, Líbera nos Jesu.
Per labóres tuos, Líbera nos Jesu.
Per agóniam & Passiónem tuam, Líbera nos Jesu.
Per Crucem & derelictiónem tuam, Líbera nos Jesu.
Per languóres tuos, Líbera nos Jesu.
Per mortem & sepultúram tuam, Líbera nos Jesu.

ECce panis Angelórum,
Factus cibus viatórum,
Verè panis filiórum,
Non mittendus cánibus.

BOne Pastor, Panis vere,
Jesu, nostrî miserére:
Tu nos pasce, nos tuére,
Tu nos bona fac vidére
In terra vivéntium.

TU qui cuncta scis & vales:
Qui nos pascis hìc mortáles,
Tuos ibi commensáles,
Cohærédes & sodáles
Fac sanctórum cívium.
Amen.

O Sacrum convívium in quo Christus súmitur; recólitur memória passiónis ejus: mens implétur grátiâ; & futúræ glóriæ nobis pignus datur, allelúia.

AVe, verum corpus natum
De María Vírgine:
Verè passum, immolátum
In cruce pro hómine;
Cujus latus perforátum,
Unda fluxit cum sánguine:
Esto nobis prægustátum
Mortis in exámine.
O Jesu dulcis, ô Jesu pie,
O Jesu fili Maríæ,
Tu nobis miserére.
Amen.

LITANIÆ SS. NOMINIS JESU.

KYrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.
Jesu, audi nos. Jesu, exaudi nos.
Pater de cœlis, Deus, miserére nobis.
Fili, Redemptor mundi, Deus, miserére nobis.
Spíritus sancte, Deus, miserére nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserére nobis.
Jesu, Fili Dei vivi, miser.
Jesu, splendor Patris, miserére nobis.
Jesu, candor lucis æternæ, miserére nobis.
Jesu, Rex gloriæ, mis.
Jesu, sol justítiæ, mis.
Jesu, Fili Maríæ Vírginis, miserére nobis.
Jesu admirábilis, mis.
Jesu, Deus fortis, mis.
Jesu, Pater futúri séculi, miserére nobis.
Jesu, magni consílii Angele, miserére nobis.

Virgo fidélis, ora pro nobis.
Spéculum justítiæ,
Sedes Sapiéntiæ,
Causa nostræ lætítiæ,
Vas spirituále,
Vas honorábile,
Vas insígne devotiónis,
Rosa mystica,
Turris Davídica,
Turris ebúrnea,
Domus áurea,
Fœderis arca,
Jánua cœli,
Stella matutína,
Salus infirmórum,
Refúgium peccatórum, ora pro nobis.
Consolátrix afflictórum, ora pro nobis.
Auxílium Christianórum, ora pro nobis.
Regína Angelórum, ora pro nobis.
Regína Patriarchárum, ora pro nobis.
Regína Prophetárum, ora pro nobis.
Regína Apostolórum, ora pro nobis.
Regína Martyrum, ora. Regína Confessórum, ora pro nobis.
Regína Vírginum, ora.
Regína Sanctórum ómnium, ora pro nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis, Dómine,
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exaudi nos, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Miserére nobis.
Christe, audi nos. Christe, exaudi nos.
℣. Vultum tuum deprecabuntur. ℟. Omnes dívites plebis.

Oratio.

DEus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcundâ, humáno géneri præmia præstitisti; tríbue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum.



PSALMORUM

ʾiónem tuam ,
s Jesu.
ónem tuam ,
s Jesu.
tua , Líbera

tuam , Líbera

, qui tollis
ıundi , Parce
ı.
, qui tollis
.undi , Exaudi

qui tollis pe-
di , miserére
ı.

Jesu audi nos. Jesu exaudi nos.

℣. Confitébimur tibi , Deus; ℟. Et invocábimus nomen tuum.

Oratio.

DOmine Jesu , cujus Nomen nemo dícere potest , nisi in Spíritu sancto , concéde , quæsumus , ut in eódem Spíritu sacratíssimum Nomen tuum invocantes salvos fácias à peccátis ; Qui vivis & regnas in unitáte ejusdem Spíritûs sancti Deus , Per.

NIÆ B. M. VIRGINIS.

ʾléison. Chri-
éison. Kyrie ,

ı nos. Christe,
s.
is, Deus , mi-
is.
ptor mundi ,
niserére no-

ʾte Deus , mi-
is.
as unus Deus,
obis.
ia , ora pro
;énitrix , ora

Sancta Virgo Vírginum , ora pro nobis.
Mater Christi , ora pro nobis.
Mater divínæ grátiæ ,
Mater puríssima ,
Mater castíssima ,
Mater invioláta ,
Mater intemeráta ,
Mater amábilis ,
Mater admirábilis ,
Mater Creatóris ,
Mater Salvatóris ,
Virgo prudentíssima,
Virgo veneranda ,
Virgo prædicanda ,
Virgo potens ,
Virgo clemens ,

ora pro nobis.

PSALMORUM
IN HOC DIURNALI REPERIENDORUM
INDEX.

Cantica Psal

INTONATIONES ET TERMINATIONES Psalmorum & Canticorum, secundùm omnes cujusque Modi differentias.

PRIMUS TONUS.

A Lauda-te Do-minum, omnes gen-

tes; * lau-da-te e-um, omnes popu-

li. Quoni-am confirmata est super nos

mise-ri-cordi-a e-jus. Spi-ritu-i san-

cto. & in secu-la secu-lorum. Amen.

Ma-gni-fi-cat * a-ni-ma, &c.

Clavis ut plurimùm sic transponitur.


Glo-ri-a Pa-tri, & Fi-

li-o. e u o u a e.


A

D 

Lauda- te Do-mi-num , omnes gentes.




Spiri-tu-i ſan-cto. e u o u a e.



Ma-gni- fi-cat * a- nima.

D 


Spi-ri-tu-i ſan cto. e u o u a e.

J 


i i u i a o. e u o u a e.

f, *f* 


e u o u a e.

g 

e u o u a e.

g 

e u o u a e.


a, *a* 

e u o u a e.

II. TONUS.

A 

Lauda- te Do-mi-num , omnes gen-



tes. e u o u a e.

In Canticis evangelicis.

Nunc di- mittis servum tu- um, Do- mi-ne. Laudate Do-mi- num, omnes gentes. Spi-ri-tu- i san- cto. e u o u a e.


In Canticis evangelicis.


Be- ne- di-ctus Domi- nus De- us Is- ra- el. Ma-gni- fi- cat * a- ni-ma, &c.

III. TONUS.


Lauda- te Do-mi-num, omnes gentes. E u o u a e. Magni- fi-cat * a-



a, *a*
ni-ma. e u o u a e.



a, *a*
e u o u a e.



b
c, *c*
e u o u . a e. e u o u a e.


IV. TONUS.



E, *E*
Lauda- te Do-minum, omnes gen-



f, *f*
tes. e u o u a e. e u o u a e.


D, *D*
e u o u a e.


a, *a*
Lauda- te, Do-mi-num, omnes



gentes. e u o u a e.


A, *A*
Lauda- te Do-minum, omnes gen-




tes. e u o u a e. e u o u a e.

d, *d*




e u o u a e.

In Canticis evangelicis.




Bene- dictus Do-mi-nus De-




us Is- ra-el. Ma-gni- fi- cat.

V. TONUS.

C




Laudate Do-minum, omnes gentes.




e u o u a e. Magni-fi-cat, * a-nima.

Clavis ut plurimum sic transponitur.




Glo-ri-a Pa-tri, & Fi-




li-o, & Spi-ri-tu- i sancto.

F




Laudate Do-minum, omnes gen-tes.




Spi-ri-tu-i ſan-cto. e u o u a e.

a, *a*




Spi-ri-tu-i ſancto. e u o u a e.




fru-men-ti ſa-ti-at te.

VI. TONUS.

G



Lauda-te Do-minum, omnes gen-tes.




& in ſe-cu-la e u o u a e.


In Canticis Evangelicis.



Be-ne-dictus Do-mi-nus




De- us Iſ-ra-el. Magni- fi-cat * a-




ni-ma me-a Do-mi-num.

C




Lauda- te Dominum omnes gen-




tes. & in ſe-cula e u o u a e.

In Canticis evangelicis.



Be-ne- dictus Domi- nus




De- us Iſ- ra- el. Magni- fi-cat.


In præcedentibus, clavis ut plurimùm ſic tranſponitur.




Lauda- te Dominum, omnes gentes.




Lauda- te. Dominum, omnes gentes.



Lauda- te Domi-num, omnes gentes.




Spi-ri-tu-i ſancto. e u o u a e.



Spi-ri-tu-i ſancto. e u o u a e.

In Canticis evangelicis.




Bene- dictus, Domi- nus



De-us Iſ- ra- el. Ma-gni- fi- cat.

VII. TONUS.



G

Lauda- te Domi- num, omnes



gentes. e u o u a e.



Magni- fi-cat * a- nima.

a, *a*




Spi-ri-tu-i ſancto. e u o u a e.

b, *b* ç



e u o u a e. e u o u a e.

c, *c* d



e u o u a e. e u o u a e.


d




e u o u a e.

VIII. TONUS.

G




Laudate Do-minum, omnes gen-tes.




Spi- ri-tu-i ſanĉto. e u o u a e.

G




Spi-ri-tu-i ſanĉto. e u o u a e.

c, c




Spi-ri-tu-i ſanĉto. e u o u a e.

d




e u o u a e.


In Canticis evangelicis.



Be-ne-di- ĉtus Do-minus



De- us Iſ- ra-el. Magni- fi-cat * a- ni-



ma, &c. ma-gna qui po-tens eſt.

semper est ad singulos Vers
Quia verò in primo versu
propter ejus brevitatem me
quit, in ceteris ejus Versi
rendum est quæ ad Benedict

CANTUS Alleluia *in fin*

1. *Toni in A.* Alle- lu-ia. 1. *T in*

2. *in A.* Al-le- lu-ia. 2. *in* D.


3. & 4. *in* E. Al-le- lu

5. Alle- lu-ia. 6. Alle-lu-ia.

7. Alle-lu-ia. 8. Alle-lu- ia.

NEUMATA.

1. *Toni in* A. *& in* D.




2. *in* A.

2. *in* D.





3.





4. *in* E.

4. *in* A. *idem.*

















FINIS.

[redacted]

DIURNALE

PARISIENSE,

Juxta novissimam Breviarii editionem, jussu Eminentissimi et Reverendissimi in Christo Patris D. D. Alexandri-Angelici S. R. E. Presbyteri Cardinalis de Talleyrand Perigord, Parisiensis Archiepiscopi, recognitam:

Necnon Illustrissimi ac Reverendissimi in Christo Patris D. D. Hyacinthi-Ludovici de Quelen, Parisiensis Archiepiscopi, auctoritate vulgatam.


PARS ÆSTIVA.



LUTETIÆ PARISIORUM,

Sumptibus Bibliopolarum Usuum Parisiensium.

M. D. CCC. XXII.





SUPPLEMENTUM
DIURNALIS PARISIENSIS.

PARS ÆSTIVA.

IN FERIIS PER ANNUM.

A LAUDES.

In Feriis Quatuor Temporum, & in Vigiliis Simplicibus, dicuntur flexis genibus, sequentes

PRECES.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster, *secretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Ego dixi: Dómine, miserére mei, ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. *Ps.* 40.

℣. Convértere, Dómine, úsquequo? ℟. Et deprecábilis esto super servos tuos. *Ps.* 89.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos; ℟. Quemádmodum sperávimus in te. *Ps.* 32.

℣. Sacerdótes tui induantur justítiam, ℟. Et sancti tui exultent. *Ps.* 131.

℣. Orémus pro Papa nostro *N.* ℟. Pascat hæreditátem Dómini in innocéntia cordis sui. *Ps.* 77.

℣. Pro Pastóre nostro *N.* ℟. Dóminus consérvet eum, & vivíficet eum. *Ps.* 40.

℣. Pro universa Ecclésia. ℟. Memor esto congregatiónis tuæ, quam possedisti ab inítio. *Ps.* 73.

℣. Pro Rege nostro *N.* ℟. Dómine, salvum fac Regem, & exaudi nos in die quâ invocavérimus te. *Ps.* 19.

℣. Pro cuncto Pópulo. ℟. Salvum fac pópu-

lum tuum, Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ: & rege eos, & extolle illos usque in ætérnum. *Ps.* 27.

℣. Pro Pace. ℟. Fiat pax in virtúte tua, Jerúsalem, & abundántia in túrribus tuis. *Ps.* 121.

℣. Pro frátribus nostris abséntibus. ℟. Bénefac, Dómine, bonis & rectis corde. *Ps.* 124.

Cetera ut in Diurnali.

AD PRIMAM,

Preces non dicuntur in Festis etiam Simplicibus, sed tantum in Feriis.

AD SEXTAM.

Hymnus.

Nunc solis excelsum jubar
Pleno coruscat lúmine;
Sic, Christe, tu mundum nová,
Sol verus, accendis face.

Fac pura nostris fúlgeat
Lux veritátis méntibus;
Fac nostra plenam cáritas
Crescendo surgat ad diem.

Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Fílio,
Sancto simul cum Spíritu,
Nunc & per omne sǽculum. Amen.

Hæc Doxologia mutatur pro Festorum diversitate.

AD VESPERAS.

Preces dicuntur in Feriis Quatuor Temporum, quando de iis fit Officium.

AD COMPLETORIUM.

In Cantico Nunc dimittis. *Ant.* 3. a. In pace in idipsum dórmiam & requiescam.

In Festis Simplicibus & suprà, post Antiphonam dicitur Dóminus vobiscum, *deinde Oratio* Vísita; *Preces verò omittuntur.*

SUPPLEMENTUM PROPRII SANCTORUM.

DIE XIX.

In Festo

S. YVONIS,

Presbyteri.

Semiduplex.

Pridie, *VESP. de* *[P]salterio : à Capitulo* *Communi Presbyterorum.*

Oratio. Orémus.

Deus, qui beátum Yvónem Presbyterum, [pa]upéribus patrem, ví[du]is patrónum, pupillis [tu]tórem providisti : da [n]obis, ejus intercessió[ne], símili caritáte fla[gr]áre, & sic spérnere [te]mporália, quæ transeunt, ut consequámur [æ]terna; Per Dóminum [n]ostrum Jesum Christum [F]ílium tuum, qui tecum [v]ivit & regnat.

AD LAUDES, *pro* *[C]ommem. S. Cælestini* *[P]apæ*, *Ant.* Ego sum. ℣. Elégit. *Oratio* Deus, [q]ui pópulis, *ut in Com*[*m*]*uni Pontificum.*

DIE XXV.

In Festo

S. AUGUSTINI,

EPISCOPI,

& Anglorum Apostoli.

Simplex.

De Communi Pontificum.

Oratio. Orémus.

Deus, cujus ineffábili misericórdiâ beátus Póntifex Augustínus in géntibus evangelizávit investigábiles divítias Christi; da nos ejus intercessióne créscere in sciéntia tua; & in omni ópere bono fructificantes, secundùm Evangélii veritátem coram te ambuláre; Per eumdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat, in unitáte Spíritûs sancti Deus; Per ómnia.

VESPERÆ de Psalterio : à Capitulo de sequenti.

DIE XXVI.

In Festo

S. PHILIPPI NERII,

PRESBYTERI.

Semiduplex.

De Communi Presbyterorum. Oratio, Deus, qui in Ecclésia tua decus.

DIE III JUNII.

In Festo

SÆ. CLOTILDIS,

Francorum Reginæ.

Duplex-majus.

IN I VESPERIS.

Antiphonæ, de Communi sanctarum Mulierum.

Capitulum. Ephes. 5.

Relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærébit uxóri suæ; & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico, in Christo & in Ecclésia.

℟. Hæc dicit Dóminus Deus: Ecce ego levábo ad gentes manum meam, & ad pópulos exaltábo signum meum; * Et. † Erunt Reges nutrítii tui, Sion, & Regínæ nutríces tuæ. ℣. Ambulábunt gentes in lúmine civitátis Dei, & Reges terræ afferent glóriam suam, & honórem in illam. * Et. Glória. † Erunt.

Hymnus.

Thure votívo sacra templa fument;
Te decus regni canimus, Clotildis:
Te genus nostrum didicit magistrâ
Crédere Christo.

Vana dum Regem simulacra fallunt
Quæ colis verum, pia sponsa, Numen,
Cállidas hostis malè blandiéntis
Detegis artes.

Quos paris natos, renuente sponso,
Hos Deo reddis, melióre partu;
Sicque te prolis duplici parentem
Nómine prodis.

Conjugis mentem tenet obstinátus
Error; & densis jacet in tenébris,
Fers diem; vulsis potióra spinis
Sémina mandas.

Caritas urget, malè contumácem
Increpas audax : hómi- nem, Deumque
Prædicas Christum, nece qui piávit
Crímina mundi.

Macte; sperátam Deus ipse præsens
Fert opem : vinces aliquando Regem ;
Et jugo Christi fera corda, subdi
Néscia, subdes.

Corda qui flectis subigisque Regum,
O Deus, nostras tibi subde mentes :
Sit tibi Patri, Genitóque, sancto
Laus & Amóri.
Amen.

℣. Timébunt reges terræ glóriam tuam, Dómine ; ℟. Et pópulus qui creábitur laudábit Dóminum.

Ad Magníficat. *Ant.* 8. *G.* Tu honorificéntia pópuli nostri ; quia fecisti viríliter, & confortátum est cor tuum.

Oratio ut infrà ad Laudes.

Fit Commem. SS. Pothini & Soc. Ant. Datæ sunt. ℣. In æternum, *in Communi plur. Mart.*

Oratio propria.

AD LAUDES.

Ant. 1. D. Múlier fortis oblectat virum suum ; & annos vitæ illíus in pace implébit.

Ant. 2. D. Sanctificátus est vir infidélis per mulíerem fidélem.

Ant. 8. *a.* Fecit quod bonum & plácitum erat in conspectu Dei, & subvertit altária peregríni cultûs.

Canticum. Judic. 5.

Qui sponte obtulistis ánimas vestras ad perículum, * benedícite Dómino.

Audíte, reges, áuribus percípite, príncipes : * Ego sum, ego sum quæ Dómino canam, psallam Dómino Deo Israel.

Cessavérunt fortes in Israel, & quievérunt, * donec súrgeret mater in Israel.

Nova bella elégit Dóminus, * & portas hóstium ipse subvertit.

Ubi collisi sunt currus, & hóstium suffocátus est exércitus, * ibi

narrentur justítiæ Dómini, & cleméntia in fortes Israel.

Salvátæ sunt relíquiæ pópuli, * Dóminus in fórtibus dimicávit.

Venérunt reges, & pugnavérunt: * de cœlo dimicátū est contra eos.

Benedícta inter mulíeres, * & benedicátur in tabernáculo suo.

Ant. 7. *á.* Ubi collísi sunt currus, & hóstium suffocátus est exércitus, ibi narrentur justítiæ Dómini, & cleméntia in fortes Israel.

Ant. 3. *á.* Manum suam apéruit inopi, & palmas suas extendit ad páuperem.

Capitulum. Judith 13.

Benedícta tu à Deo tuo in omni tabernáculo Jacob, quóniam in omni gente, quæ audíerit nomen tuum, magnificábitur super te Deus Israel.

Hymnus.

Cuncta qui versas, Deus alme, nutu,
Te vocat Princeps prope victus: adsis,
Et tibi totam subigas in uno
Príncipe gentem.

Annuis voto, precibusque sanctæ
Cónjugis: sternit Clodovéus hostes,
Irruit terror, fugiunt relictis
Agmina castris.

Régium pectus tumidum triumpho
Gaudet irrísæ Crucis in trophæo:
Arma depónit novus ille Christi
Miles ab hoste.

Quis tibi sensus fuit, ô Clotildis!
Quem diu lusit scelerátus error,
Vir sacramento melióre sanctis
Se vovet aris.

Tota gens, per te modò Christiána,
Se tibi debet: fidei jacentis
Prisca cœlesti redivíva rore
Sémina surgant.

Corda qui flectis subigisque Regum,
O Deus! nostras tibi subde mentes:
Sit tibi Patri, Genitoque, sancto
Laus & Amóri.
Amen.

℣. Tu es Deus, qui

facis mirabília. ℟. Notam fecisti in pópulis virtútem tuam.

Ad Benedictus. *Ant.* 6. F. Cùm invocasset ómnium rectórem & Salvatórem Deum, convertit Deus spíritum Regis.

Oratio. Orémus.

Réspice, quæsumus, Dómine, ad Francórum benignus Impériũ: & quibus per devótam sanctæ Clotildis instántiam donum fídei contulisti, iisdem nunc per ejus intercessiónem tríbue sincérum christiánæ pietátis affectum; Per Dóminum nostrum.

Pro Commem. sancti Erasmi, Ant. Bonum. ℣. Adjútor. *Orat.* Omnípotens, *ut in Communi unius Martyris.*

AD PRIMAM.

Ant. 2. D. Múlier fortis.

AD TERTIAM.

Ant. 1. D. Sanctificátus est.

Capitulum. 1 Petr. 3.

Mulíeres súbditæ sint viris suis; ut & si qui non credunt verbo, per mulíerum conversatiónem sine verbo lucrifiant, considerantes in timóre castam conversatiónem vestram.

℟. *br.* Perambulábam * In innocéntia cordis mei. Perambulábam. ℣. In médio * domûs meæ.* In innocéntia. Glória. Perambulábam.

℣. Propter innocéntiam meam suscepisti me, Dómine, ℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in ætermum.

AD SEXTAM.

Ant. 8. c. Fecit.

Capitulum. 1 Mach. 14.

Justítiam & fidem consevávit genti suæ, & exquisívit omni modo exaltáre pópulum suum: & in diébus ejus prosperátum est in mánibus ejus, ut tolleréntur gentes de regióne ipsórum.

℟. *br.* Ego in justítia * Apparébo conspéctui tuo, Ego. ℣. Satiábor, * cùm apparúerit glória tua. * Apparébo. Glória. Ego.

℣. Glória & divítiæ in domo ejus; ℟. Et justítia ejus manet in séculum séculi.

AD NONAM.

Ant. 3. *à.* Manum suam.

Capitulum. Job 29.

Auris áudiens beatificábat me, & óculus videns testimónium reddébat mihi, eo quòd liberassem páuperem vociferantem, & pupillum cui non esset adjútor.

℟. *br.* Misericórdia tua, Dómine; * Ante óculos meos est. Misericórdia. ℣. Et complácui * in veritáte tua. * Ante óculos. Glória. Misericórdia.

℣. Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium ínopis, ℟. Et vindíctam páuperum.

AD II VESPERAS.

Antiphonæ de Communi sanctarum Mulierum.

Capitulum. Eccli. 39.

Collaudábunt multi sapiéntiam ejus, & usque in séculum non delébitur: non recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatióne in generatióne.

Hymnus.

Orbáta conjux cónjuge príncipe,
Aulam relinquit: nunc sibi réddita
Cadúca grandi mente spernens,
Corde Deum meditátur unum.

Qui sceptra patris juraque dívidunt,
Natos poténti consilio juvat;
Si fortè peccant, filiórum
Facta piat, sibi dura, mater.

Ortos nepótes sánguine régio
Intaminátis móribus ímbuit;
Monstrat perennes comparáre,
Christe, tibi militando, palmas.

Pro gente supplex hóstia se vovet;
Ingens voluptas pauperiem pati,
Unusque mentem tangit ardor
Opprobrio crucis ebriári.

Laus summa Patri, súmmaque Fílio;
Sit, sancte, compar laus tibi, Spíritus,

Quo dura mitescunt,
novasque
Concipiunt pia corda
flammas. Amen.

℣. Anima mea Dómino vivet; ℟. Et semen meum sérviet ipsi.

Ad Magníficat. *Ant.* 8. G. Confirmávit omnes húmiles pópuli sui, & legem exquisívit: sancta glorificávit, & multiplicávit vasa sanctórũ.

Oratio ut suprà ad Laudes.

DIE XI.

In Festo

S. BARNABÆ, Apostoli.

AD LAUDES, dicitur Canticum Ponam, *de Communi Apostolorum.*

DIE XV.

In Festo

SS. FERREOLI ET FERRUTIONIS, Martyrum.

Simplex.

De Communi plurium Martyrum. Orat. Deus, invisíbilis fortitúdo.

AD LAUDES, pro Commemor. sancti Viti, Martyris. Ant. Bonum. ℣. Adjútor. *Oratio,* Da Ecclésiæ tuæ.

VESPERÆ de Psalterio: à Capitulo de sequenti.

DIE XVI.

In Festo

S. JOANNIS FRANCISCI REGIS, Presbyteri,

Semiduplex.

De Communi Presbyterorum.

Oratio. Orémus.

Deus, qui ad plúrimos pro salúte animárum perferendos labóres beátum Joannem Franciscum Presbyterum mirábili caritáte & invíctâ patiéntiâ decorasti: concéde propítius, ut ejus exemplis instructi, & intercessiónibus adjúti, ætérnæ vitæ præmia consequámur; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit.

AD LAUDES, pro Commemor. SS. Cyrici, & Julittæ, Ant. Beáti. ℣. Multæ, *Oratio,* Pietátem tuam.

DIE XXIII.

In Vigilia

S. JOANNIS BAPTISTÆ.

AD LAUDES, post Hymnum, ℣. Prævenisti eum, Dómine, ℟. In benedictiónibus dulcédinis.

Ad Benedictus. *Ant.* 5. a. Priusquam te formárem in útero, novi te; & ántequam exíres de vulva sanctificávi te.

Preces flexis genibus.

Cetera ut in Diurnali.

DIE XXVIII.

In Festo

SS. IRENÆI ET SOCIORUM.

AD LAUDES, Canticum de pluribus Martyribus.

Pro Commemoratione Vigiliæ SS. Petri & Pauli,

Ant. 1. a. Deus nos Apóstolos novíssimos ostendit, tanquam morti destinátos.

℣. Propter te, Dómine, mortificámur totâ die, ℟. Æstimáti sumus sicut oves occisiónis.

DIE XXIX.

IN FESTO SS. APOSTOLORUM

PETRI ET PAULI.

SOLEMNE-MAJUS.

Ad Completorium, *Ant. & Doxologia, ut infra* 11.

AD LAUDES, Psalmi de Dominica, cùm Cantico Ponam, *de Communi Apostolorum.*

AD HORAS, Doxol.

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

Psalmi de Dominica,

AD PRIMAM.

Canon.

Ex Concílio Florentíno œcuménico.

An. 1439. *In Definitione.*

Definímus sanctam Apostólicam Sedem, & Románum Pontíficem in universum orbem tenére primátum; & ipsum Pontíficem Románum successórem esse beáti Petri Príncipis Apostolórum, & verum Christi Vicárium, totiusque Ecclésiæ Caput, & ómnium Christianórum patrem ac doctórem exístere; & ipsi, in beáto Petro, pascendi, regendi, ac gubernandi universálem Ecclésiam, à Dómino nostro Jesu Christo plenam potestátem tráditam esse.

AD II VESPERAS.

Ps. Dixit Dóminus, *è Vesp. Dominicæ.*

Ps. Laudáte, púeri, *ibid.*

Ps. Crédidi, *è Vesp. Feriæ V.*

Ps. In convertendo, *è Vesp. Feriæ II.*

Ps. Beáti omnes, *è Vesp. Sabbati.*

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capitulum de Dominica.

Ant. 4. d. Dóminus in fórtibus dimicávit: Príncipes obtulérunt ánimas suas morti.

Hymnus, Grates, *cum Doxologia* Uni sit & trino Deo, *ut suprà.*

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 3. a. Magnificáti sunt valde in conspectu omnis pópuli Israel, & géntium ómnium ubi audiebátur nomen eórum.

DIE XXX.

IN COMMEMORATIONE

SANCTI PAULI, Apostoli.

Duplex-majus.

AD LAUDES, Canticum Ponam, *de Communi Apostolorum.*

Fit Commemor. sancti Petri. Ant. Simon, ego rogávi pro te, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.

℣. Pósui adjutórium in potente; ℟. Et exal-

távi electum de plebe mea.

Orátio. Orémus.

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cœléstis, ligandi atque solvendi pontifícium tradidísti: concéde ut intercessiónis ejus auxílio, à peccatórum nostrórum néxibus liberémur; Qui vivis & regnas Deus.

Deinde S. Theobaldi, Presbyteri, Ant. Euge. ℣. Sacerdótes. *Oratio,* Dómine Deus, *in Communi Presbyterorum.*

AD HORAS, Doxologia, Uni sit, *suprà*

AD II VESPER. fit Commemoratio sancti Martialis, Episcopi. Ant. Elégit. ℣. Beátus.

Deinde S. Petri. Ant. Simon Joannis, amas me? Dómine, tu ómnia nosti; tu scis quia amo te. Pasce oves meas. ℣. Elégit Dóminus servum suum, ℟. Páscere hæreditátem suam. *Oratio ut suprà ad Laudes.*

AD COMPLET. *Ant. & Doxologia* Uni sit, *ut suprà,* 10, 11.

DOMIN
intra Oct
SS. APOSTO

Si occurrat d
nii vel 2 Julii,
fit de sancto Pa
de Visitatione B.

Si autem aliâ
currat, totum O
fit de Dominica,
Psalterio, incipie
I Vesperis, quæ
integræ de Sabbato
Dominicam occurren
(nisi propter aliquam
currentiam aliter fac
dum sit) cum Comm
Octavæ in utrisque Ve
& Laud. Dicitur tam
ad Horas & ad Compl
torium Doxologia U
sit.

DIE I JULII.

In Festo

S. MARTIALIS,

Episcopi. *Semiduplex.*

AD LAUDES, Canticum Ponam, *de Communi Apostolorum.*

Fit Commem. Octavæ sanctorum Apostolorum, ut in Laud. Festi.

AD HORAS, Doxologia Uni sit, 11.

VESPERÆ de Visitatione B. M. V.

DIE II.

IN VISITATIONE B. M. VIRGINIS.

Duplex-majus.

Fit Commem. Octavæ sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, in utrisque Vesperis, & in Laudibus.

DIEBUS

INTRA OCTAVAM SS. APOSTOLORUM.

Semiduplex.

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria in toto Officio.

AD LAUDES.

Dicitur Canticum Ponam, *de Communi Apostolorum.*

Ant. sola 1. f. Qui operátus est Petro in apostolátum circumcisiónis, operátus est & mihi inter Gentes.

AD HORAS, non dicitur Allel. *in* ℟℟. *br.*

AD VESPERAS.

Ant. sola 1. D. Dómini nostri longanimitátem salútem arbitrémini; sicut & caríssimus frater noster Paulus secundùm datam sibi sapiéntiam scripsit vobis.

AD COMPLET. *Ant. & Doxologia ut in die.*

DIE III.

DE OCTAVA.

VESPERÆ à Capitulo de sequenti, ut in Communi Pontificum.

Fit Commemor. Octavæ sanctorum Apostolorum, ut in II Vesperis Festi.

AD COMPLET. *Ant. de SS. Apostolis, & Doxologia* Uni sit, *suprà*, 10, 11.

DIE IV.

IN ORDINATIONE ET TRANSLATIONE S. MARTINI,

Episcopi. *Semiduplex.*

AD LAUDES, Canticum Ponam, *de Communi Apostolorum.*

Fit Commemor. Octavæ SS. Apostolorum, ut in Laudibus Festi.

AD HORAS, Doxologia Uni sit, 10.

VESPERÆ à Capitulo de Octava.

Fit Commemoratio sancti Martini, Ant. Sacerdótes tui. ℣. Salvum.

DIE V.

DE OCTAVA.

VESP. de die Octava, ut in I Vesp. Festi. Oratio, Deus, qui beátos Apóstolos, *infrà.*

DIE VI.

OCTAVA SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

Duplex-minus.

Omnia ut in die Festo, præter sequentia.

Psalmi de Feria in toto Officio.

Oratio. Orémus.

Deus, qui beátos Apóstolos Petrum [et] Paulum insignes præ cæteris Evangélii prætóres esse fecisti: concéde, quæsumus, ut eórum intercessióne ad ætérnæ pátriæ perveniámus hereditátem, quorum doctrínâ, fidei tenémus integritátem; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat, in unitáte Spíritûs sancti Deus; Per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

AD VESPERAS, fit Commemor. de sancto Thoma Cantuariensi.

DOMINICA II JULII.

IN FESTO SACRATISSIMI CORDIS D. N. JESU CHRISTI.

SOLEMNE-MAJUS.

IN I VESPERIS.

Psalmi de Sabbato.

Ant. 1. D. Delíciæ meæ esse cum fíliis hóminum: Beáti qui custódiunt vias meas.

Ant. 3. a. Fériam eis pactum sempitérnum, & non désinam eis benefácere.

Ant. 5. C. Lætábor super eis, cùm bene eis fécero in toto corde meo, & in tota ánima mea.

Ant. 7. G. In funículis Adam traham eos, in vínculis caritátis.

Ant. 6. F. Erunt mihi in pópulum, & ego ero eis in Deum: addúcam super eos omne bonum quod ego loquor ad eos.

Capitulum. Is. 66.

Hæc dicit Dóminus: Ecce ego declinábo super Jerúsalem quasi flúvium pacis, & quasi torrentem inundantem. Ad úbera portabímini, & super génua blandientur vobis. Quómodo si cui mater blandiátur, ita ego consolábor vos: vidébitis, & gaudébit cor vestrum.

℟. Transíte ad me omnes qui concupíscitis me, & à generatiónibus meis impléminì: * Spíritus enim meus super mel dulcis, & hæréditas mea super mel & favum. ℣. Veníte ad me omnes, qui laborátis & onerátí estis, & ego refíciam vos. * Spíritus. Glória Patri. * Spíritus.

Hymnus.

Nunc inter pópulos
quis ſímilis tui,
Gens ô Chriſtiadûm!
grande Dei genus!
Cælo tolle caput, quæ
tibi próximo
Ducis Númine glóriam.
Summi Chriſtus adeſt
progenies Patris,
Lumen nube tegens,
fúlminis ímmemor;
Totus prodit amans,
totus amábilis;
Ad ſe ſic trahit ómnia.
Qui quondam pátrio
lapſus ab æthere
Terras íncoluit, nunc
ſolio ſedens,
De noſtris vel adhuc pe-
ctoribus creat
Cordi delícias ſuo.
O Cor perpetuis ígni-
bus æſtuans!
O Cor perpetuis fónti-
bus affluens!
Tu ſemper rénovas ju-
ſtitiæ ſacram,
Tu ſemper ſatias ſitim.
Et nos divus amor
quos ſibi cónſecrat,
Gens ingráta Deo, frí-
gida péctora,
Quid torpémus? iners
cur retinet tepor?
Urget flámmea cáritas.
Sit laus ſumma Patri,
ſummaque Fílio;
Sit par, alme, tibi gló-
ria, Spíritus,
Qui ſubjecta moves pé-
ctora, mútuas
Dum Chriſto réferunt vi-
ces. Amen.

℣. Guſtáte & vidéte
quóniam ſuávis eſt Dó-
minus; ℟. Beátus vir
qui ſperat in eo.

Ad Magníficat. Ant.
E. Tóllite jugũ meum
ſuper vos, & diſcite à
me, quia mitis ſum &
húmilis corde, & inve-
niétis réquiem animábus
veſtris.

*Oratio ut infrà ad
Laudes.*

*Fit Commem. Sabbati
ante Domínicam occur-
rentem.*

*Deinde (ubi fit) SS.
Cordis B. M. Virginis.*

Ant. Exultávit ſpíri-
tus meus in Deo ſalutári
meo; quia fecit mihi
magna qui potens eſt.

℣. Bénedic, ánima
mea, Dómino, ℟. Et
ómnia quæ intra me ſunt
nómini ſancto ejus.

*Oratio ut infrà ad
Laudes.*

AD COMPLETORIUM.

*Pſalmi & Capit. de
Feria.*

Ant. 2. A. Unus mílitum lánceâ latus Jesu apéruit, & contínuò exívit sanguis & aqua.

Hymn. Grates, *cum Doxologia sequenti:*

Sit laus Patri, laus Fílio,
Par sit tibi laus, Spíritus;
Adusta sacris ígnibus,
Fac, Christe, corda férveant. Amen.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 6. C. Qui sitit, véniat, & qui vult, accípiat aquam vitæ, gratis.

AD LAUDES.

Ant. 8. G. Ego plantávi te víneam electam, omne semen verum: quómodo conversa es mihi in pravum vínea aliéna?

Ant. 4. E. Fílios enutrívi & exaltávi, ipsi autem sprevérunt me.

Ant. 3. à. Ego quasi nutrítius portábam eos in bráchiis meis, & nesciérunt quod curárem eos.

Canticum. Isaiæ. 55.

Omnes sitientes veníte ad aquas: * & qui non habétis argentum, properáte, émite, & comédite.

Veníte, émite absque argento, & absque ulla commutatióne, * vinum & lac.

Quare appénditis argentum non in pánibus, * & labórem vestrum non in saturitáte?

Audíte audientes me, & comédite bonum, * & delectábitur in crassitúdine ánima vestra.

Inclináte aurem vestram, & veníte ad me: * audíte, & vivet ánima vestra.

Et fériam vobíscum pactum sempitérnum, * misericórdias David fidéles.

Ant. 6. F. Duo mala fecit pópulus meus: me dereliquérunt fontem aquæ vivæ, & fodérunt sibi cisternas, cisternas dissipátas.

Ant. 2. D. Numquid & vos vultis abíre? Dómine, ad quem íbimus? verba vitæ ætérnæ habes.

Capitulum. Hebr. 4.

Adeámus ergo cum fidúcia ad thronum grátiæ ut misericórdiam consequámur, & grátiam inveniámus in auxílio opportúno.

Hymnus ut in I Vesperis.

℣. Quid mihi est in cœlo, & à te quid vólui super terram? ℟. Deus cordis mei, & pars mea in æternum.

Ad Benedíctus. *Ant.* 5. C. Pars mea Dóminus, dixit ánima mea; proptérea expectábo eum. Bonus est Dóminus sperántibus in eum, ánimæ quærenti illum.

Oratio. Orémus.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui in sacratíssimo dilecti Fílii tui Corde gloriantes, præcípua ejus in nos caritátis benefícia recólimus, de cœlesti illo donórum fonte supereffluentē grátiam accípere mereámur; Per eumdem Dóminum.

Fit Commemor. Dominicæ occurrentis.

Deinde (ubi fit) SS. Cordis B. Mariæ Virginis.

Ant. Ego mater pulcræ dilectiónis, & timóris, & agnitiónis, & sanctæ spei.

℣. Anima mea exultábit in Dómino; ℟. Et delectábitur super salutári suo. *Ps.* 34.

Oratio. Orémus.

Deus, qui in corde beátæ Maríæ Vírginis flammas sanctæ dilectiónis nunquam deficientes accendisti, eamque imáginis Fílii tui exímiè conformem effecisti: concéde, ut fidéli virtútum ipsíus imitatióne, Christum in nobis exprímere valeámus; Qui tecum.

AD HORAS, Doxologia:

Sit laus Patri, laus Fílio;
Par sit tibi laus, Spíritus;
Adusta sacris ígnibus,
Fac, Christe, corda férveant. Amen.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Ego.

Omittitur Symbolum Quicumque.

In ℟. *br.* ℣. Qui mitis es * & húmilis corde.

Canon.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 13. *cap.* 8.

Paterno affectu ádmonet sancta Synodus, hortátur, rogat, óbse-

fiat per víscera miséricórdiæ Dei nostri; ut omnes & sínguli qui christiáno nómine censentur, mémores tantæ majestátis, & tam exímii amóris Jesu Christi Dómini nostri, qui dimísit ánimam suam in nostræ salútis prétium, & carnem suam nobis dedit ad manducandum; hæc sacra mystéria Córporis & Sánguinis ejus, eâ fídei constántiâ & firmitáte, eâ ánimi devotióne ac pietáte & cultu credant & venerentur, ut panem illum supersubstantiálem frequenter suscípere possint, & is verè eis sit ánimæ vita & perpétua sánitas mentis.

AD TERTIAM.

Ant. 4. E. Fílios.

Capitulum. Jerem. 2.

Transíte ad ínsulas Cethim, & vidéte: & in Cedar míttite, & considérate vehementer: & vidéte si factum est hujuscémodi: si mutávit gens deos suos, & certè ipsi non sunt dii: pópulus verò meus mutávit glóriam suam in idólum, dicit Dóminus.

℟. *br.* Tu scis, Dómine, * impropérium meum, * Allelúia, allelúia. Tu scis. ℣. Et confusiónem meam, * & reveréntiam meam. * Allelúia. Glória Patri. Tu scis, Dómine.

℣. Pro eo ut me dilígerent detrahébant mihi; ℟. Ego autem orábam.

AD SEXTAM.

Ant. 3. à. Ego.

Capitulum. Jerem. 3.

Revértere, aversátrix Israel, ait Dóminus, & non avertam fáciem meam à vobis: quia sanctus ego sum, dicit Dóminus, & non irascar in perpétuum.

℟. *br.* Audi, pópulus meus, * & contestábor te, * Allelúia, allelúia. Audi. ℣. Ego sum * Dóminus Deus tuus, * Allelúia. Glória. Audi.

℣. Non audívit pópulus meus vocem meam, ℟. Et Israel non inténdit mihi.

AD NONAM.

Ant. 2. D. Numquid.

Capitulum. Dan. 3.

Et nunc séquimur te in toto corde, & timémus te, & quærimus

fáciem tuam. Ne confundas nos; sed fac nobiscum juxta mansuetúdinem tuam, & secundùm multitúdinem misericórdiæ tuæ.

℟. br. Tu, Dómine, * miserátor & miséricors, * Allelúia, allelúia. Tu, Dómine. ℣. Pátiens * & multæ misericórdiæ. * Allelúia. Glória. Tu, Dómine.

℣. Fac mecum signum in bonum: ℟. Réspice in me, & miserére meì.

AD II VESPERAS.

In Ps. Dixit Dóminus, è Vesp. Dominicæ. Ant. 1. J. Dóminus noster Jesus Christus diléxit nos, & dedit consolatiónem ætérnam, & spem bonam in grátiâ.

In Ps. Confitébor tibi, è Vesp. Dominicæ. Ant. 4. E. Patiénter agit, nolens áliquos períre, sed omnes ad pœniténtiam reverti.

In Ps. Laudáte, púeri, è Vesp. Dominicæ. Ant. 3. a. Miserébitur secundùm multitúdinem misericordiárum suárum; non enim humiliávit ex corde suo, & abjécit fílios hóminum.

In Ps. Crédidi, è Vesp. Feriæ V. Ant. 6. F. Nos ergo diligámus Deum, quóniam ipse prior diléxit nos.

In Ps. Lauda, Jerúsalem, è Laud. Feriæ V. Ant. 5. C. Si quis non amat Dóminum nostrum Jesum Christum, sit anathéma.

Capitulum. 2 Cor. 5.

Cáritas Christi urget nos: æstimántes hoc, quóniam si unus pro ómnibus mórtuus est, ergo omnes mórtui sunt: & pro ómnibus mórtuus est Christus, ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mórtuus est & resurrexit.

Hymnus.

Christe, fons jugis saliéntis undæ,
Pectoris sacros áperi recessus,
Ut Deo plenos bibat ore puro
Spíritus amnes.
Hìc latens blando plácidus sopóre,
Nóxio mundi procul à tumultu,
Ebrius largo jacet affluéntis
Núminis haustu.

Igneis pectus jaculis
feritur;
Vulnus infligit Deus,
ipse telum;
Lædit & sanat ferientis
idem
Ictus amóris.

Ardor hinc crescit; priùs hinc amáta,
Mens amat Christum redamante Christo;
Æmulum pectus nimis æstuanti
Sólvitur igne.

Christe, quo ferves cremer intus æstu,
Corda fac zelus bene doctus urat;
Qui tuós rexit, regat ille nostros
Spíritus actus.

Cordis in sacris latebris sepúlta,
Mens sibi sanctè moritúra vivat;
Vana dediscens, tibi, Christe, fida
Sérviat uni.

Qui pari sese redamant amóre
Summa laus Patri, Genitóque summa:
Laus tibi compar utriusque sanctum,
Flamen amóris.
Amen.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino; ℟. Et noli oblivísci omnes retributiónes ejus.

Ad Magníficat. Ant. 7. G. Quis nos separábit à caritáte Christi? neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principátus, neque creatúra ália póterit nos separáre à caritáte Dei quæ est in Christo Jesu Dómino nostro.

Oratio ut suprà ad Laudes.

Fit Commem. Dominicæ occurrentis.

Deinde (ubi fit) SS. Cordis B. Mariæ Virginis.

Ant. Veníte ad sanctuárium Dómini, quod sanctificávit in ætérnum.

℣. Tríbuat tibi Dóminus secundùm cor tuum, ℟. Et omne consilium tuum confirmet.

Oratio ut suprà ad Laudes.

AD COMPLET.

Psalmi & Capitulum de Dominica: cetera ut suprà, 17.

DIE XIX.

In Festo

S. VINCENTII A PAULO, PRESBYTERI.

Duplex-majus.

IN I VESPERIS.

Ant. 1. D. Egéni & páuperes quærunt aquas, & non sunt: Ego Dóminus exáudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos.

Ant. 4. E. Suscitábo mihi Sacerdótem fidélem, qui juxta cor meum & ánimam meam fáciet.

Ant. 2. D. Lábia ejus custódient sciéntiam, & legem requírent ex ore ejus, quia Angelus Dómini exercítuum est.

Ant. 6. C. Ædificábo ei domum fidélem, & ambulábit coram Christo meo cunctis diébus.

Ant. 5. C. Inebriábo ánimam Sacerdótũ pinguédine, & pópulus meus bonis meis adimplébitur.

Capitulum. Jerem. 3.

Convertímini, fílii revertentes, dicit Dóminus; & dabo vobis Pastóres juxta cor meum, & pascent vos sciéntiâ & doctrínâ.

℟. Audient in die illa surdi verba libri, & de ténebris & calígine óculi cæcórum vidébunt, & * Addent mites in Dómino lætítiam, & páuperes hómines in Sancto Israel exultábunt. ℣. Nonne Deus elégit páuperes in hoc mundo, dívites in fide, & hærédes regni quod repromísit Deus diligéntibus se? * Addent. Glória. * Addent.

Hymnus.

Qui mutáre solet grádibus ínfima,
Omnes exsuperans, máximus ómnium,
Vincenti, tenuem te Deus éxtulit
Cœli cœtibus ínserens.
Vilis sub tuguri tégmine náсeris,
At splendor tenebras excipiet breves;
Te complexa sinu præsídium sibi
Nutrix pauperies parat.
Ut promptam miseris ferre scias opem,
Duras, heu! pateris servitii vices,

Igneis pectus jaculis
feritur;
ulnus infligit Deus,
ipse telum;
ædit & sanat ferientis
idem
Ictus amóris.

Ardor hinc crescit;
priùs hinc amáta,
tens amat Christum re-
damante Christo;
Æmulum pectus nimis
æstuanti
Sólvitur igne.

Christe, quo ferves
cremer intus æstu,
Corda fac zelus bene do-
ctus urat;
Qui tuós rexit, regat
ille nostros
Spíritus actus.

Cordis in sacris late-
bris sepulta,
Mens sibi sanctè mori-
túra vivat;
Vana dediscens, tibi,
Christe, fida
Sérviat uni.

Qui pari sese redamant
amóre
Summa laus Patri, Ge-
nitóque summa:
Laus tibi compar utriuf-
que sanctum,
Flamen amóris.

Amen.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino; ℟. Et noli oblivísci omnes retributiónes ejus.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Quis nos separábit à caritáte Christi? neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principátus, neque creatúra ália póterit nos separáre à caritáte Dei quæ est in Christo Jesu Dómino nostro.

Oratio ut suprà ad Laudes.

Fit Commem. Dominicæ occurrentis.

Deinde (ubi fit) SS. Cordis B. Mariæ Virginis.

Ant. Veníte ad sanctuárium Dómini, quod sanctificávit in ætérnum.

℣. Tríbuat tibi Dóminus secundùm cor tuum, ℟. Et omne consílium tuum confirmet.

Oratio ut suprà ad Laudes.

AD COMPLET.

Psalmi & Capitulum de Dominica: cetera ut suprà, 17.

habens, hospítio recépit, sanctórum pedes lavit, tribulatiónem patiéntibus subministrávit, omne opus bonum subsecútus est.

Capitulum. Eccli. 18.

Miserátio hóminis circa próximum suum; misericórdia autem Dei super omnem carnem: qui misericórdiam habet, docet & érudit quasi pastor gregem suum.

Hymnus.

Ut nunc ab alto prævià
Nos luce, Vincenti, regis!
Virtútis exemplo tuæ
Ad astra signas trámitem.

Dilecta sponso vírginum
Corpus sacrávit cástitas:
Ornáre virtútum chorus
Mentem pudícam géstiit.

Hinc illa quà te déprimis
Sibi timens modéstia:
Hinc blanda morum lénitas,
Vitæque candor símplicis.

Sed inter omnes émicat
Quo fervet igne cáritas;
Quot illa pascit páuperes,
Quot corda Christo súbjicit?

Ardente zelo pércitus,
Latè Dei mystéria
Per rura pandis, nec tamen
Curam potentûm déseris.

Te sensit error íntegrâ
Dolos repulsantem fide;
Te sensit infensum scelus,
Tibíque cessit ímpotens.

Pii labóris æmulam
Prolem sub alis cóngregas:
Hanc voce, factis, móribus,
Dux & magíster édoces.

Qui se perénne præmium
Dat caritáte férvidis,
Uni sit & trino Deo
Laus & perénnis glória.
Amen.

℣. Sacerdótes tui, Dómine, induantur justítiam, ℟. Et sancti tui exultent.

Ad Benedictus. *Ant.* 8. G. Operátus est bonum, & rectum & verum coram Dómino Deo suo in universa cultúra ministerii

ım fidei sub-
rum jugo,
pede véritas.
nunc operum
ates! tuis
ısa nitet culta
bus;
:us honos, vi-
lánguidis
pulis fides.
tánus, inops,
& órphanus,
ɔta suum jure
Patrem:
tus ades, cor-
súblevas,
ncilias Deo.
:onsiliis jussus
sacris;
rta tuæ lúmina
ılunt:
ıgit honos; at
os ope,
n monitis ju-

eſtunt inopes,
ma laus Patri;
le salus, máxi-
ílio;
ıi recreas pé-
flámine,
ıs tibi, Spíri-
Amen
ısti in dulcédi-
upęri, Deus:
ıus dabit ver-
angelizántibus
ultá.

Ad Magníficat. *Ant.* 7. G. Páuperes Sion saturábo pánibus; Sacerdótes ejus índuam salutári, & sancti ejus exultatióne exultábunt.

Oratio ut infrà ad Laudes.

Fit Commemoratio S. Thomæ Aquinatis. Ant. Qui docti. ℣. Beátus. *Oratio propria.*

AD LAUDES.

Ant. 3. a. Erat vir ille simplex & rectus, ac timens Deum, & recédens à malo.

Ant. 4. E. Vir justus atque perfectus fuit in generatiónibus suis: cum Deo ambulávit.

Ant. 6. F. Dedit in celebratiónibus decus, & ornávit témpora usque ad consummatiónem vitæ, ut laudárent nomen sanctum Dómini.

Canticum de Communi Presbyterorum.

Ant. 5. C. Ipse est directus divínitus in pœniténtiam gentis: gubernávit ad Dóminum cor ipsíus, & in diébus peccatórum corroborávit pietátem.

Ant. 7. d. In opéribus bonis testimónium

℟. *br.* Dispersit, dedit paupéribus, * Justítia ejus manet in séculum séculi. Dispersit. ℣. Cornu ejus * exaltábitur in glória. * Justítia. Glória Patri. Dispersit.

℣. Beátus qui intélligit super egénum & páuperem; ℟. In die mala liberábit eum Dóminus.

AD II VESPERAS.

Ant. 8. G. Vir amátor civitátis, & bene áudiens, qui pro affectu Pater appellabátur, invocans Dominatórem vitæ ac spíritûs, vità defunctus est.

Ant. 2. D. Mórtuus est in senectúte bonâ, plenus diérum & glóriâ.

Ant. 6. F. In séculum memória ejus in benedictióne. Avertit iram ab Israel, & nominátus est usque ad novíssimum terræ, & congregávit pereuntes.

Ant. 3. E. Stabilíta sunt bona illíus in Dómino, & eleemósynas illíus enarrábit omnis ecclésia sanctórum.

Ant. 1. a. Non recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem, & laudem ejus enuntiábit Ecclésia.

Capitulum. Hebr. 13.

Mementóte præpositórum vestrórum qui vobis locúti sunt verbum Dei, quorum intuentes éxitum conversatiónis, imitámini fidem.

Hymnus.

Quis novus cœlis ágitur triumphus?
Cœlitum plausum comitémur hymnis:
Ecce lux Cleri, Pater indigentûm
Æthere splendet.

Facta, Vincenti, tua te perornant:
Cáritas aptat capiti corónam;
Teque, quam terris humilis parasti,
Glória vestit.

Quam rudes olim pópulos docébas,
Véritas nunc se tibi tota pandit;
Páuperi quidquid pia dextra fudit
Reddit Olympus.

Te Sacerdótes vel adhuc magistro,

domûs Dó-
ta legem &
s, volens re-
:um suum in
suo.

Orémus.
ıi ad evange-
lum paupéri-
clesiástici Or-
rem promo-
beátum Vin-
ıpostólicâ vir-
rasti; præsta,
, ut cujus pia
ıerámur, vir-
ɔque instruá-
plis; Per Dó-

RIMAM.
a. Erat vir.
ERTIAM.
. Vir justus.
. Gen. 17.
s omnípotens:
la coram me,
fectus, ponam
s meum inter
, & multipli-
:hementer ni-

Providébam
* In conspe-
:mper. Provi-
℣. Quóniam à
st mihi * ne
ar. * In. Gló-
idébam.

℣. Servávi mandáta tua & testimónia tua; ℟. Quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Dedit.

Capitulum. Exod. 18.

Esto tu pópulo in his quæ ad Deum pértinent, ut réferas quæ dicuntur ad eum, ostendasque pópulo ceremónias & ritum colendi.

℟. *br*. Qui statis in domo Dómini, * Extóllite manus vestras in sancta. Qui statis. ℣. Et benedícite * Dóminum. * Extóllite. Glória. Qui statis.

℣. Date nómini ejus magnificéntiam; ℟. Et confitémini illi in voce labiórum vestrórum.

AD NONAM.

Ant. 7. d. In opéribus bonis.

Capitulum. Coloss. 3.

Indúite vos sicut elécti Dei, sancti & dilecti, víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam. Super ómnia autem hæc, caritátem habéte, quod est vínculum perfectiónis.

Invenérunt me vígiles, qui custódiunt civitátem. * Num, quem díligit ánima mea, vidístis?

Paululùm cùm pertransíssem eos, invéni quem díligit ánima mea: * ténui eum, nec dimíttam.

DIE XXV.

In Festo

SANCTI JACOBI, Apostoli.

Duplex-majus.

Pridie ad Vésperas Non fit Commemorátio de sanctis Christophoro, & cetera.

AD LAUDES, Canticum Ponam, *de Communi Apostolorum.*

Non fit Commemor. de S. Germano.

AD II VESPERAS, fit Commemor. duntaxat de sanctis Joachim & Annæ, ut in die XXVIII.

AD COMPLETOR. *in Hymno, Doxologia,* Qui natus es.

DIE XXVI.

In Festo

SS. JOACHIM ET ANNÆ,

Parentum B. M. V.

Duplex-minus.

Officium ut in Diurnali, die XXVIII, *exceptis quæ sequuntur.*

AD LAUDES.

Canticum. Is. 44.

Audi Jacob serve meus, * & Israel, quem elégi.

Hæc dicit Dóminus, fáciens & formans te, * ab útero auxiliátor tuus.

Noli timére, serve meus Jacob, * & rectíssime quem elégi.

Effundam enim aquas super sitientem, * & fluenta super áridam.

Effundam Spíritum meum super semen tuum, * & benedictiónem meam super stirpem tuam.

Fit Commem. Translationis sancti Marcelli, Parisiensis Episc. Ant. Hic est fratrum amátor & pópuli: hic est qui multùm orat pro pópulo & univérsa civitáte.

Christi refe-
dórem:
r te sacra læ-

cœtu.
quantum de-
abórant
castæ, sociæ-
latres?
gaudeant, du-
, fidéles
inistros.
qui prono mi-
levábas,
c votis homi-
rogári:
clamant ino-
amíca
, patrónum.
s ætérno sit ho-
?aréntí;
Nato míseros
ici;
t compar tibi
per omne,
us, ævum.

ais honorificári
ei tui, Deus;
confortátus est
us eórum.
ignificat. Ant.
ilectus Deo &
rs, cujus me-
benedictióne.
illum fecit Deus
ia Sanctórum:

glorificávit illum in con-
spectu Regum, & osten-
dit illi glóriam suam.

Oratio ut suprà ad Laudes.

Fit Commem. sanctæ Margaretæ. Ant. Infirma. ℣. Deus. *Oratio,* Deus, qui inter cétera, *ut in Communi Virginum.*

DIE XX.

In Festo

STÆ MARGARETÆ,

Virginis & Martyris.

Simplex.

De Communi Virginum.

DIE XXII.

In Festo

STÆ MARIÆ MAGDALENES.

Duplex - minus.

AD LAUDES.

Canticum. Cant. 3.

Quæsívi quem díligit ánima mea; * quæsívi illum, & non invéni.
Surgam & circuíbo civitátem; * per vicos & platéas quæram quem díligit ánima mea.
Quæsívi illum, * & non invéni.

DIE XXXI.

In Festo

S. GERMANI,

Autissiodorensis Episc.

Duplex-minus.

IN I VESP. fit Commem. S. Ignatii, Presbyteri. Ant. Ubi sum. ℣. Domine, *Oratio ut supra.*

VESP. de sancto Petro ad Vincula, ut in Diurnali; & fit Commem. S. Germani tantum.

DIE I AUGUSTI.

In Festo

SANCTI PETRI

AD VINCULA,

Duplex-minus.

AD LAUDES,

Canticum Confitebor, *de Communi unius Martyris.*

In Festo

SUSCEPTIONIS

S.tæ CRUCIS.

Duplex-minus.

AD LAUDES,

Canticum. Is. 49.

Ecce levabo ad gentes manum meam, * & ad populos exaltabo signum meum.

Et afferent filios tuos in ulnis, * & filias tuas super humeros portabunt.

Et erunt reges nutritii tui, * & reginæ nutrices tuæ.

Vultu in terram demisso adorabunt te, * & pulverem pedum tuorum lingent.

Et scies quia ego Dominus, * super quo non confundentur qui expectant eum.

Numquid tolletur à forti præda? * aut quod captum fuerit à robusto salvum esse poterit?

Quia hæc dicit Dominus: Equidem & captivitas à forti tolletur, * & quod ablatum fuerit à robusto salvabitur.

Eos vero qui judicaverunt te, ego judicabo; * & filios tuos ego salvabo.

Et sciet omnis caro, quia ego Dominus salvans te, * & redemptor tuus, Fortis Jacob.

DIE III.

In Inventione Corporis

S. STEPHANI,

PROTOMARTYRIS.

Duplex-minus.

Omnia ut in Diurnali, exceptis quæ ſequuntur.

IN I VESPERIS.

Hymnus.

Conſcende cœlum : jam datur,
Chriſti pugil, quiéſcere;
Quem roborantem ſénſeras,
Nunc te beantem cónſpicis.

Dum mens ſolúta vínculis
Æterna libat gáudia,
Sacri feruntur córporis
Terras in omnes pígnora.

Tuo ſuperba nómine
Erecta templa quot vides!
Jam totus orbis, quà patet,
Tuis reſultat láudibus.

At quale ſurgit óſſibus
Decus! micant altáribus;
Proni fidéles, óſculis
Votiſque ſúpplices colunt.

Audis precantes; jam redit
Claudo gradus, cæco dies;
Muto loquéla rédditur,
Et ſurdus éxcipit ſonos.

Quin ipſa ſaxa, quæ tuo
Sunt purpuráta ſánguine,
Ægris medentur, & malos
Torquent fugantque ſpíritus.

Fortem corónans mílitem,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

AD LAUDES.

Canticum Confitébor, *de Communi unius Martyris.*

Hymnus, Conſcende cœlum, *ut ſuprà.*

AD II VESPERAS.

Hymnus.

Obſcúros tenebris, Chriſte, vetas premi;
Clarà qui pugiles te nece prædicant;
Quæ ſub nocte jacent, temporibus ſuis
Hæc pleno retegis die.

Quæ celáta diu pulvereo situ,
Monstras ossa tui spléndida Mártyris,
Ad cujus cineres cúrritur, & suus
Siccis est honor óssibus.

Flores è tumulo vim medicam trahunt,
Et cæco subitum restituunt diem,
Qui dux ipse sui, jam repetit domum,
Cœli múnere lætior.

Ultor nempe Deus, non meritæ necis
Sacris opprobrium pensat honóribus:
Claros prodigiis, ac venerábiles
Ipsos vel tumulos facit.

Patri máxima laus, máxima Filio,
Amborumque sacro máxima Flámini,
Cujus præsidio prælia sústinent
Fuso sánguine Mártyres. Amen.

Fit Commem. sancti Dominici, Ant. Quasi thus. ℣. Stabit, *in Comm. Presbyterorum. Oratio,* Deus, qui Ecclésiam tuam.

DIE IV.

In Festo

S. DOMINICI,

PRESBYTERI.

Semiduplex.

Omnia de Communi Presbyterorum.

DIE VI.

IN

TRANSFIGURATIONE DOMINI.

AD LAUDES.

Canticum. Baruch 3.

O Israel, quàm magna est domus Dei, * & ingens locus possessiónis ejus!

Magnus est Dóminus, & non habet finem; * excelsus & immensus.

Hic est Deus noster, * & non æstimábitur álius adversùs eum.

Hic adinvénit omnem viam disciplinæ: * & trádidit illam Jacob púero suo, & Israel dilecto suo.

Post hæc in terris visus est, * & cum homínibus conversátus est.

DIE X.

In Festo

S. LAURENTII,

Martyris,

Duplex-majus.

AD LAUDES,

Canticum Confitébor, *de Communi unius Martyris.*

DIE XI.

IN SUSCEPTIONE

S. CORONÆ SPINEÆ.

Duplex-majus,

(In Metrop. *Solemne-minus.*)

IN I VESP. non fit Commem. sanctæ Claræ.

Ad Completor. *in Hymno Doxologia:*

Qui nos creávit, laus Patri,

Laus qui redémit Fílio:

Qui nos fovet, laus Flámini:

Uni Deo sit glória.

Amen.

AD LAUDES.

Canticum. Apoc. 5.

Occísus es, Dómine, * & redemísti nos Deo in sánguine tuo,

Ex omni tribu, & lingua, * & pópulo, & natióne;

Et fecísti nos Deo nostro regnum, & sacerdótes, * & regnábimus super terram.

Dignus est Agnus, qui occísus est, * accípere virtútem,

Et divinitátem, & sapiéntiam, * & fortitúdinem;

Et honórem, & glóriam, * & benedictiónem.

Sedenti in throno & Agno, * benedíctio,

Et honor, & glória, & potestas * in sǽcula sæculórum.

Non fit Commemor. sanctæ Claræ.

Ad Horas, *Doxologia: Qui nos creávit, ut supra.*

AD II VESP. fit Commem sanctæ Claræ.

DIE XII.

In Festo

S. Sτæ. CLARÆ,

Virginis, *Simplex.*

De Communi Virginum.

AD LAUDES.

℣. Sitívit. *Ant.* Exultábit. *Orat.* Fidéles tuos,

VESP. de Psalterio: à Capitulo de sequenti. ℣. Avertæ. Ant. Exultávit. Oratio, ut infra.

DIE XIII.

In Festo

STÆ RADEGUNDIS, Reginæ Franciæ.

Semiduplex.

De Communi sanctarum Mulierum.

AD LAUD. ℣. Humiliábam. *Ant.* Orátio humiliantis.

Oratio. Orémus.

DEus, cujus amóre beáta Radegundis ex aulæ tumultu, sprétis mundi illécebris, in solitúdinem evolávit; tríbue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere & amáre cœléstia; Per Dóminum.

Fit Commem. sanctorum Hippolyti & Soc. Martyrum. Ant. Beáti. ℣. Multæ. *Orat.* Deus, cujus Unigénitus, &c.

SABBATO

INTRA

OCTAV. ASSUMPTIONIS.

IN VESPERIS, Psalmi de Sabbato; (nisi fit dies Assumptionis) cetera ut in primis Vesperis Festi; exceptis quæ sequuntur:

Post Hymn. ℣. Thronus ejus sicut sol in conspectu meo; ℟. Et sicut luna perfecta in ætérnum.

Ad Magníficat. Ant. 5. C. Reges & Regínæ, vultu in terram demisso, adorábunt te, & filios tuos ego salvábo.

Oratio, Deus, qui sanctíssimam Vírginem, *ut infra,* 35.

Fit Commem. Sabbati occurrentis.

DOMINICA

INTRA OCTAVAM.

COMMEMORATIO

VOTI LUDOVICI XIII, Regis Christianissimi.

Duplex-majus.

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur.

Ps. de Dom. in toto Officio.

AD LAUDES, post Hymnum, ℣. Tribuat tibi Dóminus secundùm cor tuum; ℟. Et omne consílium tuum confírmet.

Ad Benedictus. *Ant.* 4. E. Dixit ad Regem : Si invéni grátiam in óculis tuis, ô Rex! & si tibi placet; dona mihi pópulum meum, pro quo óbsecro.

Oratio. Orémus.

Deus, qui sanctíssimam Vírginem Maríam genitrícem tuam, super choros Angelórum exaltátam, fidélibus tuis patrónam providisti; óculis misericórdiæ Francórum respícere dignéris impérium, quod tutélæ ejusdem Vírginis Rex piíssimus voto perpétuo commendávit; Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitáte Spíritûs sancti Deus; Per ómnia sécula seculórum.

AD II VESP. post Hymnum, ℣. Glóriam regni tui dicent; ℟. Et potèntiam tuam loquentur.

Ad Magníficat. *Ant.* 8. G. Beáti servi tui, qui assistunt coram te. Quia díligit Deus Israel, & vult serváre eum in æternum, idcirco pósuit te super eum.

Oratio ut suprà.

DIE XVIII.

DE OCTAVA.

AD LAUDES fit Commem. sanctæ Helenæ, Ant. Orátio. ℣. Humiliábam, *ut in Communi SS. Mulierum.*

Oratio. Orémus.

Deus, qui ad salutárem Fílii tui crucem inquirendam, beátæ Helénæ ánimum excitasti : præsta, quæsumus, ut ejus exemplo, quæ Christi sunt júgiter sectantes, éadem, te favente, cónsequi valeámus; Per eumdem.

DIE XIX.

DE OCTAVA.

AD LAUD. fit Commemor. sancti Ludovici, Episcopi Tolosani. Ant. Ego sum. ℣. Elégit. *Oratio*, Deus, qui pópulis, *ut in Communi Pontificum.*

VESPERÆ de sequenti.

Fit Commem. Octav. Assumpt. ut in II Vesp. Festi.

AD COMPLET. Ant. & Hymnus de Octava hodie & cras.

muni Doctorum.

DIE XXII.

OCTAVA ASSUMPTIONIS

B. MARIÆ VIRGINIS.

Duplex-majus.

¶ *Si fuerit Dominica, Commemor. Voti Ludovici XIII fiet hâc die; ideoque in utrisque Vesperis & Laudibus assumentur* ℣℣. *Antiph. & Oratio suprà posita pro Dominica intra Octav.*

AD VESP. fit Commem. de sequenti.

Ant. Exultávit cor meum in Dómino, & dilatátum est os meum, quia lætáta sum in salutári tuo.

℣. Averte óculos me-

aatrici

Se

De Co
rum Mul

AD

℣. Humi
nedictus
humilian

Oratio

Omnipo
rico
protegen
na-Franci
te succen
bili spírit
per omne
in via pe
náta, Eccl
vá prole i
méritis &
céde, ut q
nostræ co
túte conf

tecum vivit & regnat, in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. Amen.

VESP. de S. Bartholomæo. Commem. ſanctæ ... Franciſcæ, Ant. ... ✠. Anima ... Or. ut ſupra.

DIE XXIV.

In Festo S. BARTHOLOMÆI Apostoli.

Duplex majus.

AD LAUDES, Canticum Psalmi, in Communi Apostolorum.

VESPERÆ de sequenti.

DIE XXV.

IN FESTO SANCTI LUDOVICI, REGIS FRANCIÆ.

SOLEMNE MINUS.

I. VESPERIS.

Psalmi de Feria, & ſic in toto Officio.

Quæſivit Dóminus ſibi virum juxta cor ſuum; & præcépit ei ut eſſet dux ſuper pópulum ſuum.

... Ait Rex ... Da ... ſervum tuum pro ... puer ... ſum ... ſervo tuo cor dócile, ut pópulum tuum judicáre póſſit.

... regem pópulo tuo ... te, Dómine, ſapiéntiam ... ſanctis tuis, ut ... mecum ſit, & mecum labóret ... ſédium ...

Ant. 3. E. Plácuit sermo coram Dómino, & dixit Dóminus: Quia postulasti verbum hoc, ecce dedi tibi secundùm sermónes tuos.

Ant. 1. D. Dedi tibi cor sápiens & intélligens: sed & hæc, quæ non postulasti, dedi tibi; divítias scílicet, & glóriam.

Capitulum. Sap. 6.

Si delectámini sédibus & sceptris, ô Reges pópuli, dilígite sapiéntiam, ut in perpétuum regnétis: dilígite lumen sapiéntiæ, omnes qui præestis pópulis.

℟. Dedit Regi Deus sapiéntiam multam nimis, * Et latitúdinem cordis, quasi aréna quæ est in líttore maris. Et † Erat nominátus in univérsis géntibus per circúitum. ℣. Erat Deus cum eo, & dedit illi grátiam & sapiéntiam, * Et latitúdinem. Glória. † Erat.

Hymnus.

Rex summe regum, qui potenti númine
Quo sunt creáta regna nutu dívidis,
Dum thure fumant templa, voce pérsonant,
Audi profúsas Regis in laudem preces.

Nascens in ipsa Ludovícus púrpura,
Sceptris avítis parvus ádmovet manus;
Piæque ductu matris, ignárus mali,
Servíre Christo discit, ántequam regat.

Justi sevérus cultor, urbes légibus,
Amóre cives cóntinens, hostes metu:
Pietáte cœlum flectit, aras éxcitat;
Deoque templa, tecta nudis érigit.

Mox christiáni servus ultor sánguinis
Emensus æquor, inque littus bárbarum
Vexilla pandens, urget armis ímpios,
Unoque vitam pro Deo pacíscitur.

Sit Trinitáti sempiterna glória,
Honor, potestas, atque jubilátio;
In unitáte, quæ, gubernans ómnia,
Per cuncta regnat seculórum sécula.
Amen.

℣. Inveni servum meum; ℟. Oleo sancto meo unxi eum.

Ad Magnificat, Ant. 5. G. Unxérunt eum Dómino in príncipem; sedítque super sólium Dómini pro patre suo, & cunctis plácuit.

Fit Commemor. sancti Bartholomæi, Ant. In fundaméntis. ℣. Pro pátribus, *ut in Communi.*

Oratio própria.

AD LAUDES.

Canticum. Job 29.

Quando procedébam ad portam civitátis, * & in platéa parábant cáthedram mihi;

Vidébant me júvenes, & abscondebántur; * & senes assurgéntes stabant.

Príncipes cessábant loqui, * & dígitum superponébant ori suo.

Vocem suam cohibébant duces, * & lingua eórum gútturi suo adhærébat.

Auris áudiens beatificábat me, * & óculus videns testimónium reddébat mihi:

Eo quod liberássem páuperem vociferántem, * & pupíllum cui non esset adjútor.

Benedíctio peritúri super me veniébat, * & cor víduæ consolátus sum.

Justítia indútus sum: * & vestívi me, sicut vestiménto & diadémate, judício meo.

Oculus fui cæco, * & pes claudo.

Pater eram páuperum: * & causam quam nesciébam, diligentíssime investigábam.

Conterébam molas iníqui, * & de déntibus illíus auferébam prædam.

Et dicébam: In nídulo meo móriar: * & sicut palma multiplicábo dies.

Radix mea apérta est secus aquas, * & ros morábitur in messióne mea.

Glória mea semper innovábitur, * & arcus meus in manu mea instaurábitur.

Ad Tertiam, Sextam & Nonam, in ℟. br. additur bis Allelúia.

DIE XXVII.

In Festo

S. CÆSARII,

Episcopi & Doctoris.

Semiduplex.

Oratio, ut in Diurnali.

VESPERÆ de sequenti.

DIE XXVIII.

In Festo

S. AUGUSTINI,

Episc. & Eccl. Doct.

Duplex-minus.

AD LAUD. Canticum Cibábit, *de Communi Doctorum.*

DIE XXIX.

IN DECOLLATIONE

S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Duplex - minus.

AD LAUDES, Canticum. Confitébor. *de Communi unius Martyris.*

DIE II SEPTEMBRIS.

In Festo

SS. LAZARI, MARTHÆ ET MARIÆ.

Duplex-minus.

AD LAUDES.

Canticum. Sap. 8.

Intrans in domum meam * conquiéscam cum Sapiéntia:

Non enim habet amaritúdinem conversátio illíus, nec tædium convíctus illíus, * sed lætitiam & gáudium.

Quóniam immortálitas est * in cognatióne Sapiéntiæ,

Et in amicítia illíus delectátio bona, * & in opéribus mánuum illíus honéstas sine defectióne;

Et in certámine loquélæ illíus sapiéntia, * & præcláritas in communicatióne sermónum ipsíus.

Oratio. Orémus.

Deus, qui in terris conversátus, in domo Lázari, Marthæ & Maríæ hospitári dignátus es, præsta, quæsumus, ut cum Lázaro in novitáte vitæ ambulantes, te in ... cum

Marthæ páscere, & à tecum María verbi tui meditatióne pasci mereámur; Qui vivis.

DIE III.
In Festo
S. GREGORII MAGNI.
Duplex-minus.

AD LAUDES, Canticum Cibábit, *de Communi Doctorum.*

DIE VIII.
IN NATIVITATE
B. M. VIRGINIS.
Solemne-majus.

IN I VESPERIS,

Hymnus Unus bonórum fons, *ut in II Vesperis.*

DIE X.

AD LAUDES, Commemor. S. NICOLAI TOLENTINATIS, *Ant.* Euge. ℣. Sacerdótes. *Oratio* Dómine Deus *ut in Communi Presbyterorum.*

DIE XIV.
IN EXALTATIONE
SANCTÆ CRUCIS.
Duplex-majus.

IN I VESPERIS, non fit Commemor. sancti Cornelii.

AD LAUDES.

Canticum. Isai. 49.

Ecce levábo ad gentes manum meam, * & ad pópulos exaltábo signum meum.

Et áfferent fílios tuos in ulnis, * & fílias tuas super húmeros portábunt.

Et erunt reges nutrítii tui, * & regínæ nutríces tuæ:

Vultu in terram demísso adorábunt te, * & púlverem pedum tuórum lingent.

Et scies quia ego Dóminus, * super quo non confundentur qui expectant eum.

Numquid tollétur à forti præda? * aut quod captum fúerit à robusto salvum esse póterit?

Quia hæc dicit Dóminus: Equidem & captívitas à forti tollétur, * & quod ablátum fúerit à robusto salvábitur.

Eos vero qui judicavérunt te, ego judicábo, * & fílios tuos ego salvábo.

Et sciet omnis caro, quia ego Dóminus sal-

vans te, * & redemptor tuus, Fortis Jacob.

Non fit Commemor. S. Cornelii.

DIE XXI.

In Festo

S. MATTHÆI,

Apostoli & Evang.

Duplex-majus.

AD LAUDES, Canticum, Ponam, *de Communi Apostolorum.*

DIE

In F

S. COR

Papæ & M

Semidu

De Comm

Mart. Oratio

jus grátia.

Pridie, VE

à Capitulo de

lio, cum Comm

Theclæ, Virg.

AD LAU

Commem. SS.

& Soc. Martyr

DIE XXIX.

IN FESTO

SANCTI MICHAEL

ET OMNIUM ANGELORUM

SOLEMNE-MINUS.

AD LAUDES.

Canticum. Dan. 3.

Benedíctus es, Dómine, Deus patrum nostrórum: * & laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſécula.

Et benedíctum nom glóriæ tuæ ſanctum & laudábile, & ſupe exaltátum in ómnib ſéculis.

Benedíctus es in tem plo ſancto glóriæ tuæ:

& superlaudábilis, & supergloriósus in sécula.

Benedíctus es in throno regni tui: * & superlaudábilis, & superexaltátus in sécula.

Benedíctus es, qui intuéris abyssos: & sedes super Chérubim, * & laudábilis, & superexaltátus in sécula.

Benedíctus es in firmamento cœli: * & laudábilis & gloriósus in sécula.

Benedícite, Angeli Dómini, Dómino: * laudáte & superexaltáte eum in sécula.

Capitulum. Daniel 7.

Throni pósiti sunt, & Antíquus diérum sedit: vestiméntum ejus cándidum quasi nix, & capílli cápitis ejus quasi lana munda: thronus ejus flammæ ignis: rotæ ejus ignis accénsus. Flúvius ígneus rapidúsque egrediebátur, à fácie ejus. Míllia míllium ministrábant ei, & décies míllies [illegible] míllia assistébant ei.

[illegible] *in* [illegible] *additur bis* * Allelúia.

DIE XXX.

In Festo

S. HIERONYMI,

Presb. & Eccl. Doct.

Duplex-minus.

AD LAUDES.

Canticum de Communi Doctorum.

VESPERÆ à Capitulo de sequenti.

Fit Commem. S. Hieronymi, Ant. Qui docti fúerint. ℣. Beátus.

DIE I OCTOBRIS.

In Festo

S. REMIGII,

Remensis Episcopi.

Duplex-minus.

De Communi Pontificum, exceptis quæ sequuntur.

Pridie AD VESPERAS.

Hymnus.

V[illegible] [illegible] Franci, gens sacra, Præsulem Magni [illegible] [illegible] Qui vos & [illegible] Christiánis Remigium, celebráte, [illegible]

Primis sub annis jam procul úrbibus,
Cavæ latébat rupis in ángulo;
Ad grande munus destinátum
Víndicat hunc beat nota virtus.

Frustra repugnat; póscitur ómnibus
Votis sacerdos; præficitur Remis
Nedum vir; impubes sed annos
Judicii gravitáte pensat.

Fusis revertens victor ab hóstibus,
Supplex ad hujus prócubuit pedes;
Tibi futúrus, Christe, miles,
Depositis Clodovéus armis.

Hinc aucta quantis Relligio modis
Crescet per omnes líbera Gállias!
Gaudébit inter Christiános
Francigenas numeráre Reges.

Tu, quas tot annos, alme senex, regis;
Adhuc benignus réspice Gállias;
Francíque Reges, quos sacrasti,
Mente pii tueantur aras.

Qui Christiáni nómine dícimur,
O Christe, puris da quoque móribus
Nos esse; dici quid juvábit?
Convéniant sua facta dictis.

Laus summa Patri, summaque Fílio,
Tibique compar glória, Spíritus;
Tu, qui potenti sancta Regum
Corda tenes, subigisque dextrâ. Amen.

Oratio. Orémus.

Deus, qui per beati Remígii Pontíficis documenta, gentē Francórum ab idolórum vanitáte ad veritátem tui cultûs veníre tribuisti; da, quæsumus, ut qui christiáno gloriámur nómine, fidem nostram dignis opéribus ostendámus; Per Dóminum.

AD LAUDES, pro *Commem. S. Piatonis, Martyris, Ant.* Bonum. ℣. Adjútor. *Oratio.* Da nobis.

VESPERÆ de sequenti.

¶ *Si habeat II Vesp. Hymnus,* Vos thura, ut *suprà.*

DIE II.

In Festo

SS. ANGELORUM CUSTODUM.

Duplex-minus.

IN I VESP. fit Commem. S. Remigii, Ant. Sacerdótes. ℣. Salvum. *Oratio ut suprà.*

AD LAUDES, Canticum Benedictus, *ut suprà in Festo S. Michaelis.*

DIE VIII.

In Vigilia

SS. DIONYSII

& Sociorum.

Simplex.

AD LAUDES, post Hymnum, ℣. Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini, ℟. In ómnibus pópulis mirabília ejus. *Ad* Benedictus. *Ant.* 3. *a.* Egressi circuíbant per castella, evangelizantes, & curantes ubíque.

DIE IX.

In Festo

SS. DIONYSII

& Sociorum.

Solemne-majus.

IN I VESPERIS, Hymnus Lux de luce, *ut in II Vesperis.*

DIE XV.

In Festo

S. THERESIÆ.

Semiduplex.

Pridie, AD COMPLETORIUM, *Antiph. & Doxologia de Octava sanctorum Dionysii & Soc.*

AD LAUDES, Canticum Exue te, *de Octava.*

DIE XVIII.

In Festo

SANCTI LUCÆ,

Evangelistæ.

Duplex-majus.

AD LAUDES, dicitur Canticum Ponam, *de Communi Apostolorum.*

DIE XXVIII.

In Festo

SS. APOSTOLORUM SIMONIS ET JUDÆ.

Duplex-majus.

IN I VESPERIS, nulla fit Commemoratio.

AD LAUDES, Canticum Ponam, *de Communi Apostolorum.*

Non fit Commemor. Translationis sanctæ Genovefæ.

DIE XXXI.

IN VIGILIA

OMNIUM SANCTORUM.

¶ *Si hæc Vigilia occurrat in Dominica, anticipatur die præcedenti, & in ea fit Commemoratio S. Lucani, Martyris, sed ad Laudes tantum.*

AD LAUDES.

Semiduplex.

Psalmi de Feria, cum Cantico de Festis.

Ant. 3. d. Scimus quòd ædificatiónem ex Deo habémus, domum non manufactam, ætérnam in cœlis.

Ant. 5. a. Non sunt condignæ passiónes hujus témporis ad futúram glóriam quæ revelábitur in nobis.

Ant. 7. d. Satágite ut per bona ópera certam vestram vocatiónem & electiónem faciátis : sic enim abundanter ministrábitur vobis intróitus in ætérnum regnum.

Ant. 4. c. Qui vícerit, dabo ei sedére mecum in throno meo.

Ant. 2. D. Veníte, benedícti Patris mei, possidéte pará regnum à co mundi.

Capitulum.

Communicá sti passióni déte, ut & in ne glóriæ ejus exultántes.

Hymn

Cœlestis, ô J
Mansióra S
vitas,
O ter beáti qu
Cives recondi
bus!
Tu pacis al
mus;
Dilecta Sancti
Sedes Deo fruc
Regis superni
Hìc in thron
Deus.
Cunctos beat p
Hìc sol perenni
dido
Affulget Agnus
Hàc sede, q
frui,
Nil dulce turb
Hìc unus est Sa
bor
Dei vacáre laúd
Huc certa
évocat,
Huc vota tend
nia.

Nec térreat brevis labor,
Ætérna quos merces manet.
Perennis ô Sol pátriæ,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Quómodo cantábimus cánticum Dómini, ℟. In terra aliéna.

Ad Benedíctus. *Ant.* 8. *G.* Beáti éritis cùm vos óderint hómines; gaudéte in illa die, & exultáte; ecce enim merces vestra multa est in cœlo.

Oratio. Orémus.

Dómine Deus noster, multíplica super nos grátiam tuam: & quorum prævenímus gloriósa solémnia, tríbue súbsequi in sancta proféssióne lætítiam; Per Dóminum.

Pro Commem. sancti Quintini, Ant. Bonum. ℣. Adjútor meus. *Orat.* Benedíctio tua, *ut in Diurnali.*

AD HORAS, Duplex-minus.

AD PRIMAM.

Ant. 3. *d.* Scimus.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Non sunt condígnæ.

Capitulum. 2 Cor. 4.

Momentáneum & leve tribulatiónis nostræ, supra modum in sublimitáte ætérnum glóriæ pondus operátur in nobis, non contemplántibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur, temporália sunt; quæ autem non videntur, ætérna sunt.

℟. *br.* Probasti nos, Deus, * Et eduxísti nos in refrigérium. Probasti. ℣. Transívimus * per ignem & aquam; * Et. Glória Patri. Probasti.

℣. Salus justórum à Dómino, ℟. Et protéctor eórum in témpore tribulatiónis.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Satágite.

Capitulum. If. 64.

A século non audiérunt, neque áuribus percepérunt: óculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectántibus te.

℟. br. Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, * Quam abscondisti timéntibus te! Quàm magna. ℣. Perfecisti eis * qui sperant in te, * Quam abscondisti. Glória. Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine.

℣. Abscondes eos in abscóndito faciéi tuæ, ℟. Próteges eos in tabernáculo tuo.

AD NONAM.

Ant. 2. D. Veníte.

Capitulum. Ephes. 1.

Benedixit nos Deus in omni benedictióne spirituáli in cœléstibus in Christo, sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutiónem, ut essémus sancti & immaculáti in conspectu ejus.

℟. *br.* Dedisti hæreditátem * Timéntibus nomen tuum, Dómine. Dedisti. ℣. Dies super dies * adjícies, * Timéntibus. Glória Patri. Dedisti hæreditátem * Timentibus.

℣. Novit Dñus dies immaculatórum; ℟. Hæréditas eórum in ætérnum erit.

DIE I NOVEMB

In Festo

OMNIUM

Annuale-min

AD COMPL
RIUM, Doxolo
Fons sanctit
Deus,
Æterna Sanctórum
Te laudet omni
tus,
Nunc & per om
culum. Ame

AD HORA
tur Doxologia
sanctitátis, *ut sup*

AD II VESPE

Ps. 109. Dixit
nus.

Ps. 110. Confi

Ps. 112. Laud
ri, *è Vesp. Dom*

Ps. 125. In
tendo.

Ps. 136. Sup
mina, *è Vesp. F*

DIE III

In Festo

S. MARCE

Parisiensis Epi

Duplex-maj

AD COMPLET.
Doxologia de C
SS. hodie & cras

AD LAUDES, Canticum de Communi Pontificum.

AD HORAS, *Doxologia* Fons sanctitátis, *ut suprà.*

Ad Tertiam, Sextam & Nonam, in ℟. *br. additur bis* Allelúia.

DIE IV.

In Festo

SANCTI CAROLI BORROMÆI,

Episcopi.

Duplex-minus.

De Communi Pontificum.

AD LAUDES, Canticum de Communi Pontificum.

Fit Commem. de Omnibus SS. ut in Laudibus Festi.

Deinde sancti Clari, Ant. Bonum. ℣. Adjútor. *Oratio,* Deus, à quo constántiam, *ut in Communi unius Mart.*

AD HORAS, dicitur Doxologia, Fons sanctitátis, *ut suprà.*

Ad Tertiam, Sextam, & Nonam, in ℟. *br. additur bis* * Allelúia.

AD VESP. fit Commem. de Omnibus Sanctis, ut in II Vesperis Festi.

AD COMPLET. *Ant. & Doxol. de eodem Festo.*

DIEBUS

INTRA OCTAVAM OMNIUM SS.

Semiduplex.

AD COMPLET. & AD HORAS, *dicitur Doxologia :* Fons sanctitátis, *ut suprà.*

Ad Tertiam, Sextam, & Nonam, in ℟. *br. additur bis* * Allelúia.

DOMINICA

INTRA OCTAVAM.

Totum Officium fit de Dominica, ut in Psalterio, incipiendo à I Vesperis, quæ erunt integræ de Sabbato ante Dominicam occurrentem, cum Commemor. Octavæ in utrisque Vesperis & Laudibus. Dicitur tamen ad Horas & ad Completorium, Doxol. Fons sanctitátis.

Ad Tertiam, Sextam & Nonam, in ℟. *br. additur bis* * Allelúia.

DIE VI.

DE OCTAVA,

AD LAUDES, pro Commem. S. Leonardi, Solitarii, Ant. Pars meà. ℣. Clamávi, *ut in Communi Monachorum.*

Oratiò. Orémus.

Quæsumus, omnipotens & miséricors Deus, ut, interveniente beáto Leonardo, à peccátorum vínculis absolúti, líberis tibi méntibus serviámus; Per Dóminum.

DIE VIII.

OCTAVA OMNIUM SS.

ET VENERATIO SS. RELIQUIARUM.

Duplex-majus.

Ad Complet. & ad Horas, *Doxolog.* Fons sanctitátis; *ut suprà* 14.

Ad Tertiam, Sextam & Nonam, in ℟. *br. additur bis* * Allelúia.

AD II VESPERAS, fit Commemor. sancti Maturini; Presb. Ant. Quasi thus. ℣. Stabit. *Oratiò,* Dómine Deus, *ut in Communi Presbyterorum.*

DIE IX.

In Festo

S. MATURINI,

Presbyteri. *Simplex.*

De Communi Presbyterorum.

VESPERÆ de sequenti.

DIE X.

In Festo

S. LEONIS MAGNI,

Papæ & Eccl. Doct.

Duplex-minus.

De Communi Doctorum.

AD LAUDES, Canticum Cibábit, *de Communi Doctorum:*

Non fit Commemor. S. Martini, Papæ.

Oratio. Orémus.

Deus, cujus dono beátus Leo sanctitátis doctrinæque laude ita excélluit, ut ad suprémam Ecclésiæ sedem evectus, dignè Magnus merúerit appellári: præsta, quæsumus, ut nos quoque ejusdem mónitis & exemplis instructi, ad summas virtútes strénuè contendámus; Per Dóminum nostrum.

VESPERÆ de sequenti.

DIE XI.

In Festo

MARTINI,

Turonensis Episcopi.

Duplex-majus.

AD LAUDES, Canticum de Communi Pontificum.

DIE XII.

In Festo

ANCTI VERANI,

Episcopi. *Simplex.*

AD LAUDES, fit commemor. sancti Martini, Papæ & Martyris, Ant. Bonum. ℣. Adjútor. *Oratio*, Omnípotens, *ut in Communi unius Mártyris.*

DIE XXI.

N PRÆSENTATIONE B. MARIÆ VIRGINIS.

Duplex-majus.

IN I VESPERIS.

Hymnus.

Quàm pulcrè gráditur
filia Príncipis,
Templi cùm properas
límina tángere!
Prælúdit melióri,
Quam mox ófferet hóstiam.

E matris gremio, Núminis in sinum
Infans non dubiis pássibus ádvolat;
Virgo Numinis ara,
Aris víctima síſtitur.

Sponso membra Deo
móllia dévovet;
Cordis virginei dédicat
íntima:
Verbo débita mater,
Verbo víscera cónsecrat.

Tecum cuncta Deo
pródiga dum voves,
Numen, Virgo, tui péctoris íncola,
Quanto fœnore pensat
Terræ quæ bona déspicis?

Quid nos illaqueant
ímproba gáudia?
Cur nos jam pigeat víncula rúmpere?
Dux est Virgo sacerdos,
Fas sit quò properat sequi.

Sit supréma tibi glória, Trínitas;
Quo Virgo teneram se
vovet hóstiam,
Puri Flamen amóris,
Fac nos jam tibi vívere.
Amen.

AD LAUDES.

Hymnus.

O Sancte Sanctórum
Deus,

Quàm pura sese dévovet
Ignóta prisco fœderi,
Tuas ad aras hóstia!
Afflâta puro Númine,
Tædas jugáles réspuens
María vinclo pérpetis
Se castitátis óbligat.
Prolis coætérnæ Patri
Futúra mater, sic sui
Paráre Sponso Vírginum
Festínat aulam péctoris.
Fallácis ævi lúdicra
Perósa, nescíri studet;
Solo, placére cui cupit,
Deo frui beátior.
Hinc quanta posthac Vírginum
Surrexit in terris seges!
Laus quanta, despectæ priùs
Adjecta continéntiæ!
Quotquot pudóris æmulæ
Matris prement vestígia,
Tot illa post se Fílii
Dux sistet ad Regis thronum.
Sit laus Patri, laus Fílio
Qui Vírgines sponsat sibi;
In quo litantur hóstiæ
Par sit tibi laus, Spíritus. Amen.

AD II VESPERAS; *Hymnus*, Quàm pulcrè gráditur, *suprà* 51.

DIE XXVI.

In Festo

S. GENOVEFÆ

de Miraculo Ardentium.

Semiduplex

Pridie AD VESP. post Hymnum. ℣. Oculi Dómini super justos, ℟. Et aures ejus in preces eórum.

Ad Magníficat. *Ant.* 6. F. Próperans deprecári pro pópulis, réstitit iræ, & finem impósuit necessitáti.

AD LAUDES, post Hymnum, ℣. In te, Dómine, speravérunt patres nostri; ℟. Ad te clamavérunt, & salvi facti sunt.

Ad Benedictus. *Ant.* 3. a. Neque herba, neque malagma sanávit eos; sed tuus, Dómine, sermo, qui sanat ómnia.

Oratio, Deus, qui beátæ Genovéfæ, *&c.*

Fit Commem. sancti Marcelli, ut in Diurnali.

Non fit Commemor. S. Lini.

VESPERÆ à Capitulo de sancto Lino, ut in

Communi unius Martyris; *Oratio*, Quæsumus, *infrà.*

Fit Commem. sanctæ Genovefæ, Ant. Misertus est Dóminus super magnitúdine mali, & imperávit Angelo qui percutiébat: Súfficit; jam cesset manus tua.

℣. Apud Dóminum misericórdia, ℟. Et copiósa apud eum redémptio.

Deinde S. Marcelli.

DIE XXVII.

In Festo

SANCTI LINI,

Papæ & Martyris.

Semiduplex.

De Communi unius Mart.

Oratio, Quæsumus, omnipotens Deus, *&c. ut in Diurnali.*

Fit Commemor. SS. Vitalis & Agricolæ, Ant. Beáti. ℣. Multæ. *Oratio propria.*

DIE XXX.

In Festo

S. ANDREÆ,

Apostoli.

AD LAUDES, dicitur Canticum Ponam, *de Communi Apostolorum.*

¶ *De* S. Francisco Xaverio, *fit die* III *Decembris, in Parte Hyemali.*

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

IN I VESPERIS, *dicitur Hymnus*, Ecce sedes, *ut in II Vesperis*.

Ad Complet. *Doxologia*, Sit laus, *infrà*.

AD LAUDES.

Loco Hymni Patris æterni, *dicitur sequens Hymnus*.

Urbs beáta, verá pácis
Vísio Jerúsalem,
Quanta surgit! celsa saxis
Cónditur viventibus:
Quæ polívit, hæc compTat
Sédibus suis Deus.

Síngulis ex margarítis
Síngulæ portæ nitent:
Murus omnis fulget auro,
Fulget uniónibus:
Anguláris petra Christus
Fundat urbis mœnia.

Ejus est sol cæsus Agnus,
Ejus est templum Deus:
Æmulantes hìc beáti
Purióres Spíritus,
Laude jugi Numen unum
Terque Sanctum cóncinunt.

Hinc & inde sunt aperta
Civitátis óstia:
Quisquis ambit huc veníre,
Inferique mœnibus,
Antè duris hìc probári
Débuit labóribus.

Sit perennis laus Parenti;
Sit perennis Fílio:
Laus tibi qui nectis ambos,
Sit perennis, Spíritus,
Chrisma cujus nos inungens
Viva templa cónsecrat. Amen.

AD HORAS, in fine Hymnorum, Doxologia:

Sit laus Patri, laus Fílio;
Par sit tibi laus, Spíritus,
Divína cujus únctio
Nos templa Christo cónsecrat. Amen.

[redacted]

SUPPLEMENTUM COMMUNIS SANCTORUM.

PARS ÆSTIVA.

COMMUNE APOSTOLORUM.

AD LAUDES.

Canticum. Is. 66.

Ponam in eis signum, * & mittam ex eis, qui salváti fúerint, ad Gentes in mare;

In Africam, & Lydiam tendentes sagittam; * in Itáliam, & Græciam, ad Insulas longè:

Ad eos, qui non audiérunt de me, * & non vidérunt glóriam meam.

Et annuntiábunt glóriam meam Géntibus, * & addúcent omnes fratres vestros de cunctis Géntibus donum Dómino, ad montem sanctum meum Jerúsalem.

Quómodo si ínferant filii Israel munus in vase mundo, * in domum Dómini.

Et assúmam ex eis in Sacerdótes, & Levítas, * dicit Dóminus.

Quia sicut cœli novi, & terra nova, quæ ego fácio stare coram me, dicit Dóminus, * sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum.

In Solemnibus-majoribus & suprà, AD HORAS, *dicitur Doxologia,* Uni sit, *&c. ut in Laud.*

COMMUNE UNIUS MARTYRIS.

IN I VESPERIS.

Ad Hymnum, Doxologia:

Fortem corónans mílitem,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

Æstiva. a

Hæc Doxologia dicitur AD COMPLET. & AD HORAS, *in Solemnibus-majoribus & suprà.*

AD LAUDES.

In Duplicibus, & suprà.

Canticum. Eccli. 51.

Confitébor tibi, Dómine, rex, * & collaudábo te Deum salvatórem meum.

Confitébor nómini tuo; * quóniam adjútor & protéctor factus es mihi,

Et liberasti corpus meum à perditióne, à láqueo linguæ iníquæ, & à lábiis operántium mendácium; * & in conspéctu astántium factus es mihi adjútor.

Et liberasti me secundùm multitúdinem misericórdiæ nóminis tui,* à rugiéntibus, præparátis ad escam,

De mánibus quæréntium ánimam meam, * & de portis tribulatiónum, quæ circumdedérunt me.

COMMUNE PLURIUM MARTYRUM.

AD LAUDES.

In Duplicibus, & suprà.

Canticum. Apoc. 7.

Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? * & unde venérunt?

Hi sunt qui venérunt de tribulatióne magna, * & lavérunt stolas suas, & dealbavérunt eas in sánguine Agni.

Ideo sunt ante thronum Dei, * & sérviunt ei die ac nocte in templo ejus:

Et qui sedet in throno, * habitábit super illos.

Non esúrient, neque sítient ampliùs; * nec cadet super illos sol, neque ullus æstus.

Quóniam Agnus, qui in médio throni est, reget illos; * & dedúcet eos ad vitæ fontes aquárum:

Et absterget Deus omnem lácrymam * ab óculis eórum.

In Hymno, Doxologia:

Sit laus Patri, laus Fílio,

Par sit tibi laus, Spíritus,
Qui præliantes róboras
Palmísque donas Mártyres. Amen.

Et dícitur AD COMPLET. *&* AD HORAS, *in Solemnibus-majóribus & suprà.*

COMMUNE
PONTIFICUM.
AD LAUDES.

In Duplicibus, & suprà,

Canticum. Eccli. 50.

Sacerdos magnus, in ascensu altáris sancti, * glóriam dedit sanctitátis amíctum.

In accipiendo autem partes de manu Sacerdótum, * & ipse stans juxta aram.

Et circa illum coróna fratrum, * quasi plantátio cedri in monte Líbano.

Sic circa illum stetérunt quasi rami palmæ, * & omnes filii Aaron in glória sua.

Oblátio autem Dómini in mánibus ipsórum, * coram omni synagóga Israel.

Et consummatióne fungens in ara, * amplificáre oblatiónem excelsi Regis,

Porrexit manum suam in libatióne, * & libávit de sánguine uvæ.

Effúdit in fundamento altáris odórem divínum * excelso Príncipi.

In Solemnibus-majóribus & suprà, AD COMPLET. *&* AD HORAS, *dícitur Doxología,* Supréme Christe Pónfifex, *ut in Laudibus.*

COMMUNE
DOCTORUM.
AD LAUDES.

In Duplicibus, & suprà,

Canticum. Eccli. 15.

Cibábit illum Deus pane vitæ & intelleĉtûs; * & aquâ sapiéntiæ salutáris potábit illum:

Et firmábitur in illo, & non flectétur; * & continébit illum, & non confundétur.

Et exaltábit illum apud próximos suos; * & in médio Ecclésiæ apériet os ejus.

Et adimplébit illum

spíritu sapiéntiæ & intelléctûs, * & stola glóriæ véstiet illum.

Jucunditátem & exultatiónem thesaurizábit super illum : * & nómine ætérno hæreditábit illum.

In Solemnibus-majoribus, & supra, AD HORAS & AD COMPLETOR. *Doxologia :*

Qui vera lux es méntium,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

COMMUNE PRESBYTERORUM.

IN I VESPERIS.

Ant. 7. a. Locútus est Dóminus : Sanctificábor in iis qui appropinquant mihi : & in conspéctu omnis pópuli glorificábor.

Ant. 3. a. Ingrediéntur tabernáculum fœderis, ut sérviant mihi pro Israel, & orent pro eis, ne sit in pópulo plaga.

Ant. 4. *D.* Holocausta eórum, & víctimæ eórum placébunt mihi super altári meo.

Ant. 5. C. Invocábunt nómen meum super filios-Israel, & ego benedícam eis.

Ant. 1. g. Inebriábo ánimam Sacerdótum pinguédine, & pópulus meus bonis adimplébitur.

Capítulum. Num. 16.

Notum fáciet Dóminus qui ad se pertíneant, & sanctos applicábit sibi; & quos elégerit, appropinquábunt ei.

[*In Duplicibus, & supra.*

℟. Sacerdótes sancti erunt Deo suo, & non pólluent nomen ejus. * Qui habúerit máculam, non ófferet panes Deo suo, nec accédet ad ministérium. ℣. Sóbrii sint, pudíci, prudéntes, sani in fide, in dilectióne, in patiéntia. * Qui.

Glória Patri. * Qui habúerit máculam.

Hymnus.

Cessant figúræ, non litat ímpares
Impar Sacerdos ámplius hóstias:
Jam Póntifex fit Numen ipsum;
Seque sibi Deus agnus offert.

Vitam cruentus qui semel óbtulit,
Se non cruentum júgiter ímmolat:
Mactátus aris, & renascens,
Perpetuò moriendo vivit.

Ad grande munus nos Deus érigit,
Quos intus ungit sacríficos sibi,
Pondus cadúci sustinémus
Angelicis humeris tremendum.

O quàm stupendæ quas agimus vices!
Quem prona cœli cúria súspicit,
Sacras ad aras imperantes
Nos dócilis Deus ipse sentit.

Christum, Sacerdos, cœlitus evocas:
Per te creátur, qui creat ómnia;
Immótus orbem qui gubernat,
Se tibi dat facilem movéri.

Non impotenti, críminis arbiter,
Verbo, resolvis férrea víncula:
Quas fers magistrâ voce, Numen
Ecce sibi putat esse leges.

Laus summa Patri, summaque Filio,
Qui se Parenti cónsecrat hóstiam:
Sacro ministri quo dicantur
Chrísmate, laus tibi, Flamen almum.
Amen.

℣. Stabit in loco sancto Dómini, ℟. Innocens mánibus & mundo corde.

Ad Magníficat. Ant. 8. G. Quasi thus ardens in igne, in ascensu altáris sancti, glóriam dedit sanctitátis amictum. Allelúia.

¶ *In Solemnibus majoribus, & suprà,* Ad Completorium.

Ant. 6. F. Flebam su-

per eo qui afflictus erat, & compatiebátur ánima mea páuperi.

Doxol. Jesu Sacerdótum decus, *infrà ad Horas.*

Ad . Nunc dimittis.
Ant. 1. D. Nocte & die non cessávi cum lácrymis monens unumquemque.]

AD LAUDES.

Ant. 7. 2. Vir Dei es tu, & verbum Dómini in ore tuo verum est.

Ant. 2. D. Ecce docuisti multos : & manus lassas roborasti : vacillantes confirmavérunt sermónes tui.

Ant. 6. F. Scriptus es in judíciis témporum lenire iracúndiam Dómini.

[*In Duplicibus*, & *suprà*,

Canticum. Malach. 2.

Pactum meum fuit cum eo, vitæ & pacis : * & dedi ei timórem, & tímuit me, & à fácie nóminis mei pavébat.

Lex veritátis fuit in ore ejus ; * & iníquitas non est inventa in lábiis ejus.

In pace & in æquitáte ambulávit mecum, * & multos avertit ab iniquitáte.

Lábia enim Sacerdótis custódient sciéntiam ; & legem requírent ex ore ejus ; * quia angelus Dómini exercítuum est.]

Ant. 7. d. Tu assecútus es doctrínam, fidem, longanimitátem, dilectiónem, patiéntiam.

Ant. 8. G. Beátus ille servus, quem, cùm vénerit Dóminus ejus, invénerit sic faciéntem, super ómnia bona sua constítuet eum.

Capitulum. 1 Tim. 5.

Qui bene præsunt Presbyteri, dúplici honóre digni habeantur; máximè qui labórant in verbo & doctrína.

Hymnus.

O Sacerdótum veneranda jura!
Ceu vices Christi teneant, salútis
Arbitri, claudunt, reserantque nobis
Atria cœli.

Omne pendentes scelus in statéra,
Cùm reum solvunt, Deus ipse solvit ;

Cùm ligant fontem,
Deus ipse fontis
Vincula nectit.

Quàm manus morbis
adhibent perítas!
Cùm secant, semper pia
dextra cædit;
Cùm fovent, semper pia
lenit ungens
Vúlnera dextra.

Verba dum promunt,
populus fidélis
Excipit vocem, cupidus
docéri;
Nempe divínæ sacra verba
legis
Mente recondunt.

Urgens prompti cohibére
fulmen,
Stant ab adverso, Dominumque
placant,
Víndices in nos quoties
ab alto
Dépluit iras.

Dum Sacerdótes tua
sacra tractant,
Christe, fac sacris quibus
applicasti,
Cónsonent mores, populíque
fiat
Forma Sacerdos.

Lúminis splendor, Patris
una proles,
Christe, te pronus venerétur
orbis,
Qui Sacerdótes per Amóris
almi
Flamen inungis.
Amen.

℣. Sacerdótes ejus índuam salutári; ℟. Et sancti ejus exultatióne exultábunt.

Ad Benedictus. *Ant.* 1. D. Euge, serve bone & fidélis; quia super pauca fuisti fidélis, super multa te constítuam; intra in gáudium dómini tui.

Oratio. Orémus.

Dómine Deus omnípotens, qui fámulum tuum *N.* ut sacerdótio tibi fungerétur, à pópulo segregasti: ejus nos intercessióne à peccatóribus ségrega; ut secundùm vocatiónem nostram, gens sancta, & regále sacerdótium coram te efficiámur: Per Dóminum.

Alia Oratio. Orémus.

Deus, qui in Ecclésiæ tuæ decus & subsídium, beatum *N.* verendo sacerdótii ministério decorasti, præsta ut per quem pópulus tuus Evangélii verbum, & Domínici Córporis Sacramentum suscépit, ejus patrocínio dignos

utriúsque fructus percípiat; Per eumdem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, in unitáte Spíritus sancti Deus; Per ómnia sécula seculórum.

[*In Solemnibus-majoribus, & suprà,* AD HORAS, *Doxologia:*

Jesu, Sacerdótum decus,
Jugis tibi sit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.]

AD PRIMAM.

Ant. 7. a. Vir Dei.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Ecce.

Capitulum. 1 Tim. 4.

Attende tibi, & doctrínæ: insta in illis; hoc enim fáciens, & teipsum salvum fácies, & eos qui te áudiunt.

℟. *br.* Os meum annuntiábit * Justítiam tuam, Dñe. Os meum. ℣. Pronuntiábo * mirabília tua. * Justítiam. Glória Patri. Os meum.

℣. Ecce lábia mea non prohibébo, ℟. Dómine, tu scisti.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Scriptus est.

Capitulum. 1 Tim. 1.

Grátias ago ei, qui me confortávit, Christo Jesu Dómino nostro, quia fidélem me existimávit, ponens in ministério.

℟. *br.* Tríbuat tibi * Secundùm cor tuum. Tríbuat. ℣. Impleat Dóminus * omnes petitiónes tuas, * Secundùm. Glória. Tríbuat.

℣. Memor sit omnis sacrifícii tui; ℟. Et holocaustum tuum pingue fiat.

AD NONAM.

Ant. 8. G. Beátus.

Capitulum. 1 Tim. 3.

Qui bene ministráverint, gradum bonum sibi acquírent, & multam fidúciam in fide, quæ est in Christo Jesu.

℟. *br.* Hic accípiet * Benedictiónem à Dómino. Hic. ℣. Et misericórdiam à Deo salutári suo; * Benedictiónem. Glória. Hic accípiet.

℣. Beátus quem elegisti, & assumpsisti; ℟. Inhabitábit in átriis tuis.

AD II VESPERAS.

Ant. Fidélis servus & 3. a. prudens, quem constítuit Dóminus super famíliam suam.

Ant. 4. E. De omni corde suo laudávit Dóminum : & dedit in celebratiónibus decus.

Ant. 1. D. Obtulit holocausta super altáre; odoratusque est Dóminus odórem suavitátis.

Ant. 6. F. Confirmávit omnes húmiles pópuli sui, & legem exquisívit, & ábstulit omnem iníquum & malum : sancta glorificávit.

Ant. 7. d. Cógnitus est in verbis suis fidélis: & invocávit Dóminum omnipoténtem, in oppugnando hostes circumstantes úndique : in oblatióne Agni invioláti.

Capitulum. Eccli. 44.

Beatificávit illum Deus in glória, & circumcinxit eum zonâ glóriæ, & índuit eum stolam glóriæ, & coronávit eum in vasis virtútis.

Hymnus, Cessant figúræ, *in I Vesperis*, v.

℣. Dómine, dilexi decórem domûs tuæ : ℟. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ad Magníficat. *Ant.* 5. C. Ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministráverit, honorificábit eum Pater meus.

COMMUNE

ABBATUM ET MONACHORUM.

AD LAUDES.

In Duplicibus, & suprà.

Canticum. If. 35.

Scissæ sunt in deserto aquæ, * & torrentes in solitúdine.

Et quæ erat árida, erit in stagnum, * & sitiens in fontes aquárum.

In cubílibus, in quibus priùs dracónes habitábant, * oriétur viror cálami & junci.

Et erit ibi sémita &

via, & via sancta vocábitur : * non transíbit per eam pollútus.

Et hæc vobis erit directa via, * ita ut stulti non errent per eam.

Non erit ibi leo, & mala béstia non ascéndet per eam, * nec inveniétur ibi.

Et ambulábunt qui liberáti fúerint; * & redempti à Dómino converténtur.

Et vénient in Sion cum laude, * & lætítia sempiterna super cápita eórum.

Gáudium & lætítiam obtinébunt; * & fúgiet dolor & gémitus.

In Solemnibus-majoribus & suprà, AD HORAS, *&* AD COMPLETOR. *Doxologia :*

Æterna laus & glória
Uni sit & trino Deo,
Terréna qui calcántibus
Se pródigus dat præmiū.
Amen.

COMMUNE JUSTORUM.

AD LAUDES.

In Duplicibus, & suprà, dicitur sequens

Canticum. Prov. 10, 11.

Benedíctio Dómini super caput justi : * os autem impiórum óperit iníquitas.

Memória justi cum láudibus : * & nomen impiórum putréscet.

Opus justi ad vitam; * fructus autem ímpii ad peccátum.

Argentum electum, lingua justi : * cor autem impiórum pro níhilo.

Quasi tempestas tránsiens non erit ímpius : * justus autem quasi fundamentum sempiternū.

Timor Dómini appónet dies : * & anni impiórum breviabuntur.

Expectátio justórum lætítia : * spes autem impiórum períbit.

Non próderunt divítiæ in die ultiónis : * justítia autem liberábit à morte.

Justítia símplicis díriget viam ejus : * & in impietáte sua córruet ímpius.

Justítia rectórum liberábit eos : * & in insídiis suis capiéntur iníqui.

In Solemnibus-majoribus & suprà, AD HORAS, & AD COMPLETOR.

Doxologia :

Fons sanctitátis, ô Deus,
Æterna Justórum quies,
Honor tibi, laus, glória,
Nunc & per omne sǽculum. Amen.

COMMUNE VIRGINUM.

AD LAUDES.

In Duplicibus, & suprà,

Canticum. Is. 61.

Gaudens gaudébo in Dómino, * & exultábit ánima mea in Deo meo.

Quia índuit me vestimentis salútis : * & indumento justítiæ circúmdedit me,

Quasi sponsum decorátum corónâ, * & quasi sponsam ornátam monílibus suis.

Sicut enim terra profert germen suum, * & sicut hortus semen suum germinat ;

Sic Dóminus Deus germinábit justítiam, * & laudem coram univérsis géntibus.

In Solemnibus-majoribus & suprà, AD HORAS, & AD COMPLETOR.

Doxologia :

Æterne Sponse Virginum,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna sǽcula. Amen.

COMMUNE SS. MULIERUM.

AD LAUDES.

In Duplicibus, & suprà,

Canticum. Prov. 31.

Mulíerem fortem quis invéniet, * procul & de últimis fínibus prétium ejus.

Confídit in ea cor viri sui, * & spóliis non indigébit.

Reddet ei bonum, & non malum, * ómnibus diébus vitæ suæ.

Quæsívit lanam & linum, * & operáta est consílio mánuum suárum.

Facta est quasi navis institóris, * de longè portans panem suum.

Et de nocte surrexit,

* dedítque prædam doméſticis ſuis, & cibária ancillis ſuis.
Conſiderávit agrum, & emit eum; * de fructu mánuum ſuárum plantávit víneam.
Accínxit fortitúdine lumbos ſuos, * & roborávit bráchium ſuum.
Guſtávit & vidit quia bona eſt negotiátio ejus: * non extinguétur in nocte lucérna ejus.
Manum ſuam miſit ad fórtia, * & dígiti ejus apprehendérunt fuſum.
Manum ſuam apéruit ínopi, * & pal
extendit ad páı
Date ei de fr
nuum ſuárum;
dent eam in po
ra ejus.
In Solemnib
ribus & ſuprà,
RAS, & AD COM
Doxologia :
Agni vocan
ptias,
Tibi, Pater, ſi
Sit æqua Nato
nor
Laus utriuſque
Amen.



